Tres ſunt doctrinæ ſm Galenum per quas tota ars medicinæ ſub compendio tradi poteſt.theo.60.char.87.in litera. D.
Totum eſt multiplex.theore.75. char.108
Totum eſſentiale dicit tertiam entitatem realiter diſtinctam a partibus. theore.75. char.108
Totum integrale licet non dicat tertiam entitatem realiter diſtinctam a partibus ſimul iunctis, dicit tamen ratione diſtinctam.theore.75. char.108
Totum quod eſt ſpecies uel genus ſecundum conceptum diſtinguitur a partibus. theore.75. char.108
Theoricum & pract cum ut diuidunt medicinam, & ſcientiã in communi æquiuoce dicuntur. theore.77. char.110
Tranſmutatio fit in tempore. theore.91. char.146
Tranſmutatio æquiuoce dicitur de tranſmutatione uera, & de non uera, ſeu fine tranſmutationis. theore.91. char.146.

De litera. V.

Virtus informatiua plura operatur non inquantum naturaliter agens, ſed ut inſtrumentum intelligentiæ. theore.12. char.16. in litera. H.
Via doctrinæ quid ſit.theore.14.char.20.in litera. K.& theo.53. char.76. in litera. M.
Vniuerſalia ordine doctrinæ præcedere debent, licet non ſemper præcedant.theore.14. char.21. in litera. D.
Vnitas motus non ſumitur a principio paſſiuo.theo.22.ch.33
Veritas in propoſitione penes aliud attenditur quam eiuſdem naturalitas.theore.34. char.47.in litera. B.
Vnum alia ratione conuertitur cum ente, alia ratione eſt entis diuiſiuum theo.49.char.69.in litera.C.& theo.98.cha.154
Vnio intelligentiarum inter ſe perfectior eſt unione intelligentiæ cum orbe.theore.82. char.115
Via motus ducit ad eſſe abſtractorum quantum ad eſſe abſtractum tantum, & non quo ad reliqua.theore.82.
Virtutes materiales cognoſcitiuæ quanto plura cognoſcunt, tanto perfectiores: non ſic uirtutes immateriales.theore.83.
Virtus informatiua, intelligentia agens, & intellectus agens dicitur.theore.83.
Viſus eſt prior perfectione tactu, licet tactus ſit prior uiſu generatione. theore.100. char.160.

FINIS.



A

# MARCI ANTONII ZIMARAE

D

## SANCTIPETRINATIS PHILOSOPHI

*Solertiſſimi limitationes propoſitionum famoſarum, ſiue Theoremata.*

Propõ. 1.

### *Actus eſt ratio intelligendi, & cognoſcendi.*

SVMITVR iſta propoſitio ex. 9. primæ philoſophiæ tex.com.20.ubi incipit textus. {intelligũtur autem diagrammata actu} ubi aduerte quòd cum actus, & potentia, ut dicit Cõmẽ.primo de anima.commen. ſexto, ſint differentiæ entis ualde oppoſitæ, & circuant omne genus. & quia oppoſitorum oppoſitæ ſunt proprietates: ſicut actus eſt ratio cognoſcendi, ſic potentia eſt ratio occultationis, ex quo infero, quòd intelligibilitas nõ eſt paſſio per ſe primo competens enti ſub ratione qua ens: ſicut Scotus quandoq; opinatus eſt: ſed eſt paſſio per ſe primo competens enti in actu, quatenus eſt in actu: nam ſtat aliquid ſecundum ſe participare rationem entis: quod tamen ſecundum ſe non participat rationem intelligibilitatis, qđ oſtenditur de prima materia, quæ ſecundum ſe conſiderata ẽ ens: ut clariſſime deduci poteſt ex his quæ habet philoſophus primo phyſico.tex.cõmen.79.ubi ponit differentiam inter eſſentiam materiæ ſecundum ſe, & ipſam priuationem: quam differentiam ignorauit Plato: & ex hoc non diſtinxit inter materiam, & priuationem: nam materia eſt ens, & eſt proprie ſubſtantiam aliqualiter: ſed priuatio eſt non ens per ſe.unde Commen.ibi in cõmen.inquit, ꝙ priuatio non eſt accidens, nedum ut ſit ſubſtantia. patet autẽ quòd ibi comparatur nuda eſſentia materiæ ad priuationem. Et confirmatur. quia Commenta. in primo capi. de ſubſtantia orbis, ponit differentiam inter materiam, & potentiam materiæ, penes hoc ꝙ materia ẽ de numero entium per ſe, ſed potẽtia eſt de numero entium ad alterum, ubi nuda eſſentia materiæ comparatur ad ipſam potentiã. Nec obſtat ſi dicatur quòd materia non eſt ens per ſe, ſed per formam: quia licet materia non ſit, nec eſſe poſſit naturaliter in effectu ſeu in actu ſine forma: quia, ut ſcribit Cõmen.in ſecundo phyſico.cõmen. duodecimo, ſequeretur ꝙ illud quod non eſt in actu, eſſet in actu: tamẽ entitas formæ non eſt cauſa entitatis materiæ, ſed eſt diuerſa ab illa materia: igitur per propriam rationem includit rationem entis: tamen per propriam rationem non eſt primo cognoſcibilis, ſicut colligitur de mente Philoſophi ſeptimo metaphy.text.cõ.35. ubi habet quòd materia ſecundum ſe eſt ignota. & primo phyſico.tex.com.69. ſubiecta, inquit, natura ſcibilis eſt per analogiam. ubi Cõmen. reddit cauſam dicens. iſta natura ſubiecta ſubſtantiæ, non poteſt intelligi per ſe, cum non ſit aliquid in actu habens quiditatem.

B Contra Scotum

C.

Ex quibus uerbis elicitur primo ꝙ nõ quilibet actus eſt ratio intelligendi: actus enim ſubſiſtẽtię, ſiue hypoſtaticus qui eſt ipſius ſingularis, non eſt prima ratio intelligibilitatis: ſicut opinati ſunt nominales, qui poſuerunt ſingulare eſſe primo cognitum ab intellectu: quod tamen in uia Peripateticorum locum non habet, nam ut recitat Commen. in tertio de anima.commen.36.ex ſententia Auẽpacis fuit magna difficultas utrum intellectus intelligat ſingulare, et Ariſtote.in tertio de anima.tex.commen.nono, & expoſitores multum laborant in declarando modum, quo intellectus ĩtelligit ſingulare. Similiter etiam actus entitatiuus, quem poſuit Henricus de gandauo, & Scotus poſt ipſum, non eſt prima ratio intelligendi, ſi dabilis eſt talis actus: nã materia ſecundum ipſos per ſe eſt in actu entitatiuo: & tamen non eſt ſecundum ſe intelligibilis. Similiter etiam intelligibilitas non inſequitur actum medium inter puram potentiam, & actum purum: nam orbis ſecundum Auer. in libro de ſubſtantia orbis, eſt quædam natura media inter puram potentiam, & actum purum: & dicitur materia in actu, & ſubiectum: et tamen non eſt per ſe intelligibilis, nec habet de ſe rationem intellectam in actu, ut dicit Cõmen. primo cœli.commen.95. Orbis enim ſecluſa intelligentia non eſt natura compoſita ex materia & forma, nec de ſe eſt principium alicuius operationis, qua mediante cognoſci poſſit. Actus igitur qui eſt forma, & quiditas, & eſt per ſe principium operationis, eſt ratio per ſe prima intelligibilitatis. forma enim, ut inquit Commẽ. primo cœli, eſt ſubiectum uniuerſalitatis: & uniuerſale ſecũdum Ariſtote. ſecundo de anima, tex.cõmen. 60. eſt obiectum intellectus, & ſingulare ipſius ſenſus: hoc etiã habet Auer. expreſſe in diſputatione ſexta, in libro deſtruc. in ſolutione ſexti dubij, & ideo forma a Philoſopho nuncupatur ratio, & quod quid erat eſſe rei. ſecundum igitur regulam Ariſtote. in primo poſteriorum analyticorum, in capi. de uniuerſali. illa paſſio primo competit alicui quæ ita ſe habet, ꝙ cuicunque competit ratione eius competit: & ipſo primo poſito ponitur, & ipſo primo remoto primo remouetur. ſed actus qui eſt quiditas poſita ratione eius immediate ponitur intelligibilitas, & remota ratione eius, qualibet alia ratione remanente remouetur. ſicut patuit in exemplo de prima materia, quæ cum non ſit actus qui eſt quiditas, licet ens ſit: eſt tamen occulta ad formam, aut ad habens formam: ſicut ſcribit intellectui, & non poteſt cognoſci niſi per analogiam ad formam, aut ad habens formam. ſicut ſcribit Commen. in libro de ſubſtantia orbis, & in duodecimo metaphy. in commen. decimoquarto. quod quomodo ſit intelligendũ, infra declarabo, cũ de materia loquar.

Contra nominales

E

Tex. 11.

### *Actus eſt qui ſeparat, & diſtinguit.*

Propõ. 2.

F

PROPOSITIO eſt Philoſophi in ſeptimo primæ philoſophiæ.tex.cõmen.49. uerum eſt principaliter: nam etiam quandoque aliqua diſtinguuntur nõ ſolum per formas, uerumetiam & per materias. & licet materia non ſit prima ratio diſtinguendi: poteſt tamen eſſe, ut ſtat ſub forma eſſe diſtinctiua. dantur enim materiæ proprię ſicut & formæ ꝓprię. unde materia prima in ſe conſiderata nõ eſt diſtinctionis principiũ, in fundamento enim naturæ nihil eſt diſtinctum. ut patet primo metaphyſicę ſecundum tranſlationem arabicam, in tex.cõmen. decimoſeptimo. materia autem ſecunda poteſt eſſe diſtinctiua, & hoc trahit a forma ſi bene conſideras. & pro hoc uide octauo metaphy.tex.cõmẽ.11. & 12. metaphy.tex.cõ.27. Amplius autem propoſitio uera ẽ in ſuppoſitis. talia enim principaliter non diſtinguuntur niſi per formas. Principia autem diſtinctiua non oportet ꝙ per alios actus, aut formas diſtinguantur: tunc enim eſſet proceſſus in infinitum in ipſis differentijs. Vnde regula ẽ, ꝙ omnis diſtinctio rerum differẽtium reducitur ad aliqua primo diuerſa. unde ponentes materiam cœli, & iſtorum inferiorum eſſe diuerſarum rationum, habent dicere ꝙ tales materiæ ſeipſis intrinſece diſtinguuntur, licet diuerſitas ſuarum formarum ſit cauſa diuerſitatis earum in genere

Materia ut est sub forma dicitur secunda materia de qua ... in tabula litera M. fo. 89 ... Scoto in lib. 4 phi. cap. 2

An Materia cœli et Materia formarum inferiorum differant ... ortu cap. 9

Theorema. A

G

cauſæ finalis: ſic enim ſunt materiæ diuerſæ, quia ſunt ordinatæ ad diuerſas formas, materia enim ẽ propter formã, non aũt forma pp materiã, ut ſcribit Ariſt. 2. phy. te. c. 91.

Propõ. 3.

## *Accidentia ſunt entia, eo quia taliter entis.*

ADDItio. Vide Boe. in ꝓœmio arithmeticę, ubi hẽt ꝙ qualitates, & q̃titates, & ꝓportões uere ſunt, ſed ꝯtactu corporũ ſiunt mutabiles. Cõtra Ioãnem & ſequaces.

PROPOSITIO Philoſophi eſt in. 7. metaph. tex. commen. 2. ſatis fãmoſa & allegata, non intelligitur ꝙ accidentia ſint formaliter entia ratione habitudinis ad ſubſtantiam, ita ꝙ inhærentia ſit de quiditate accidentis, ut quidam aſſeruerunt. & Ioan. de Ianduno, & ſequaces eius ſuſtinent hoc de intentione Ariſtote. & Auer. quod q̃dem ſtare non poteſt: ſubiectum enim & habitudo ad ſubiectum non eſt forma, neq; quiditas accidentis. attributio enim accidentium ad ſubſtantiam eſt in genere cauſæ materialis non formalis. gloſſa eſt expreſſa Auerrois. 4. meta. in commen. 2. ubi iſtam propoſitionem ſeptimi expreſſe declarat. nam Ariſto. ibi in text. dixerat ꝙ ens dicitur de entibus, ſicut ſanum de ſanis. ubi Commẽ. ad literam hæc uerba ſubnectit. ſimiliter hoc nomẽ ens, licet dicatur multis modis, tamẽ in omnibus dicitur ens, quia attribuitur primo enti. ſ. ſubſtantiæ, & iſtæ attributiones in unoquoque eorum ſunt diuerſæ. prædicta enim attribuuntur ſubſtantię, non quia eſt agens, aut finis eorum, ſed quia conſtituũtur per illam, & ſubiectum eſt eorum: & uniuerſaliter non dicuntur entia niſi quia ſunt diſpoſitiones entis, et multi homines negant ea eſſe. albedo enim non eſt ſed album. hæc Commentator formaliter. ubi patet ꝙ ipſe interpretatur propoſitam propoſitionem ſeptimi in textu ſecundo, & rememorat dubitationem antiquorum introductam in tex. tertio ibidem. ubi Ariſtot. inquit. unde & dubitauit aliquis utrum uadere, & ſanare, & ſedere ſit ens, aut non ens. et ſic intelligitur dictum Commen. in cõmen. ſecundo ſeptimi, in principio cõmenti. ubi inquit ꝙ Ariſtote. intendit declarare quòd hoc nomen ens principaliter, et ſimpliciter ſignificat prædicamentum ſubſtantiæ, ſecundario, & determinate. ſ. relatiue ad ſubſtantiam alia prædicamenta accidentium, quæ non dicuntur eſſe, niſi quia accidunt enti quod eſt ens per ſe. ſ. ſubſtantiæ: hoc enim ſi nobis fas eſt interpretari Auerroem per Auerroem, ueritatem non habet niſi in genere cauſæ materialis. Huic etiam ſententiæ aſtipulatur authoritas Ariſto. in. 9. primæ philoſophiæ. tex. commen. 1. ubi rememorans quæ dixerat in. 7. & in. 8. inquit. De primo quidem igitur ente, & ad quod aliæ categoriæ entis referuntur dictum eſt. uidelicet de ſubſtantia. Nam ſecundum ſubſtantiæ rationem alia dicuntur entia quãtitas, qualitas, & alia ſic dicta. omnia namq; habebunt rationẽ ſubſtantiæ, ut diximus in primis ſermonibus. ubi Ariſto. ſeipſum declarat quomodo accidentia dicuntur entia ratione ſubſtantiæ, quia uidelicet diffiniuntur per ſubſtãtiam, & rationem ſubſtantiæ recipiunt. Manifeſtum eſt autem ex his quæ docuit in. 7. primæ philoſophiæ, ꝙ ſubſtantia in ratione accidentis non cadit tanquam forma, ſed tanq̃ ſubiectum & materia, cadit enim ut additum, & licet dicatur in eodem ſeptimo, tex. commen. 35. ꝙ partes diffinitionis ſunt formæ, intelligitur de partibus, quæ ſunt de quiditate, ſicut eſt genus & differentia. ☼ Amplius Alexã. in principio libri priorum dicit ꝙ modus abſtrahendi mathematicus in aliquibus deſeruit naturali: puta de forma. q̃ eſt ſeparabilis a materia ſecundum rationem, 2. phyſi. tex. cõmen. 12. Et ſicut eſt de accidentibus, quæ tamẽ licet ſint in ſubiecto ſecundum eſſe, ſunt ſeparabilia a ſubiecto ſm rationem: quod non eſſet uerum ſi inherentia eſſet de quiditate accidentis. Amplius rationibus illud probari poteſt, non magis eſt de quiditate accidentis habitudo eius ad ſubſtantiam, quam ſit habitudo primæ materiæ ad formam, aut habitudo formæ materialis ad materiam: ſed habitudo primæ materiæ non eſt de prima notione materię, ſicut pulchre declarauit lucidiſſimus Themiſtius, ĩ primo phyſicæ auſcultationis in digreſſione de potentia, & priuatione materiæ, & etiam Commenta. primo phyſi. in cõmen. 70. & in libro de ſubſtantia orbis, & in ſua media expoſitione ſuper libro phyſicorum. ubi uult potentiam eſſe ſicut proprietatem quandam materiæ, & ꝙ nõ ſit uera differentia eius, & quãdoquidem materia eſt ens abſolutum, & potentia eſt ens ad alterum, & idem eſt iudicium de habitudine formæ materialis, ad materiam propter eandem cauſam. Et confirmatur ſimilitudo: quia formæ eductæ de potentia materiæ dicuntur conſtitutę in eſſe per ſubiectum, ſicut accidentia dicuntur conſtituta in eſſe per ſubſtantiam: nam æque bene eſſentiali dependentia depẽdet forma materialis a materia, ſicut accidẽs a ſubiecto. ☼ Vnde Ariſto. in prædicamento ſubſtantiæ inueſtigãs propria ſubſtantię, aſſerit ꝙ non eſſe in ſubiecto eſt cõmune omni ſubſtantiæ. tunc ſic: ſicut non eſſe in ſubiecto eſt proprietas ſubſtantiæ, ſic eſſe in ſubiecto eſt proprietas accidẽtis, unde illud non poteſt eſſe ratio conſtitutiua ſubſtantiæ: q̃a effectus poſitiuus dicitur habere cauſam poſitiuam. ſic per oppoſitum eſſe in ſubiecto eſt proprietas accidentis, quia diuerſorum entiũ diuerſæ ſunt proprietates. Amplius Commen. primo meta. cõmen. 31. mixtio intentionis uniuerſalis ſubſtãt alis, cum ſuis particularibus eſt fortior mixtione accidẽtium, cum ſuis ſubiectis. Amplius Auicẽ. in ſecundo ſuæ metaphy. expreſſe teſtatur ꝙ inhærere nõ conſtituit accidens, quemadmodum non inhęrere, nec poſſe inhærere non conſtituit ſubſtantiam. Amplius Ariſt. in. 5. metaphy. tex. cõmẽ. 14. ubi prius diuiſerat ens, in ens per ſe, & in ens per accidens: diuidit ens per ſe in decem p̃dicamenta. ☼ Et ſubdit Cõmen. ibidem cõ. 14. quod hoc nomen ens, quod ſignificat eſſentiam rei eſt aliud ab ente quod ſignificat uerum, & ideo expoſitores diuerſantur in quæſito ſimplici. ſ. dicere aliquid eſt in ſecũdo topi. utrum collocetur in quæſtionibus generis, uel quæſtionibus accidentis: qui enim intelligit de ente, id quod eſt commune decem prædicamẽtis, dicit ꝙ collocatur in quæſtionibus generis, & qui intelligit de ente, id quod dicitur de uero, dicit ꝙ collocatur in quæſtionibus de accidente. & primo phyſico. cõmen. 27. inquit, ꝙ dicere aliquid eſſe non eſt prædicatio per accidens, ſicut prædicatio albedinis. Et eãdem diuiſionem repetit in ſexto primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 4. ubi Cõmen. in cõ. expreſſe teſtatur ꝙ ens eſſentialiter ẽ quod diuiditur in decem prædicamenta. & ita etiam dicit in. 5. metaphy. ꝙ poſtquam Ariſto. diuiſit modos entis p̱ accidens, incedit declarare ſm quot modos dicitur ens eſſentialiter. ubi expreſſe colligitur ꝙ accidentia formaliter per rationem propriam includunt ens, & rationem entis. ☼ Amplius Ariſto. primo phyſi. contra Parmenidem tex. commen. 25. oſtendens rationem eius eſſe malam de materia, ut exponit Cõmen. inquit ꝙ utebatur ente multipliciter dicto, ac ſi eẽt ſimpliciter dictum. unde propoſitio iſta eſt falſa, quicquid eſt præter ens eſt non ens: ſi ens enim ſignificat ſubſtantiam tantum, aut quantitatẽ tantum, ut inquit Commen. non ſequitur ꝙ quicquid eſt præter ens, quod eſt ſubſtantia, aut quantitas, ſit nõ ens. ubi colligitur ens formaliter dici de omnibus decem prædicamentis. Amplius Ariſto. 12. metaphy. tex. 19. ubi mouetur illa quæſtio: utrum principia decem prædicamẽtorum ſint eadem uel diuerſa, tandem per longum proceſſum deciditur ꝙ ſunt eadem proportione, & ꝙ principia proxima decẽ prædicamentorum ſunt diuerſa, licet remota ſint eadem, ut patet tex. commen. 20. 21. & 22. uſque ad 26. & Commenta. in cõ. 19. ubi Ariſto. facit illam rationem, ꝙ ſi ſubſtantia eſſet elementum omnium, omnia reliqua prædicamenta eſſent ſubſtantiæ: & ſi prædicamentum omnium eſſet relatio, omnia prædicamenta eſſent relationes. quia oẽ cuius elementum eſt ſubſtantia, ipſum eſt ſubſtantia, & ſi relatio, omnia eſſent relatiua. Cõmenta. ibi in calce cõmẽti inquit. contingeret ut in aliqua hora diſſolueretur ſubſtãtia in relationem, aut relatio in ſubſtantiã, & ſubdit, & hoc

contingit

H

I

ADDItio.

K

ADDItio.

L

ADDItio.

Cõm. 14

M

ADDItio.



A Conſuetudo Auer. ẽ r̃ndere ad q. ante magiſtrum.

contingit in genere, quod eſt materia, non in eo quod eſt forma. Nam conſuetudo Auerro. eſt reſpondere ad quæſtionem ante magiſtrum. Et quia intẽtio Ariſtote. inferius eſt iſta, quòd ſubſtantia eſt principium, & elementum, ad quod omnia alia habẽt reſolui, & hoc in genere cauſæ materialis non formalis, ut diximus de mente eius, in cõmen. ſecundo quarti metaphy. & ex hoc poteſt bene patere error, tenentium habitudinem accidentis ad ſubſtantiam eſſe cauſam formalem accidentis. cum Auerro. ubique huic ſententiæ aduerſetur. & Ariſtote. expreſſe in prædicto loco, ubi ex intentione determinat accidentia ex proprijs cõſtare principijs ex quibus ſua forma dependet, ut a cauſa proxima: licet dependeat a principijs ſubſtantiæ, tanquã a cauſa remota. Amplius Ariſtote. primo topicorum. capitu. tertio, expreſſe uult quòd in omni genere eſt inuenire propriam quiditatem. Amplius Ariſtote. in duodecimo metaphy. in tex. commẽ. tertio quod pulchre expoſuit ibi Commenta. determinat quomodo accidentia nõ ſunt entia, niſi quia entis. volens enim Ariſtote. aliam aſſignare cauſam, quare de ſubſtantia tantum ſit cõſiderandum, inquit. Et inſuper nec entia, ut ſimpliciter eſt dicere, alia: ſed qualitates & motus, aut & non album, & non rectum: dicimus enim eſſe & hoc puta eſt non album. ubi Commenta. in commento inquit. Hoc eſt alia cauſa propter q̃ conſiderandum eſt de ſubſtantia tantum. Nullum enim aliorum inuenitur ſimpliciter, ſed in ſubſtantia, uerbi gratia, qualitas non dicitur ens ſimpliciter, neque motus: ſed dicitur eſſe qualitas, & eſſe motus. Motus enim eſt motus alicuius, & qualitas eſt qualitas alicuius. Subſtantia uero nõ eſt ſub̃a alicuius. Ens igitur ſimpliciter, & principaliter eſt ſubſtãtia. Et quia aliquis poteſt dicere quomodo alia prædicamenta diminuuntur tantum a ſubſtantia, & hoc nomen ens dicitur de omnibus? Dixi reſpondendo ſimiliter inuenitur non album. i. & hoc nomen ens, quanuis dicatur de eis, tamen dicitur ꝙ hoc eſt album, & hoc eſt mobile, tamen hoc non dat ut perfecte habeant eſſe, quoniã hoc etiam dicitur ens in negando eſſe cum dixit, hoc eſt nõ album, & non rectum. Vbi manifeſte colligitur de mente Philoſophi, & Commenta. ens formaliter dici de ſubſtantia, & de accidentibus, licet ſimpliciter & abſolute dicatur, ut ſic de ſubſtantia tantum: quia accidentia non habent eſſe ſimpliciter ita perfectum, ſicut habet ipſa ſubſtantia, & ratio, ut inquit Ariſtote. & Commenta. in commen. eſt quia ſola ſubſtantia ſeparabilis eſt, quia ipſa per ſe exiſtit, aliorum autem nullum, unde ſola ſubſtantia. ut inquit ibi Commenta. in commen. eſt conſtans per ſe: ſed alia ſunt in ſubſtantia, & iſto modo accidentia dicuntur non entia, quia non per ſe exiſtunt ſine ſubſtantia, non tamen quod nullum eſſe formale de ſe habeant, quia habẽt, licet non ita perfectum ſicut eſt eſſe ſubſtantiæ. Nam creaturæ etiam non habent eſſe æque perfectum ſicut habet deus, propter hoc tamen non dicimus, neque negamus creaturam eſſe ens formaliter, nec dicimus creaturam formaliter eſſe ens per eſſentialem habitudinem ſeu dependẽtiam, qua dependet a deo. Nam ut ſcribit Ariſtote. quinto metaphyſi. text. commen. 23. hominis multæ ſunt cauſæ, ſed quare homo ſit homo nulla eſt cauſa: ſecundũ ſe enim homo eſt homo, unde non quia deus eſt deus, ideo homo eſt homo, licet a deo ſit homo. Forte dices quod impedit analogia entis ne accidens formaliter ſit ens, quia analogice dicitur de ſubſtantia, & de accidente. Sed nec hoc ſtare poteſt. Nam ſubſtantia etiam analogice dicitur de materia, & de forma, & de ſubſtantia compoſita ex materia, & forma. ut dicitur. 7. metaphyy. tex. commen. ſeptimo. Attamẽ materia ſecundum ſe eſt ſubſtãtia, ſicut ſuo modo forma. Nam ut inquit Albertus cognomento magnus. 5. ſuę metaphy. tracta. ſecundo, commen. quarto, in ſpeciali digreſſione, quam facit declarãdo quomodo forma cauſa ſit, quod materia ſit in actu, & quæ ſit in cauſa unitatis materiæ, inquit. forma ſecundum ſe actus eſt, ſed forma non eſt cauſa, quare materia ſit ſubſtantia, tamen forma eſt cauſa, quare materia eſt, ſeu ſit in effectu, ſiue in actu, non tamen eſt cauſa, quare materia ſit materia. Bene uerum eſt, quòd forma eſt quæ dat eſſe in actu ipſi materiæ, & non dat eſſe in actu inquantum eſt hæc forma uel illa, ſed inquantum forma, etc. Confirmatur quia natura etiam analogice dicitur de materia, & forma, & tamen materia eſt natura, & alia natura formæ. Amplius cum accidentia ſint principium formale agendi, & in actione reali, ſicut corpora cœleſtia agunt mediante lumine, & motu, de quo Ariſtote. dixit in principio. 8. de phyſico auditu, quod eſt tanquam uita omnibus natura ſubſiſtẽtibus. & in principio libri meteororum, inquit, oportet mundum inferiorem ſuperioribus lationibus eſſe continuum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur. & in ſecundo de generatione, & corruptione, et in quarto meteororum reducit omnem alterationem, & tranſmutationem ſubſtantialem ad quatuor primas qualitates, & uirtutes elementorum, quarum duæ ſunt actiuæ, & duæ paſſiuæ, ſunt etiam accidentia principium in actione ſpirituali iam ſenſitiua, quia obiecta ſenſuum, aut ſunt ſenſibilia propria, aut ſunt ſenſibilia communia, & talia ſunt qualitates, & accidentia ſicut patet. nam ſenſibilia propria ſunt qualitates de tertia ſpecie, quæ dicuntur paſſiones, & paſſibiles qualitates, ut inquit Ariſtote. in prædicamentis, eo quia paſſionem inferunt in ſenſu: ſunt etiam principium agendi in actione ſpirituali intellectus, quia primo de anima. text. commen. undecimo, accidentia magnãm partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. Accidentia igitur formaliter ſunt entia per propriam & intrinſecam rationem. non enim q̃a ſubſtantia eſt ſubſtantia, ideo accidens eſt accidẽs. Propoſitio igitur famoſa quæ dicit, accidentia ſunt entia, quia entis, uera eſt in genere cauſæ materialis, non formalis. nota enim reduplicationis poteſt unumquodq; genus cauſæ reduplicare. Tot enim modis dicitur ſecũdum ſe, quot modis dicitur cauſa. quinto metaphy. tex. commen. 23. & ſic intelligitur dictum Auerro. in libro deſtruc. in diſputatio. 6. in ſolutione ſexti dubij. ubi inquit, radix nanq; accidentium eſt quòd ab alijs habeant ſuſtentationem, & quiditatem. Similiter etiam quando dicitur, accidentia non eſſe entia ſimpliciter, intelligitur quia non habent eſſe perfectum, ſicut habent ſubſtantiæ, quia eſſe ſimpliciter eſt per ſe exiſtere, & per ſe conſtare, & tale eſſe ſubſtantiarum ẽ, quia omnia accidentia fundantur in ſubſtantia, & nullum ſeparari poteſt ab ipſa. ita gloſſat Commen. 12. metaphy. commen. tertio.

B

C

D

E

Sũma totius limitatiõis.

Accñtia nõ eẽ entia ſimplicit, q̃uo intelligit.

F

Propõ. 4.

## *Accidens uni non poteſt alteri eſſe ſubſtãtia.*

FAMOSA eſt propoſitio, & elicitur ex dictis Philoſophi primo phyſicæ auſcultationis. text. commenta. 27. & 30. ubi dicitur, ꝙ uere eſt accidit nulli. Aduerte igiẽ quòd accidens apud Philoſophos ſumitur quandoq; ut diſtinguitur contra ſubſtantiam: & quãdoq; ſumitur pro extraneo, ut diſtinguitur contra id quod eſt de rei quiditate, eo modo quo logici ſumunt in fallacia accidentis, & diuini omne id quod non eſt de quiditate rei accidens appellãt. ſic dicimus quòd homo accidit animali, & uniuerſaliter omnia inferiora dicuntur ſuis ſuperioribus accidere. ☼ Sic etiam Ariſtote. in prædicamentis dicit ꝙ homo eſt accidens domino, & in ſecundo de anima. tex. commẽ. 65. inquit, ꝙ accidit albo diari filius. ubi The. inquit quòd in more Ariſtotelico eſt ſubſtantiæ, & ſubiecto nomen accidentis aſſiſtere. & Boethius in prædicamentis ubi ſupra dicit quòd conſuetudinis Ariſtotelicę eſt, quæ ſecundo loco & extrinſecus prædicantur, dicere ſecundum accidens prędicari. Accidens igitur ut diſtinguitur contra ſubſtantiam reſpectu unius, non poteſt eſſe ſubſtãtia reſpectu alterius, in his quæ uniuoce participãt rationem eius. ſic damnatur

ADDItio

G Alexan.ab Auer.9.metaphy.cō.5. qui poſuit caliditatem eſſe formam ſubſtantialem in igne, cum tamē ſit qualitas in mixtis,& ſit eiuſdem rationis in utroq;,nā ſenſus tactus qui ē uerus iudex qualitatum tangibilium uniformiter immutatur a calore ignis,& a calore mixti ſine aliquo diſcrimine.Scientia tamen in nobis ē qualitas,ut patet ex ſententia Philoſophi.7.phyſi.tex.cō.20.ubi probat ꝙ ad primā ſpeciem qualitatis non ē per ſe motus,quia uirtutes & ſciētiæ non acquiruntur per alterationem,& tamen ſcientia in deo ē ſubſtantia,& ratio eſt quia ſcientia non uniuoce, ſed æquiuoce dicitur de ſcientia noſtra,& de ſcientia dei,ſicut ſcribit Commen.12.metaphyſi.tex.51.& in libro deſtructio,in diſputatione ſexta,in ſolutione.5.&.18.dubij.accidens igitur non pro extraneo,ſed ut diſtinguitur cōtra ſubſtantiam reſpectu unius,non poteſt eſſe ſubſtantia reſpectu alterius,ſi eadem ratione utrique conueniat.

Propō. 5.

*Accidentia ſolo numero differentia in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt.*

labelis q18 lib.5. met

COLLIGITVR propoſitio iſta ex intentione Philoſophi in.5.primæ philoſophiæ,in capitulo illo { Eadem uero dicuntur } & ē in tex.cō.uacantis,poſt text.cō.15.ubi Ariſtote.modos ſm quos aliqua diuerſa dicuntur ponit quinq; dicens,& quæcunq; in eadem ſubſtantia

H entia differentiam habent. Vera ē propoſitio de accidentibus realibus eductis de potentia materiæ per uerum motum & tranſmutationem quæ ſit,cum abiectione contrarij,nam actio ē merito contrarietatis.ex primo de generatione,& corruptione,tex.cō.50.ideo Ariſto.dixit in libro de ſenſu,& ſenſato,ꝙ ignis non agit inquantum ignis , ſed inquantum calidus,quia ratione,qua calidus contrarietatem habet.Ex primo etiam de generatione,& corruptiōe.tex.cō.55.habitibus præſentibus in materia nondum generatur aliquid,ſed iā ē;propter hoc agens inueniens ſubiectum informatum aliqua forma , non poteſt conſimilem eiuſdem rationis introducere per uerum motum, & alterationem,quia non reperit illud ſub forma cōtraria,talis autem contrarietas ē neceſſaria in tali actione. Fallit autē de accidentibus non eductis per ueram actionem quæ eſt merito cōtrarietatis,ſicut probatur argumento ſenſato de duabus candelis producentibus in eodem medio duo lumina.Nam ſi fuerint tres candelę accenſę in aliquo medio poſita tabula perforata tribus foraminibus cauſantur tres umbræ,quod non eſſet niſi ibi eſſent tria lumina. Fallit ēt propoſitio in accidentibus ſpiritualibus , quia in eodem intellectu poſſunt eſſe plures cognitiones numero differentes,aut ſaltem in eadem uirtute cogitatiua , ut inquit enim

I Philoſophus ex pluribus ſenſibus fit memoria, & ex pluribus memorijs fit experimentum.ex proœmio metaphyſicæ.Item in eodem medio poſſunt eſſe duæ ſpecies ſenſibiles eiuſdem ſpeciei.Item propoſitio uera ē in accidentibus abſolutis,fallit ſecundum aliquos in reſpectiuis, quia in eodem poſſunt eſſe plures paternitates. Iſta autem dicta uera ſunt apud tenentes accidentia non diſtingui primo ꝑ ſubiecta.ſed qui tenent accidentia numero diſtingui ad diſtinctionem ſubiectorum negant omnia prædicta . unde

Opi. Heruei naturalis in quoli. 7.q.9.

Herueus in quolibetis,quoli.7.q.9.tenet duo accidentia ſolo numero differentia in eodem ſubiecto ſimul eſſe nō poſſe,& ratio ſua ē,quia ut inquit.in omni actione pręter illud quod facit aliquid tale effectiue,oportet ponere aliquod intrinſecum quo ſit tale formaliter,ita etiam præter illud qđ facit aliqua eſſe diſtincta effectiue,oportet dare ex parte facti aliquid intrinſecum quo ſint diſtincta formaliter . Vnde impoſſibile ē a quocunq; agente fieri duos homines ſpecie differentes.quia nō habent aliquid intrinſecum quo differant formaliter ſpecie ſecundum quod homines.Sed duę formæ numero non habent aliquid intrinſecum quo ſint duæ:niſi uel quia ſunt,uel qa natæ ſunt eē in diuerſis ſubiectis,uel in diuerſis temporibus in eodem ſucceſſiue . ergo duæ formę ſolo numero differentes non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto.Maior uidetur plana. ſ. quod oportet ex parte formę dare aliqua intrinſeca quibus formaliter diſtinguantur.Minorem probo.quia formæ non poſſent diſtingui,niſi uel per ſuas rationes formales , uel per hoc ꝙ natę ſunt eſſe in diuerſis ſubiectis ,uel diuerſis temporibus in eodem ſubiecto. Diſtinctio autem formarum per ſuas rationes formales ē diſtinctio ſpecifica . ergo diſtinctio numeralis formarum non poteſt intelligi niſi per hoc ꝙ ſunt, uel natæ ſunt eſſe in diuerſis ſubiectis , uel in eodem in diuerſis temporibus,& tunc talis forma ex hoc ſolo ꝙ eſt talis habet quandam latitudinem non ad intenſum & remiſſum,ſed ad pluralitatem numeralem,excepta quantitate , quæ ex ſeipſa habet quādam latitudinem partium ſolo numero differentium.Et ita etiam tenet in quolib.3.q.9.qua quærit utrum in compoſitis ex materia,& forma materia ſit principium īdiuiduatiōis,articulo.3.ubi mouet in.4. dubio talem difficultatem,ſi unumquodq; per eſſentiam numeraliter diſtinguitur ab alio , quare duo accidentia ſolo numero differentia non poſſunt concurrere in idem ſubiectum recipiendo ſuam diſtinctionem.Et ad hoc reſpondet ꝙ licet unaquæq; res non habeat diſtinctionem intrinſecam niſi ſuam eſſentiam:tamen iſtud principium in quibuſdam non ſufficit ſaltem naturaliter ſine alijs concurrētibus ſubiectiue,uel diſpoſitiue.& ideo ſicut impoſſibile ē ſubſtantiam habere partes integrales ſine quātitate,ita uidetur ꝙ impoſſibile ē accidens plurificari in eodem ſubiecto,quādiu a ſubiecto dependet,propter hoc ꝙ ſibi deeſt illud quod natum ē ipſum plurificare ſubiectiue . Et iſta ēt eſt opinio beati Thomæ in.5.meta.lectione.10.ad finem.

K

L

Opinio btī Thomæ. Cōprobatio primæ opinionis

Nobis autem prima opinio rationabilior apparet , nam ut inquit Cōmen.in.7.meta.cō.2. indiuiduum ſubſtantiæ præcedit indiuidua aliorum prædicamentorum, & per cōſequens in unoquoq; prædicamento accidentium poſſumus imaginari duas formas indiuiduales ſeipſis intrinſece differentes , nec eſt uerum ꝙ omnis diſtinctio formarum ſit diſtinctio ſpecifica,ſed uerum ē de formis quæ ſunt quiditates.nam non eſt dubium ꝙ Sortes , & Plato differunt ab inuicem per ſuas formas indiuiduales,& tamen non differunt ſpecifice.Nec obſtat quod dicit ꝙ diſtinctio accidētium non poteſt intelligi,niſi per hoc ꝙ natæ ſunt eſſe in diuerſis ſubiectis,uel in eodem ſubiecto in diuerſis temporibus ſucceſſiue,quia hoc contingit intellectui quando a poſterioribus,& extrinſecus uenatur numerum,et diſtinctionem formarum,nam ut ſuperius diximus,ſubiectū & habitudo ad ſubiectum nō eſt cauſa formalis entitatis ipſius accidētis,& unitatis eius.Sed extrinſeca, & ſubiectiua tm̄.

M

Propō 6.

*Omnium natura conſtantium terminus eſt,& ratio magnitudinis, & augmenti.*

ADDItio Nota tm̄ ꝙ iſta propō etſi vl'r atteſtari ſole at in hoc intellectu ꝙđ nãlia maximo et minimo pſtãt tm̄ hoc ē extra mētem philoſophi, quia arguit đ motu augmenti aĩatorũ, & ut d.Com.in cō.arguit ĩ

PHILOSOPHI eſt propoſitio in propria forma in ſecundo de anima.in tex.commen.41.ubi argumentatur contra Empedoclem ad probandum motum augmenti in corporibus non prouenire principaliter ab igne, ſed ab ipſa anima . Ignis autem concurrit ut concauſa , & inſtrumentum animæ,cum autem inſtrumentum nō moueat niſi motum a principali agente , agit ſecundum quod eſt regulatum a forma cuius ē inſtrumentum , terminatio autem rebus a forma proficiſcitur, nō a materia nec ab inſtrumento principaliter. Non intelligitur tamen propoſitio quod natura conſtantia ſint terminata per formam ad certam menſuram quantitatis, aut qualitatis, punctualem . Sed cum certa latitudine quæ inter duo extrema uagatur , ſicut dicit optime Princeps de complexione humana . Nam experimento ſenſato cernimus non omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei eſſe eiuſdem præciſe quātitatis,nec eiuſdem complexionis.dedit enim deus , & natura unicuiq; indiuiduo propriam complexionem , in qua aliud indiuiduum communicare eſt impoſſibile , & imaginari debes





A ij.figura,ut patet.

nari debes ꝙ eſt aliqua,tam magna quantitas ultra quam ſpecies humana non poteſt ſaluari & alia tam parua ultra quam humanitas non conſtat . Et ita intelligas etiam de qualitatibus & alijs diſpoſitionibus.nam formæ naturales pro ſe,& ſuis operationibus non ſolum prædicto modo limitant ſibi certum terminum ex parte dimenſionum; uerum etiam ex parte aliarum qualitatiuarum diſpoſitionum , ſicut teſtatur Commenta.in pleriſque locis in philoſophia.Et præſertim in libro de ſubſtantia orbis , & in ſexto phyſi.in commen.91.ubi ſcribit omne generabile naturale habet aliquam quantitatem naturaliter in initio generationis & fine.Et iſta quantitas habet extrema & medium,uerbi gratia,quoniam quantitates embryonum ſunt terminatæ,ſcilicet minimi embryonis,& maximi embryonis.Vnde impoſſibile eſt augeri in infinitum , aut minui in infinitum.nam ſi tranſierit quantitatem naturalem in diminutione, & in additione ſtatim corrumpetur ens.Actio enim cuiuslibet entis perficitur per quantitatem, & qualitatem terminatam:ſicut eſt diſpoſitio in entibus artificialibus . Et ideo dixit Commenta.in tertio cœli,commen.ſexto,& in tertio phyſi.commen.60.ꝙ naturalis non conuenit cum geometra in hac propoſitione dicente. continuum eſt augmentabile in infinitum,quia ire ad augmentum eſt

B

Not.arduū difficultatē de naturali & geometra

ire ad formam , attamen bene conuenit cum geometra in alia propoſitione dicente . continuum eſt diuiſibile in infinitum , quia diuiſio conuenit in infinitum ipſi magnitudini in ſe , & etiam ut eſt in materia. Sed tunc in hac re eſt maxima difficultas. Nam ex auctoritate Commenta. in tertio cœli , augmentatio in infinitum prouenit a materia , ut declaratum eſt in phyſicis , ut expreſſe dicit in cōmen.ſexto,ſi igitur materia de ſe eſt cauſa augmenti in infinitum , ſicut de ſe eſt cauſa diuiſionis in infinitum:Igitur mathematicus puta geometer debet concordare in utraq; illarum propoſitionum uidelicet,tam in illa quæ dicit.continuum eſt diuiſibile in infinitum, quam etiam in iſta quæ dicit . continuum eſt augmentabile in infinitum, quia continuum ut eſt in materia ratione materiæ , ſicut eſt diuiſibile in infinitum , ſic etiam ratione eius eſt augmentabile in infinitum.Quod confirmatur ex præfato tex.ſecundo, de anima.ubi Ariſtote.contra Empedoclem arguit quòd ſi augumentatio in animatis proueniret ab igne iret in infinitum,manifeſtum eſt autem quòd ignis in mixto animato concurrit,ut materia,& ut inſtrumentum,& ut imperfectius reſpectu animæ,reſpectus autem imperfectioris ad perfectius, & inſtrumenti ad agens eſt reſpectus materiæ ad formam ſecundo de anima.text.c.24. & tertio de anima.commen.36.& in eodem tex.41.Philoſophus concludit ꝙ augmentatio potius eſt rationis,& formæ quam materiæ. Habetur igitur lucidiſſime ꝙ ſi augmentatio

C

Solutio

proueniret a materia quod ubi deſinat non habet . Ignis enim appoſito combuſtibili in infinitum creſcit . Et eſt locus multum perſcrutabilis ſicut uides. Et ſolutio iſta Auerro. in hoc non ſatisfacit . imo uidetur ſibimet contradicere ſi bene conſideras. Dicamus igitur conſequenter in doctrina eius ꝙ augmentatio poteſt ſeparari , tam ad materiam , quam etiam ad formam,tanquam ad duo principia diuerſa.Et tunc certum eſt ꝙ augmentatio diuerſis comparata principijs,diuerſa contrahit & oppoſita , diuerſorū enim diuerſæ ſunt proprietates , unde finitas eſt a forma , & infinitas eſt a materia , ſicut dicit Commenta. 3. phyſi. cōmen.60.Et uniuerſaliter aduerte ꝙ omnes conditiones quæ ſunt inuentę in compoſito ſi atteſtantur imperfectioni proueniunt a materia,et competunt compoſito propter materiam.Et illę q̄ atteſtātur perfectioni proueniunt a forma,& competunt compoſito propter formam . augmentatio igitur quantum eſt merito materiæ finem non habet, quia infinitas ſtat per per materiam,& ideo in infinitum ꝓgrederetur merito ipſius propter materiam ſuę potentialitatis inuentam in ſubſtantia eius,quæ eſt cauſa infinitudinis.Et ideo bene ſequitur ratio Ariſtote. ꝙ ſi augmentatio

D

in uiuentibus principaliter proueniret a uirtute elementali, tunc ubi deſinat non habet, ſed quia ſimpliciter augmentatio eſt de diſpoſitionibus atteſtantibus perfectioni , augmentatio enim eſt motus de quātitate imperfecta ad quātitatem perfectam,ut dicitur in.5.phyſi.tex.c.18. ideo abſolute attribuitur formæ , & hic eſt quod dicit Cōmen.ꝙ ire ad augmentum eſt ire ad formam , per oppoſitam rationem eius quod in diminutione contingit, quia ire ad diminutionem eſt ire ad nihil & non eſſe,ut inquit, cuius cauſa eſt materia.Et propter hoc diminutio in infinitum ſimpliciter attribuitur materiæ,quia atteſtatur imperfectioni & corruptioni.vnde naturaliter ſubſtantiæ compoſitæ reſiſtunt diuidentibus cauſis.Et ideo Philoſophus in ſecundo,de anima,in tex.allegato,ſimpliciter augmentationem attribuit animæ , quæ concurrit ſicut forma , & non igni qui concurrit,ut materia, & inſtrumentum.ut inquit.hæc autem animæ ſunt , ſed non ignis & rationis magis quam materiæ.A fine enim denominare unumquodq; fas eſt,ut ſcribitur in.2.de anima,tex.cō. 49. quia igitur ire ad augmentum eſt ire ad eſſe,& ad formam inde phyſice loquendo ſimpliciter,& abſolute propter prędictas rationes aſcribitur formæ,& quia denominatiōes fiunt a talibus ſimpliciter abſolute loquēdo,inde eſt quod in iſta propoſitione

E

geometra non dicitur concordare.videlicet , continuum ē augumentabile in infinitum,quia ut dicit in cō. 6. tertij de cœlo Auer. cum conſiderauerit mathematicus in cōtinuo ſm additionem non erit impoſſibile augmentare corpus in infinitu,mcum conſideret in eo inquantum eſt abſtractum a corpore naturali.Naturalis autem dicit hoc eē impoſſibile,quoniam inquantum eſt ultimum terminās corpus naturale eſt quaſi forma.forma autem inquātum forma impoſſibile eſt augeri in infinitū. Augmentatio enim ī infinitum eſt ex materia non ex forma,ut determinatum,ī phyſicis.Et ideo dicit Ariſt.ꝙ geometer debet ponere qđ magnitudines augētur in infinitum,ſed poteſt ponere magnitudines in quacunq; quātitate uoluerit &c. Cum igitur augmentatio ſimpliciter reducatur ad formam, & non ad materiam,niſi ſm quid,& denominationes fiunt ab eo qđ eſt ſimpliciter non ab eo,qđ eſt ſm quid ,nam homo mortuus non eſt homo,& continuum,ut reſpicit augmentum habet rationem finis,& perfecti,& a fine unumquodq; denominare iuſtum eſt, & abſolute augmentatio , ut dicitur in primo de generatione,& corrup.fit per formam, nō per materiam principaliter,ut bene declarat Cōmē. in primo de generatione,& corrup.ī tex.cō.38.hinc eſt ꝙ naturalis non concordat cum geometra in illa. continuum eſt augmentabile in infinitum,ſecus autem eſt de illa. continuum eſt diuiſibile in infinitum , quia diuiſio in infinitum atteſtatur imperfectioni,& ire in diuiſione eſt ire ad non eſſe,& ē ire ad nihil.ut dicit.3.phyſi.cō.60.& talis diſpoſitio ſimpliciter reducitur ad materiam:nam forma per ſe indiuiſibilis eſt,& ſi diuiditur hoc eſt per accidens & ſm quid, & ideo in iſta ſimpliciter et abſolute geometer concordat cum naturali.uterq; igitur ſermo uerus eſt ſm diuerſos reſpectus, nam ſi augmentatio comparetur materię,& formæ a materia habet interminationem,a forma uero finem & terminum . ſed ſi abſolute augmentatio & ſimpliciter conſideratur,ut eſt motus qui a fine denominationē ſumit, ſic ſimpliciter eſt ipſius formæ non materiæ,& hoc expreſſe dicit Ariſto.ꝙ hæc animæ eſt,& non ignis,et rationis magis q̄ materiæ,& Cōmen.ibi in commento inquit , & dixit hoc, quia apparet ꝙ actio augmenti eſt compoſita ex actione ignis , & ex aliqua intentione in igne , alterare enim quod eſt in eo debet attribui igni,& quia eſt terminatum debet attribui uirtuti coniunctæ cum igne,& dat exēplum de arte,quod uide ſi placet.

F Propō. 4.

In tex.c.41 3.de aīa in fine.

*Priora ſecundum naturam ſunt quęcunque poſ*

G

*ſunt eſſe ſine alijs, & aliæ non ſine ipſis.*

PROPOSITIO eſt Ariſtote. in quinto primæ philoſophiæ, in capitu. de priori, & etiam in prædicamentis. non intelligitur iſta propoſitio quo ad ſeparationē in eſſe reali, nam in hoc ſenſu utebatur ea Plato, ut ſcribit Commenta. duodecimo metaphy. commen. 27. nam certum eſt quòd motus natura præcedit tempus, & tamen non poteſt eſſe ſine tempore, & ſubiectum natura præcedit propriam paſſionem, ſed non poteſt eſſe in re ſine ipſa, & uniuerſale eſt prius natura ſingulari, ſed non poteſt eſſe ſine ſingularibus. unde Commenta. duodecimo metaphyſ. commen. præallegato declarans quomodo ſingulare eſt prius uniuerſali ex mente Alexan. inquit, ꝙ hic non eſt intelligendum ſecundum eſſe, ſed ſecundum intellectum, uniuerſalia enim ſecundum intellectum ſunt priora particularibus, quæ cum auferuntur, auferuntur particularia, unde exiſtimantur uniuerſalia eſſe ratio ſubſtantiæ, quæ uerba Commenta. aſſeruit propter opinionem Plato. qui utebatur diffinitione prioris ſecundum naturam, opinando ꝙ quemadmodum uniuerſalia poſſunt intelligi per intellectum abſtracta a ſingularibus, ſic etiam in rerum natura ſubſiſtunt ſeparata a ſingularibus, & ſunt rerum ſubſtantiæ, ſed Ariſtote. opinio fuit quòd intellectus multa poteſt ſeparare, quæ natura non poteſt, ſicut ſcribit Commenta. duodecimo metaphyſ. commen. 39.

ADDItio. Itē. 2. phy. c. 19. Manifeſtum ē ꝙ qcqd ſeparatur in eē ſeparat̄ rō ne, et nō cō uertitur.

H

Et confirmatur, quia ſecundum omnem uiam propoſitiones per ſe primi, & ſecundi modi ſunt ſimpliciter neceſſariæ, nam demonſtrationes ſunt neceſſariorum, & impoſſibilium aliter ſe habere. ſi igitur prius ſecundum naturam poſſet eſſe ſecundum rem ſine poſteriori, tunc ſequeretur ꝙ concluſio demonſtrationis, in qua concluditur propria paſſio de ſubiecto non eſſet ſimpliciter neceſſaria, quandoquidem ſubiectum de quo demōſtratur poſſet eſſe ſine ipſa cum ſit natura prius, & ita demonſtratio eſſet de contingentibus, & uniuerſaliter de his quæ ſic & aliter ſe habere poſſunt, & ita etiam contingeret de propoſitionibus per ſe primi modi. nam partes diffinitionis etiam natura præcedunt diffinitum. unde Commenta. ſecundo phyſico. & Ariſtote. cum eo tex. cōmē. 19. inferunt contra Pla. ꝙ formæ naturales ſecundum rationem deberent eſſe ſeparatæ a materia ſenſibili, quia ipſe poſuit quòd ſunt ſeparatæ ſecundum eſſe. nam ut deducit Commenta. manifeſtum eſt ꝙ quicquid ſeparatur ſecundum eſſe, ſeparatur ratione, ſed non conuertitur. Ecce igitur ꝙ iſta ſeparatio in diffinitione prioris ſecundum naturam non eſt intelligenda ſecundum eſſe, ſed ſecundum intellectum.

I

Contra Scotum

Et mirum profecto mirum quomodo Scotus uir ſublimis ingenij, & in ſciētia diuina acutiſſimus, cum quo incedit Antonius And. & ſequaces, quomodo in hac propoſitione defecerit, qui in hoc ſenſu utitur ea in ſecunda. q. quolibe. articu. primo, ubi probat ꝙ anima intellectiua prius natura eſt hæc quam uniatur materia, quia eſt prius natura terminus creationis quam infundatur, quam propoſitionem iſto modo probat. quia illud quod ſine contradictione poteſt eſſe ſine alio, & non econuerſo, eſt prius naturaliter illo. hoc accipitur, ut inquit ex quinto metaphy. capitu. de priori. aliqua, inquit ſecundum naturam & ſubſtantiam ſunt priora quæcunque contingūt eſſe ſine alijs, & illa non ſine illis, & in fine capitu. ad iſtum modum reducit omnes modos prioris, & in ſeptimo metaphy. tex. c. quarto. Eſſe inquit ſubſtantię eſt primum omnium & hoc probat. aliorum enim nullum eſt ſeparabile a ſubſtantia, ideſt potens eſſe ſine ſubſtantia. hæc autem ſubſtantia poteſt eſſe ſine alijs quantum eſt de ſe. concludit ergo ſecundum Philoſophum ſeparabilitas iſta prioritatem ſecundū naturam: anima autem non ſolum ſm ſubſtantiam & eſſentiam, ſed ſecundum exiſtentiam, & ut terminus creationis diuinę poteſt eſſe ſine materia. ergo poteſt eſſe ſine hoc ꝙ uniatur materiæ, nullo autem modo poteſt eſſe in materia, nec aliquo modo qualitercunq;, niſi ipſa ſit hæc propria ſingularitate. ſequitur ergo iſta propoſitio prima quæ fuit hic probanda, ubi patet ꝙ utitur illa propoſitione prioris ſecundum naturam quoad poſſe ſeparari a poſteriori ſecundum eſſe quantum eſt merito ſui. Sed ſi ita intelligat, ſequitur contra ipſum, quia ipſe tenet quòd propria paſſio eſt eadem realiter cum ſubiecto, ſed cum ſubiectum poſſit eſſe quantum eſt merito ſui ſine propria paſſione, cum ſit natura prius illa: ergo non eſt idem realiter illi per regulam poſitam per ipſummet in tertia quæſtione quolibetorum articu. tertio, ubi habet. uniuerſaliter enim ꝙ conuenit alicui, ſic ꝙ omnimoda contradictio ſit illud eſſe ſine hoc, hoc eſt idem realiter illi, & per oppoſitum ubi non eſt omnimoda contradictio non oportet idem eſſe omnino.

K

ADDItio

❊ Et mirum etiam de Iohā. de bac. in quolibetis, quoli. j. quæſtione qua quærit utrum Ariſtote. & Commenta. rationabiliter negauerunt creationem, ubi tenet contra Scotum, ꝙ eſſe & non eſſe ſunt extrema ordine naturæ, & non ſolum dependens, & independens ex malo intellectu illius propoſitionis, unde in æternis non poteſt intelligi aliquod ſignum in quo priuatio, aut non eſſe poſitiue competere poſſit. uide primo cœli in commen. 115. in calce commenti contra Plato.

L

Euaſio Scoti in. 7. metaphy.

Nec ualet ſi pro Scoto dicatur ꝙ ſubiectum ad propriam paſſionē dupliciter comparari poteſt, uno modo ſecundum eſſentiam, inquantum uidelicet non dependet ab alia. alio modo inquantum eſt cauſa neceſſaria reſpectu illius. primo quidem modo ſubiectum quantum eſt merito ſui poteſt eſſe ſine propria paſſione, ſed non ſecundo modo, & eſt reſponſio eius ſeptimo metaphyſ. quæſtione prima. Nam data iſta reſponſione adhuc argumentum ſtat in ſuo uigore, quia non eſt omnimoda contradictio, ſubiectum poſſe eſſe ſine propria paſſione, ſed ſolum ex parte qua eſt cauſa.

Impugnatio

Præterea. Retorqueo argumentum quo ad iſtam rationem, quia etiam ſubiectum ſecundum ꝙ eſt cauſa neceſſaria paſſionis, eſt natura prius ipſa paſſione, ſed prius ſecundum naturam ſub ratione qua eſt prius poteſt eſſe ſine poſteriori, ergo ſubiectum & ſecundum ſuam eſſentiam abſolute conſideratum, & etiam ſub ratione qua cauſa poteſt eſſe ſine propria paſſione, et ita ſequitur quòd demonſtratio non eſt ſimpliciter neceſſariorum, & impoſſibilium ſimpliciter aliter ſe habere contra Ariſtote. & ueritatem. Sed illud quod decepit ipſum, ſi fas eſt ita loqui de tanto uiro, fuit, quia non diſtinxit de ſeparatione ſecundum eſſe qua utebatur ea Plato, & de ſeparatione ſecundum intellectum qua utebatur ea Ariſtote.

M

Nec auctoritas Ariſtote. mouet, quam allegat ex ſeptimo metaphy. text. c. quarto ubi probat ſubſtantiam eſſe priorem ratione, cognitione, tempore, & natura. Nam ſecundum expoſitionem diui Thomæ probatio illa, nullum enim aliorum quæ prædicantur ſeparabilem eſt, ſola autem ſubſtantia ſeparabilis. adducitur ad probandam prioritatem tpis, & nō prioritatē naturę. & ſm expoſitionem Auer. illa probatio cōiter deſeruit ad quamlibet primitatem, & Ariſtote. ſecundum ipſum intellexit nullum accidentium eſſe ſeparabile a ſubſtantia, quia uniuerſalia accidentium diffiniuntur per eſſe in ſubiecto, & iſta uiet eſt expoſitio Ariſto. primo phyſi. tex. c. 14. & ita iſta ſeparatio eſt quantum ad intellectum, dum dicitur in diffinitione prioris ꝙ poteſt ſeparari ab alio, & aliud non ab ipſo.

Nullū accidentium eē ſeparabile a ſuba, qūo intelligitur

Et confirmatur. quia Commenta. quarto phyſico. commen. 97. contra Gale. inquit ꝙ quia tempus non imaginatur ſine motu, & motus poteſt imaginari extra tempus, ſignificat hoc ꝙ motus pręcedit tempus naturaliter, & ꝙ tempus accidat motui, licet conſequentia ſe complete, & dicit expreſſe ꝙ iſta fuit opinio Ariſtote. & non ſicut intellexit Galenus. & manifeſte patet ex illo loco ꝙ prioritas naturæ de motu reſpectu tēporis probatur. quia poteſt abſtrahi per primam operationem



A

tionem intellectus, cum in diffinitione motus non ponatur tempus, ſed in diffinitione temporis ponitur motus. non autem intellexit Commenta. motum poſſe imaginari eſſe ſine tempore, nam duodecimo metaphyſ. commen. 29. expreſſe habet ꝙ impoſſibile eſt imaginari motum ſine tēpore.

ADDItio

❊ Amplius Porphyrius in communitatibus oſtēdit ꝙ genus eſt natura prius differentijs, quia ſubſtantia animata ſenſibilis poteſt ſubintelligi, eſto ꝙ non ſit rationale, nec irrationale. Ecce quomodo illa prioritas naturæ eſt quo ad intellectum. Aduerte tamen ꝙ in primo ſenſu, etiam quandoque utitur ea Ariſtote. & Commenta. uidelicet. quo ad ſeparationem ſecundum eſſe. ut patet ſecūdo de anima. text. c. decimoſeptimo de ſenſu tactus reſpectu aliorum ſenſuum, & de uirtute motiua reſpectu aliarum uirtutum, ut patet ibi, ſed dico ꝙ hoc non eſt ſemper uniuerſaliter uerum.

Propō. 8.

*Poſterius non poteſt abſtrahi a ſuo priori.*

Limitatio p̄ma iſtius ꝓpoſitiōis.

B

FAMOSA eſt propoſitio & deducitur ex eadem auctoritate Philoſophi iā allegata, quia poſteriora non poſſunt eſſe ſine alijs, quæ ſunt natura priora illis. Intelligitur de poſterioribus quæ comparantur ad uera priora reſpectu illorum, quia, uidelicet, includūt illa quiditatiue. Sed non opus eſt ubi prius non fuerit de quiditate poſterioris, quod poſterius non poſſit intelligi ſine illo. Nam certum ē ſecundum Ariſto. ꝙ mathematicæ diſciplinæ abſtrahunt a ſubſtantia, excepta aſtrologia quæ ſola inter mathematicas diſciplinas de ſubſtantia theoriā facit. geometria enim ſolam magnitudinem contemplatur, & arithmetica numerum. & colligitur de mente etiam Ariſto. & Cōmen. 4. primæ philoſophiæ. tex. cō. primi. ubi habet ꝙ ſcientia diuina ſpeculatur ens inquantum ens, & quæ huic inſunt: aliæ autem ſcientiæ particulares abſcindentes aliquam partē entis circa hanc ſpeculantur ipſum accidens, uelut ſcientiarū mathematicæ. ubi Cōmen. in cō. primo, ſuper his uerbis, inquit. Manifeſtum ē ꝙ non eſt alicuius ſcientiæ ſcientiarum particularium conſideratio de ente ſecundum quod ē ens, ſed tantum ē conſideratio de accidentibus, quæ accidunt alicui parti partium eius, accipiendo illam partē quaſi diſtinctam ab ente, ſicut faciunt ſcientiæ mathematicæ, quæ accipiunt numeros, & magnitudines diſtinctas ab ente, & conſiderant de eis, & ſuis accidentibus eſſentialibus. ubi clariſſime patet ꝙ iſtę ſcientiæ abſtrahūt a ſubſtantia manifeſte. quid enim ē accipere magnitudines et numeros ſeparatos ab ente, quam ſeparatos a ſubſtantia? Nam diuina ſcientia ē quæ conſiderat de ente. i. de ſubſtantia in eo quod ens, & in eo quod ſubſtantia, ipſa enim ē uerum ens ſimpliciter & primum, & alia non dicuntur entia niſi quia entis.

C

Amplius Cōmenta. 2. phyſi. cō. 60. expreſſe teſtatur ꝙ in hac propoſitione, continuum ē diuiſibile in infinitum, conuenit geometer cum naturali philoſopho, ſed non in hac. continuum ē augmētabile in infinitum. Nam, ut inquit, propoſitiones mathematicæ ſunt fundamenta imaginationis, modo continuum in uia augmenti ſm imaginationem augeri poteſt in īfinitum, imaginatio enim terminū non habet nec in ſurſum, nec in deorſum. unde Seneca ad Lucil. deſideria inquit naturalia finita ſunt, quæ autē ex falſa imaginatione proueniunt, ubi deſinant non habent. Sed quia ire naturaliter ad augmentum eſt ire ad formam, quæ ē cauſa terminationis & finitudinis, omnium enim natura conſtantiū determinatus ē numerus magnitudinis & augmenti. 2. de anima. text. cō. 42. Ideo naturalis diſcrepat in hac propoſitione a geometra. ſed in alia propoſitione quæ eſt de diuiſione continui in infinitum concordant, quia, ut inquit, diuiſio in infinitum conuenit continuo, tam prout eſt in materia quæ eſt cauſa in rebus phyſicis, interminationis, & infinitudinis, quam etiam ut eſt abſtractum a materia. ubi expreſſe Commenta. uult, ꝙ geometer abſtrahit magnitudinem a materia. & non conſiderat ipſam niſi ſecundum intellectum, & imaginationem, quo ad ſui naturam.

D

Et inde colligitur manifeſte de intentione Cōmenta. ꝙ materia intelligibilis a qua non abſtrahit mathematicus, nō eſt ſubſtantia, ſicut tenuit Scotus, & Aegidius Ro. & Alber. magnus, qui uoluerunt ſubſtantiam corpoream ſubiectam quantitati, eſſe ſubiectum ſcētiarum mathematicarum. Immo materia intelligibilis ſubiecta mathematicis diſciplinis, eſt ipſa quantitas, prout ſecundum rationem abſtrahit a qualitatibus ſenſibilibus.

Qđ materia intelligibilis a qua nō abſtrahit mathematicus rō eſt ſuba, cōtra Sco. Aegidiū, et Alber.

Opīo Alb. mag. in. 5. ſuę meta.

Nec obſtat ꝙ dicit Magnus Albertus in. 5. ſuę metaphyſ. tracta. tertio, cap̄. ſecundo. ubi facit digreſſionem declarando eſſe, & naturam quantitatis. ubi inquit hæc uerba formaliter. Diximus enim ꝙ ſubſtantia quæ corpus eſt, conſtituitur ex materia, & forma corporeitatis tali, q̄ ſuſcipit omnimodo mēſuram trium diametrorum. Et in hac forma, nullum corpus differt ab alio corpore, nec eſt maius unū corpus quam aliud. Et ex hoc patet ꝙ menſura dimēſionum actualium ſecundum quam comparantur adinuicē ſecundum maius, & minus, & æquale, eſt menſura, & quantitas ſuſcepta ab huiuſmodi ſubſtantia, ſecundum hoc ꝙ ſuſceptibilitas per actum formæ ſubſtantialis eſt in ea, igitur q̄titas quæ menſura eſt ineſt compoſito, & non materię ſimplici. adhuc hoc habitum eſt ſupra, quod forma corporeitatis ſubſtantialis non relinquit unquam materiam, & eſt in ipſa ante omnem motum, & mutationem, non dependens niſi ex principijs ſubſtantiæ ſimplicibus. Iſtę autem dimenſiones ſm quas corpus comparatur ad corpus ſm maius, & minus, & æquale uno corpore manente ſm ſubſtantiā inſunt, & non inſunt, ſicut patet in cera extenſa & contracta, & nube contracta & dilatata, & generaliter in condenſatis & rarefactis. Igitur iſta inſunt ex prima ratione, & non ſicut quædam pars cum conſequuntur eſſe compoſiti. Et ex ſecunda ratione inſunt, et non inſunt eidem ſaluato ſm eſſe ſubiecti. Oportet igitur ꝙ iſta ſint accidentia, & eſſe ipſorum eſt eſſe accidentis, hoc tamen Plato non dicit et plures ſtoicorum. Attende igitur ꝙ quia quantitatum mēſurę non inſunt ſubiecto determinato ſm aliquam ſpecialem formam, ſed ſm ipſam formam corporeitatis primā, ideo in diffinitiua ratione quantitatum diſciplinabilium nō intrat ſubiectum ſenſibilis materiæ, nec concipiunt illud ſm ſubiectum intellectualis, ſiue intelligibilis materiæ tantum Nec eſt dicendum ꝙ concipiunt materiam imaginabilem. ipſæ enim diſciplinales quantitates ſunt imaginata quædam, ſubiectum autem quod in ſua ratione diffinitiua concipiunt, non eſt imaginatum, ſed in intellectu conceptū per prima principia ſubſtantiæ corporeæ ſolum, & hoc ē ualde notandum in tota iſta philoſophia.

E

F

Ex hoc autem ꝙ ſubiectum nullam habet differentiam ex imaginatis circa ipſum & ſenſibus contingit ꝙ dimenſiones diſciplinales omnes unius ſunt rationis in omni materia, quod eſſe nequaq; poſſet ſi ſubiectū imaginatum, uel ſenſatū concipit, quia per imaginata & ſenſata differunt corpora. Et ſi ſub talibus differentijs caderent, in diffinitionibus diſciplinabilium oporteret ipſa æquiuocari, qn̄ unum eſſet nomen, & rō ſubſtantiæ diuerſa, ſubiectum enim per ſe, & ſm ipſum cadit in paſſionis diffinitione. hæc ille formaliter. Ex qbus uerbis clare colligitur, ꝙ quia ipſe poſuit corporeitatis formam de prędicamento ſubſtantiæ inſeparabilē a materia, imitatus in hoc Auicen. in. 1. ſuæ ſufficiētiæ, & in. 2. ſuę metaphy. quæ erat forma generalis, perficiens primitus materiam. Et erat materiæ primę coęterna, & in tali compoſito fundabantur dimenſiones interminatæ, quæ ſunt corpus de prædicamento quantitatis, tanq; in ſubiecto. unde ut inquit Auerro. in primo cap̄. de ſubſtantia orbis. Auicen. exiſtimauit ꝙ eadem eſſet diſpoſitio accidentium terminatorum, & interminatorum, non quia opinatus fuerit quòd quemadmodum accidentia terminata fundantur in compoſito ex materia, & forma ſpeciali, ſic interminata ſun-

G

dantur in compoſito ex prima materia & forma corporeitatis, quæ ſecundùm Auicen. erat forma ſpecialis, ſicut peſſime impoſuit Auicen. Ioannes de Ianduno, & ſequaces propter uerba iſta Auerro. male intellecta. Nam Auicen. nullibi dixit hunc errorem, immo oppoſitum ut alias declaraui. & Albertus imitatus ad unguem in hoc oppoſitum dicit, ſed pro tanto dixit Auerro. illa uerba quia ſicut accidentia terminata fundantur in compoſito: ita uoluit etiam Auicen. ꝙ accidentia interminata fundarentur in cõpoſito. propter hoc igitur uult Alber. quòd dimenſiones iſtæ cum ſint ſicut paſſio in ſubiecto in tali corpore quod eſt compoſitum ex prima materia, & forma iſta ſubſtantialis corporeitatis quæ eſt prima forma generalis, quod tale ſubiectum ponitur in diffinitionibus talium entium mathematicorum.

Opio Sco. i.6. ſuę meta.

Et hoc fundamentum etiam Auicẽ. & Alber. imitatur Scotus in ſexto ſuæ metaphyſicæ quæſtione prima inquiens. Reſtat ergo ſubſtãtia corporea cui abſolute conſideratæ ineſt primo quantitas continua, & ſecundum aliquos diſcreta. Et mediante quantitate omnia quæ quantitatem conſequuntur, ut relationes fundatæ in quantitate, & qualitates quartæ ſpeciei. Et iſtæ paſſiones ſunt de ipſa cognoſcibiles ex principijs notis uia ſenſus. Ergo ipſa poteſt eſſe, & eſt ſcientiæ ſpeculatiuæ ſubiectum

H

poſſibilis nobis alterius a metaphyſica, & hæc uocatur mathematica, quæ licet dicatur de quanto, uel quantitate, quia non multum mathematica comparat quãtitatem ad ſubſtantiam corpoream: tamen ſubiectum primum uirtute continens omnia eſt ſubſtantia corporea. hæc ille.

Cõfutatio,

Sed mirabile eſt de iſtis uiris qui erant in talibus ſcientijs exercitati, & tamen non eſt aliquam diffinitionem inuenire in geometria, nec in arithmetica in qua appareat tale ſubiectum quod eſt ſubſtantia corporea.

Euaſio

Nec ualet ſi dicatur (ut quandoque Alber. dicere conſueuit, & ſequaces iſtorum) quod apparet confuſe.

Impugnatio

Contra hoc ſtare non poteſt, quia artifex ſpecialis debet diſtinctam cognitionem habere de ſuo ſubiecto ſub ratione ſpeciali qua eſt ſubiectum. Nam ut dicit Ariſtote. in primo poſterio.

Tex. 43.

unaquæque ſcientia eſt unius generis ſubiecti partes, & paſſiones ipſius demonſtrans atque conſiderans, & circa duo uerſatur quælibet ſcientia. uidelicet. in cognoſcendo quiditatem ipſius ſubiecti per diffinitionem, & in cognoſcendis proprijs paſſionibus eius per demonſtrationem. non igitur mathematica ſcientia eſſet perfecta ſcientia in ſuo genere, ſi ſuũ ſubiectũ in propria ratione non cognoſcit. Præterea. Quomodo pñt iſti ſaluare auctoritatem Philoſophi in duodecimo metaphy. tex. commẽ. 44.

I

ubi habet, ꝙ mathematicarum nulla de ſubſtantia theoriam facit excepta aſtrologia? Si dicant quia ipſa diſtincte pertractat de ſubſtantia. Contra. quia diſtincta cognitio de ſubſtantia inquantum ſubſtantia non pertinet ad aſtronomum, ſed ad diuinum. Forte dices, aſtronomia facit ſola theoriam de ſubſtantia ſenſibili, quia meminit de corpore cœleſti: ſed mathematicæ faciunt mentionem de ſubſtantia intelligibili. ſed ſi ſic dicat, oſtendant ipſi aliquã ex diffinitionibus libri elementorum Euclidis, uel aliquam diffinitionem arithmeticæ, in qua appareat corpus de prædicamento ſubſtantiæ, prout dicit formam generalem.

Forte dices quia geometræ utuntur demonſtrationibus ſenſatis in puluere, & deſcriptis in tabula, & per conſequens demonſtrationes illæ præſupponunt corpus de prædicamento ſubſtantię. Sed hoc nihil mouet, quia ſi hoc aliquid concludit, ſequeretur quòd ſubiectum earum eſſet corpus ſenſibile non intelligibile, manifeſtum eſt enim per ſe quòd quando Geometræ deſcendunt ad actum deducendo aliquam demonſtrationem ſicut cõmuniter contingit quando per doctrinam, & diſciplinam acquiruntur, ꝙ tunc utuntur corpore aliquo ſenſibili, tamen talia exempla non ſunt neceſſaria propter ſcientiam in ſe, nec de illis uerificantur paſſiones demõſtratæ, ſed de illis quæ per illas intelliguntur, ſcripſit enim non rectam geometer rectam aſſumens in puluere, ut dicit Ariſtote. in primo poſteriorum.

K

Tex. 24.

unde aliud eſt conſiderare ſcientias mathematicas in puritate ſuæ eſſentiæ, & aliud eſt conſiderare illas, ut reſpiciunt poſſibilitatem, & facilitatem intellectus noſtri debentis illas adipiſci, quemadmodum dum per doctrinam acquirit eas. unde credo ꝙ ſcientiæ mathematicæ puræ, ut eſt geometria, & arithmetica ſolum rimantur quiditates magnitudinum, & numerorum, & accidentia propria ipſorum, nullam prorſus conſiderationem habentes de ſubſtantia, nec in genere, nec in ſpecie, nec confuſe, nec diſtincte: ſed ſolum conſiderant magnitudinem, & numerum tanquam quaſdam eſſentias per ſe de nulla alia priori eſſentia conſiderantes. Nam ſi intellectus antiquorum potuit hoc intelligere, quare nos hoc non poſſumus? unde uidetur mihi quòd iſta fuerit mens Ariſtote. in principio quarti primæ philoſophiæ, tex. commen. primo, qui uoluit unam dari ſcientiam uniuerſalem, quæ conſideret ens inquantum ens, & accidentia quę enti inſunt inquãtum ens, aliæ autem ſcientiæ quę ſunt particulares abſcindunt quandam partem entis, circa quã ſpeculantur ipſum accidens. unde ut dicit Commentator ibi in commen. geometer accipit magnitudinem, & de magnitudine conſiderat, & demonſtrat accidẽtia propria.

L

& ſic arithmetica abſcindit numerum, manifeſtum eſt autem ꝙ ſi iſtæ ſcientiæ haberent pro ſubiecto ſubſtantiam corpoream, ꝙ hoc non eſſet abſcindere partem entis ab ente, quia iſtæ conſiderarent de accidente, & de uero ente, quod eſt ſubſtantia.

Propria poſitio

Vnde uidetur mihi ſine præiudicio melioris, & ſanioris ſententiæ quòd arithmetica ſumit numerum, non curando an ſit ſubſtantia, aut accidens, nec utrum ſit in ſubſtantia corporea, aut incorporea, ſed ſolum eſſentiam numeri per intellectum rimatur, inquantum numerus eſt, & ſecundum imaginationem rimatur omnia propria quæ fluunt, a numero aliter conſiderato, & ita facit geometer de magnitudine. Et confirmatur, quia conſiderare de numero an ſit ſubſtantia, aut accidens non pertinet ad arithmeticum inquantum arithmeticus eſt, quia ſubſtantia, & accidens ſunt de differentijs entis inquantum ens. ut dicit Commenta. ſecundo phyſi. commen. quarto, & ſeptimo metaphyſicę, in prologo ſuo, & eſt ſententia Ariſtote. 5. & 6. metaphy. ubi diuidit ens in ſubſtantiam & accidens. Et iſta fuit mens Auerro. & antiquorum Peripateticorum ſine dubio, ut colligitur ex cõmen. 60. tertij phyſi. præcipue quia ipſe non ponit formam corporeitatis ſubſtantialem coæternam primæ materiæ, ut poſuit Auicen.

M

Cap. 24. in medio.

Bene uerum eſt ꝙ iſtæ ſciẽtiæ quando per doctrinam traduntur, tũc (quia ut inquit Philoſophus in primo priorum exẽplis utimur, non ut ita ſint, ſed ut audiant qui addiſcũt) ſecundum hoc utuntur ipſa ſubſtantia corporea ſenſata deſcribẽtes figuram in puluere, uel in tabula. ne uideatur tibi mirum hoc, quia multa non ſunt neceſſaria in ſcientia, in natura ſuæ puritatis conſiderata, quæ tamen expediunt & ſunt utilia addiſcenti, & cupienti adipiſci ſcientiam. ſicut enim inquit Auer. in principio ſui colliget. Diuiſiones non ſunt neceſſariæ in ſcientia, ſed adducuntur propter debilitatem uirtutis diſcretiuæ ſcholarium, & ſic de exemplis, & multa alia ſunt in ſcientia quæ non ſunt de ſubſtantia eius, ſed ad bene eſſe.

Motiuum opinionũ

Quod fecit iſtos ſublimes uiros in hoc deuenire, fuerunt tria meo iudicio. Primum, quia poſuerunt primam formam in prima materia primitus exiſtentem, eſſe formam corporis de prædicamento ſubſtantiæ. Secundum uero, quia crediderunt ꝙ quantitates conſideratæ in ſcientia mathematica, conſiderantur ut ſunt ꝓprietates talis ſubſtantiæ. Tertium fuit, quia uiderunt huiuſmodi ſcientias uti plerunq; ipſa ſubſtantia corporea dũ traduntur per doctrinam.

Impugnatio

Sed primũ non eſt Ariſto. dictũ, nec Auer. ut alibi demonſtratũ eſt per nos. Scdm etiã falſum ẽ, quia mathematicus non habet conſiderare q̃titatem, ut



A

tem, ut eſt paſſio ſubſtantiæ, ſed hoc pertinet ad artifices de ſubſtantia conſiderantes. nam ut ſunt paſſiones ſubſtãtiæ inquantum ſubſtantia, pertinent ad diuinum: ut autem ſunt paſſiones ſubſtantię ſenſibilis tranſmutabilis, pertinẽt ad Philoſophum naturalem, ſub ratione illa generali, ut ſunt ſubſtantiæ mobilis, in ſpeciali autem ut ſunt in ſubſtãtia ſenſibili determinata, puta in cœlo ad utrũq; ad naturalem, & ad aſtronomum, alio tamen & alio modo. ut patet in. 2. phy. tex. cõmen. 17. & 18. ſed ſcientiæ mathematicæ puræ, ut geometria & arithmetica non conſiderãt de iſtis, niſi ut ſunt eſſentiæ quædam particulares de quibus tanq̃ de ſubiectis multa demonſtrant. Amplius ad principale propoſitum noſtrum, ꝙ poſterius per intellectum poſſit circunſcribi a priori quod nõ eſt de quiditate eius, oſtenditur per Ariſtote. in prædicamentis. qui docens modum aſſignandi correlatiũa propria inuicem dat artem circunſcribendo omnes rationes aduentitias reſeruãdo proprias rationes relatiuorum, ſi eis remanentibus circunſcriptis oĩbus alijs rationibus quæ accidunt illis inquantum relatiua ſunt, ſi talia inuicem referantur, & ſi illis ablatis alijs poſitis tollatur relatio, illa ſunt uera relatiua, & ita circũſcribit a domino, & ſeruo rationem hominis, & per conſequens rationem quamlibet quæ accidit domino, ut dominus relatiue dicitur ad ſeruum.

B

manifeſtum eſt autem ꝙ etiam ſubſtantia accidit domino inquantum refertur ad ſeruum. Ecce igitur ꝙ in caſu intellectus poteſt circũſcribere accidẽs a ſubſtantia, ſicut uides, quia poteſt diuidere quæ ſunt coniuncta in eſſe. Præterea, hoc etiam habet concedere Scotus in doctrina ſua. Nam certum eſt quòd prima entitas in diuinis eſt eſſentia diuina, & eſt ſimpliciter prima, & tamẽ ipſe circũſcribit per intellectum entitatem relationis, quæ eſt poſterior a ratione eſſentiæ in. q. 5. quolibetorum. arti. primo, in fine.

Sco. i. 5. q. q̃lib. art. 1.

ubi quærit quomodo ſit intelligendus titulus quæſtionis, dum quæritur an relatio originis in diuinis ſit formaliter infinita. Inquit enim ꝙ hoc non eſt quærere ſi relatio eſt eadem realiter alicui infinito, de quo non eſt dubium communiter loquendo, quia realiter eſt eadem eſſentia. Nec etiam eſt quærere, ſi relatio ſit per identitatem illud infinitum: ſed eſt quærere ſi relatio formaliter, hoc eſt ſecundum ſuam entitatem propriam quæ eſt entitas ad alterũ ſit entitas infinita intẽſiue infinitate illius entitatis, hoc eſt ſi entitati proprie huius paternitatis, ut ẽ entitas propria huius paternitatis ſit infinitas intenſiua modus intrinſecus per ſe: Ita per ſe intrinſecus quod non ratione tantum alicuius alterius ꝙ ſit realiter illi entitati idem: Sed non includendo aliquam entitatem, niſi iſtam, immo circũſcribẽdo quodlibet præter iſtam ad alterum, adhuc eſſet entitas illa quæ eſt ad alterum intenſiue infinita in ſeipſa.

C

Scd̃a limitatio.

Amplius ſcire debes, ꝙ poſterius non poteſt abſtrahi a priori in cognitione diſtincta, fallit autem in cognitione confuſa. colligitur hoc expreſſe ex mente Philoſophi in primo phyſicæ auſcultationis tex. commẽ. quinto, ubi habet ꝙ diffinitum eſt prius notum quo ad nos quam partes diffiniẽtes.

Themiſtiꝰ

Et lucidiſſimus Themiſtius primo poſteriorum, in capi. ſecundo, inquit. Neq; enim ullum tam ſtupidum mancipium ẽ, modo eadem nobiſcum lingua ſit, ꝙ audiens hominem rogari, equum adducat, aut circulum poſci, caligam afferat, quid tamen res illæ ſint, & quod illis eſſe non niſi exercitatiſſimi facile traditu depromptuq; eſt.

Sũma totius limitationis.

Sic igitur poſterius a priori, quod eſt de quiditate eius, & dum diſtincte cognoſcitur per intellectum abſolui non poteſt intellectu completo quietante animum, quod dico propter accidentia, quæ dum conſiderantur, ut paſſiones ſubſtantiæ, diſtincte cognoſci, & diffiniri nequeunt ſine ꝓprijs ſubiectis licet ut eſſentiæ q̃dã in ꝓprijs gñibus dialectica diffinitiõe diffiniri pñt, ut tenuit egregius Ariſto. in. 1. topi. tex. 7. &c.

Propõ. 9.

*Subſtantia eſt prior ratione, natura, cognitione, & tempore.*

D

VVLGATA ſatis auctoritas eſt in. 7. primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 4. et a paucis bene intellecta, ſed intellectus uerus, ni fallor, eſt. ut ſcribit Commenta. intelligendo ipſam de quiditate ſubſtantiæ uniuerſalis generabilis, & corruptibilis. Nam ut ſcribit ipſe in prologo ſuper ſeptimo metaphy. cum ſubſtantia alia eſt abſtracta & ſeparabilis, alia inſeparabilis, perſcrutatur in hoc tractatu, & in ſequenti de ſubſtantijs inſeparabilibus, id eſt in. 7. & 8. metaphy. unde ab Ariſto. in. 9. metaphy. tex. cõmẽ. 1. iſti duo libri appellantur tractatus de ſubſtantia, & de ente. Et per hoc, ut uides, ceſſant argumenta Scoti, & Anto. Andreæ de accidentibus ipſius cœli, & uniuerſaliter de æternis ſubſtantijs, quia de talibus non eſt ſermo. Subſtantia igitur talis ẽ prior ratione, id eſt diffinitione reſpectu accidentium, quia in diffinitione accidentium debet poni ꝓprium ſubiectum. ut docet Ariſtote. in text. cõmen. 14. & 17. Et ratio eſt, quia illud quod eſt conſtitutiuum alicuius debet poni in diffinitione eius: ſed accidentia conſtituũtur per ſubſtantiam. ergo debent diffiniri per ipſam. ſubſtantia autem non conſtituitur per accidentia. & ẽ ratio Commenta. in cõ. 4. Accidentia enim ut ſcribit Commenta. 4. metaphy. conſtituuntur per ſubſtantiam, ſaltem in genere cauſę materialis, ſicut etiam nos ſuperius declarauimus.

E

Subſtantia etiam præcedit cognitione accidentia: nam ſubſtantia demonſtrata quæ eſt ueriſſimum ens, & manifeſtum, & conceſſum ab omnibus, ut inquit Commenta. commen. 2. 3. & 5. melius notificatur per prædicata quiditatiua ſubſtantiæ, quam per prædicata uniuerſalia de genere accidentium. Et regula ẽ, ꝙ in his quæ ſunt citra primum in aliquo genere, ordo eorum attenditur penes acceſſum maiorem, uel minorem ad primum. quia igitur in hac diuiſione qua diuiditur hic ens in ſubſtantiam, & accidens ſimpliciter primum ſit prima ſubſtantia, uolo enim contra uulgares ꝙ deus, & intelligentiæ ſunt principium, & cauſa talis entis extra animam diuiſi in ſubſtantiam, & accidens, & non ſunt partes ſubiectiuæ. ut alias infra oſtẽdam, & ut inquit Commenta. in. 7. metaphy. cõ. 2. manifeſtum eſt per ſe, ꝙ indiuiduum prædicamenti ſubſtantiæ præcedit indiuidua aliorum prædicamentorum, quia igitur quiditates de prædicamento ſubſtantię ſunt magis intimæ primæ ſubſtantiæ, quam ſint quiditates accidentiũ, ideo ſubſtantia ſic eſt cognitione prior. Nec obſtat ſi dicatur contra iſtam expoſitionem Commen. quia non uidetur ad mentem Philoſophi, quia concluſio iſta a Philoſopho in textu proponitur, ꝙ ſubſtantia ſimpliciter eſt primum ratione, cognitione, tempore, & natura, & non in ordine ad ſubſtantiam primam.

F

& hoc forte fuit in cauſa, ꝙ Scotus, & Antonius And. aliter formant iſtam rationem ibi, uolunt enim ꝙ Philoſophus iſto modo deducat illã ad hunc ſenſum, ꝙ cognitio ſubſtantiæ uia perfections eſt prior. Nam cognitio ipſius quodquideſt, ẽ perfectiſſima. ut dicitur in tex. quod ergo maxime habet quodquideſt, ẽ maxime cognoſcibile, ſed ſubſtantia habet perfectiſſime quodquideſt. ergo ẽ perfectiſſime cognoſcibilis. Maior patet, quia etiam in his quæ non habent ſimpliciter quodq̃deſt, ut ſunt accidentia perfectiſſima, ẽ eorum cognitio q̃ñ cognoſcitur quid eorum eo modo quo habẽt quid. Tñ minor adhuc a Philoſopho non ẽ probata, nec ẽ euidẽs de ſe ſm̃ iſtam deductionem, quia non ẽ adhuc declaratum, an quid ſubſtantiæ ſit ſimpliciter, & aliorũ ſit ꝑ additamẽtũ.

Sed quicquid ſit de hoc expoſitio Cõmen. ſaluari põt, quia ex hoc ꝙ ſubſtantia eſt cognitione prior accidente in ordine, ad primã ſubſtãtiã, ſeq̃tur ꝙ ſimpliciter, & abſolute ſit prior. Nec ẽ fallacia ad ſm̃ q̃d ad ſimpl'r, quia in his q̃ ſunt citra primũ ordo eoꝝ, in illo genere ſimpl'r ẽ ex rõne primi in tali ordine. Subſtantia ẽt talis, ut tradit Cõmen. ſi cõparatur ad accidentia ſeparabilia, clarum ẽ ꝙ iſta pręcedit tp̃e talia accidẽtia cũ non ſemper permaneant in illa, ſi uero fuerint iſeparabilia, ſaltẽ ſunt poſteriora tp̃e materia,

G quæ ē pars integralis ſubſtātiæ demōſtratæ. Nā licet ignis non ē prior tp̄e ſua caliditate, quę eſt accidens inſeparabile ab ipſo, eſt tamē materia ignis prior, & ipſa forma ignis, & ſua caliditate. Nec oportet exponere prioritatem tēporis, prout expoſuit Scotus in. 7. ſuæ metaphy. q. 2. inquit enim quòd tempus hic non accipitur, ut diffinitur. 4. phyſicorū. quia primitas temporis eſt ſubſtantiæ inquantum ſubſtātia ē, ſed huiuſmodi non eſt eſſe in tempore, quia tempus non ē menſura, niſi motus, & quietis, & eorum quę ſunt in motu, & in quiete. ſubſtantia autem ſm̄ ſe non eſt tale. nec accipitur pro quacunq; duratione extēſa ſucceſsiua alia ab eſſentia rei, quia de illa eſſet quæſtio, quia tunc ſubſtantia poſſet præcedere illud cum ſit accidens ei, & præcederet illud duratione. & quæro de illa, & ſic in infinitum tunc dicitur prius tempore eſſe qđ poteſt ſeparatim eſſe ſine alio, & aliud nō ſine illo, quia ſic dicit Philoſophus in litera, iſto modo omnis ſubſtantia ē prior omni accidēte uno modo, alio modo non ē. ergo prius tempore eſt poſſe habere exiſtentiam actualem priorem alio, ſiue ſine alio quantum ē ex ſe: ita. ſ. quod ſibi nō repugnat, quia in nullo ab illo alio dependet. Et hoc ſatis poteſt dici prius natura, nihil enim ē ſic prius natura, quod non ſit ſic prius, & tempore. Quod autem ſic poſſit præcedere oſtenditur dupliciter: uel quia

Expō Sco. 7. meta. q. 2.

H non dependet ab illo, uel quia non ē cauſa neceſſaria reſpectu illius. et quòd hoc ſit uerum, patet ex oppoſitis eorum, quia ſi non poteſt ſeparari, hoc ē uel quia dependet ab illo uel quia non ē cauſa neceſſaria reſpectu illius. Dico quòd ſubſtantia reſpectu accidentium ſeparabiliū ē prior utroq; modo comparata reſpectu paſſionis ē ſeparabilis, & prior uno modo, quia non dependet, ſed non inquantum cauſa, quia habet neceſſariam cauſam huiuſmodi intra eſſentiam ſuam. ideo non ē ſeparabilis illo modo. ſ. inquantum ē cauſa accidentis. hæc ille. Sed iſta expoſitio, ſalua reuerentia, non uidetur quòd ſit de mente Philoſophi ibi. tūc quia Ariſto. in textu rememorat multiplicem acceptionem prioris, & non niſi illam, quam poſuit in. 5. metaphy. in capitulo de priori. inquit enim quare primum ens, & nō aliquod ens, ſed ens ſimpliciter ſubſtantia utiq; erit. Multipliciter quidem igitur dicitur primum, ſed ſubſtantia omnium primum ratione, notitia, & tempore, & natura. Manifeſtum ē autem quòd in. 5. metaphy. in diſtinctione prioris, prioritas temporis non ſumitur pro prioritate naturæ: immo eſt modus illæ diſtinctus. Nam ibi inquit alia ſunt priora ſecū dum tempus. hoc quidem enim eo quòd remotiora nunc, ut in factis. priora nāq; troica medis, quia remotiora nunc, hoc autem eo quòd propinquius nunc, ut in futuris. priores enim propterea ludi Iouis ludis Apollinis eſſe dicuntur, quia propinquius nunc. oportet igitur quòd eodē modo utatur iſtis modis, ſicut uſus fuit in diſtinctione quam rememorat. Amplius eſſet nugatio, & ſuperfluitas in ſermone philoſophi, quia dicitur quòd ſubſtantia eſt prior tempore, & natura, ergo ſi per prioritatem temporis intellexit illam taliter deſcriptam quæ eadem ē cum prioritate naturæ, ut ipſemet fatetur, ſuperfluus ergo eſt ſermo eius. Confirmatur quia nomina ſynonyma non uſitantur in doctrina demonſtratiua, ut dicit Commenta. primo phyſi. in commen. primo, & primo cœli. cōmen. 1. Forte dices quòd uſitantur ad exponendum, ut dicit Cōmenta. 4. phyſi. com. 45. Sed contra hoc ſtare non poteſt, quia licet ubi nomina ſynonyma ita ſe habēt quòd unum ſit notius altero, notius poteſt adduci poſt ignotius, ut ſermo ſit clarior, tamen in textu gręco, & noſtro adducitur immediate, poſt prius tempore prius natura, patet autem quòd prius natura, non ē notius prius tempore. Amplius non eſt conſuetudo Philoſophi in ſcientijs uti locutionibus metaphoricis, & abuſiuis. in hoc enim ipſe plerunq; damnauit Platonem, & in ſecundo poſteriorum docuit non eſſe definiendum, neque diſputandum in metaphoris. unde Commen. primo cœli, & mundi. cōmen. 105. & 106. inquit ꝙ Ariſtote. increpat Platonem & ſequaces, quia aut male ſentiunt, aut male doceant. accipere igitur prioritatem temporis pro prioritate naturæ eſt abuſiue loqui, quod non licet in ſcientia præſertim altiſſima qualis eſt ſcientia diuina. unde lucidiſſimus Themiſtius primo de anima. capi. 20. inquit. ſane dubitari non poteſt Platonē ex his dialogis quos ſcriptos reliquit, animam eſſe corpus putaſſe. Alioquin nec Ariſtote. contra Platonem inuehitur, ſed contra Timæum, qui ſiue corpus circulum crediderit, ſiue quō corpus eſſe non crediderit crederet, ita tñ ei appellare collibuerit, certe reddere rationem debuit, aut cur ita ſentiret, aut cur nomine abuteretur, pręſertim cum non ſit ęquum in altiſſimis philoſophiæ quæſtionibus aliud dicere, aliud ſentire. Cum enim ſemper res digna homine eſt, ne a mente uerba diſſentiant, tum id maxime in rebus obſcuris, & latentibus maxime obſeruandum, quo ea quę ſuopte ingenio remota & condita uidentur, uerbis illuſtribus & quā maxime poteſt declarantibus uendicentur a tenebris. hæc Themiſtius. Amplius ſi Ariſtote. ſumeret prioritatem temporis pro prioritate naturæ, incideret in foueam quam fecit, quia ipſe increpat Platonem de generatione mundi qui dixit, ꝙ partes mundi inordinate præceſſerunt generationem mundi, quia non diſtinxit Plato inter prioritatem naturæ, & prioritatem temporis, ſicut dicit expreſſe Commen. tertio cœli commen. 25. Similiter quòd arguunt de ſubſtantia cœli, quæ accidentia ſua tempore non præcedit, nihil eſt, quia ut inquit Commen. primo cœli & mūdi. in cōmen. 106. ꝙ innatum eſt inueniri in tempore, non habet ſine tempore eſſe, & quod non eſt innatum inueniri in tempore, non habet prius, & poſterius niſi ſecundum eſſe, quod eſt de lineis, cum figuris, & magis de rebus abſtractis. quia ſi aliqua eſt generatio in rebus non temporalibus, ibi non ſunt res priores niſi in eſſe tantum. Et hoc idē habet expreſſe in ſecundo capi. de ſubſtantia orbis. & ut dixi Ariſto. loquitur de ſubſtantia generabili, in. 7. & 8. metaphy. Amplius ſi ſubiectum ſecundum Scotum reſpectu propriæ paſſionis poteſt eſſe ſecundum ſe ſine illa, quia non dependet ab illa, licet non poſſit eſſe ſine ea, quia eſt cauſa, aut habet cauſam intra ſe neceſſariam reſpectu illius: tūc non eſſet omnimoda contradictio, ſubiectum nō poſſe eſſe ſine propria paſſione, ſed ſecundum expoſitionem Scoti, ut ſupra uiſum fuit, prius natura in eo ꝙ prius poteſt eſſe in re ſine poſteriori. ergo utroque modo ſubiectum poſſet eſſe ſine propria paſſione, quod nullus unquā neque ſomniare potuit. Et quia non eſt nobis præcluſa uia ad philoſophandum, aliam expoſitionem do ad auctoritatem Philoſophi, ꝙ concedendo id quod uerum ē in ſe, ꝙ in ſeptimo, & octauo agatur de ſubſtantijs corruptibilibus. In talibus autem accidentia ſint in duplici differentia ſeparabilia, & inſeparabilia: Ariſtote. in litera ponit tempore, & natura, tunc dico ꝙ ſubſtantia ipſa ſeparabilium accidentium comparatione eſt prior tempore, reſpectu autē inſeparabilium eſt prior natura, quia nō credo illa duo abre fuiſſe poſita ab Ariſtot. in litera, quia ut inquit Cōmen. primo de generatione, & corruptione, primus magiſter nūquam creditur aliquid dixiſſe ſine ratione, & ita eſt de quolibet uerbo eius. Cum igitur textus habeat prioritatem tēporis & naturæ, oportet igitur ꝙ non ſine cauſa ponantur illa uerba. & mirum eſt quomodo expoſitores non animaduertant ad hoc. Nam textus ponit quadruplicem prioritatem ſecundum rationem, ſecundum cognitionem, ſecū dum tempus, & ſecundum naturam. Si teneatur igitur iſta expoſitio, non credo contra eam poſſe demonſtrari.

Impugnatio

Tex. 26.

I

Noīa ſynonyma quō nō uſitātur in doctrina demonſtratiua.

Tex. 22.

Themiſti'

K

L

Expō propria

M

*Forma eſt prior materia, & eadem ratione eſt prior & magis ens compoſito ex utriſq;.*

Propō' 10

Septimo primæ philoſophiæ textu commenti. 7.

NON intelligitur propoſitio prima, ꝙ forma ſit prior materia, quia operatio formæ, & modus operandi ſit præſtantior

Cōtra modernos.



A præſtantior operatione, & modo operandi materiæ, ut quidam ſomniauerunt. abuſiue enim eſſet, & abſurda nimis comparatio, ac ſi nix, & coruus in albedine compararentur: qualiter enim materia cum forma in operatiōibus comparari poſſunt, cum materia de ſe nullam habeat operationem: nam primo de generatione, et corruptio. tex. cō. 55. Materia ſecundum quòd materia paſſiuum. idem. 12. metaphy. tex. com. 30. unde quemadmodum dicit Commenta. nono metaphy. cō. 2. in diffinitione cuiuſcunq; potentiæ paſſiuę ſumitur diffinitio potentiæ paſſiuæ primæ materiæ. ita in diffinitione cuiuslibet potentiæ actiuæ ſumitur diffinitio actionis primæ formæ. Iſta enim ſunt duo extrema latitudinis entium prima forma, & prima materia, iuxta illud Auer. duodecimo meta. cōmen. 18. omnes formæ ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu in primo motore, unde ſicut in prima forma quæ ē deus glorioſus, nulla prorſus eſt paſſio, ſicut ſcribit Cōmen. 3. de anima in cōmen. 5. in ſolutione tertiæ qōnis, & in cōmen. 14. Sic in prima materia nulla prorſus eſt actio. unde Cōmē. in libro deſtruc. in diſputatione ſexta in ſolutione ſexti dubij, inquit. ꝙ Philoſophi poſuerunt ſignum ſubiecti ex paſſionibus, ſicut ſignum formæ ex operationibus. impoſſibile enim eſt ꝙ actio, & paſſio ab una, & eadem natura procedant. quapropter diffinitiue dixerunt, ꝙ omnia corpora compoſita ex duabus naturis componuntur. ſ. ex agente, & patiente. ſ. ex materia, & forma. Nuncupatur enim agēs ſubſtantia, & quiditas, & nuncupatur patiens ſubiectum elementum, & materia. ※ Et tertio de anima. cōmen. 12. niſi eſſet materia, non eſſet paſſio. Nec obſtat dictum Cōmen. primæ cœli, & mundi. cō. 20. ubi ſcribit ꝙ operatio iſtius potentiæ quæ eſt ex ea ſimilis ei, quæ eſt abſciſſio ex acumine gladij eſt generatio, & corruptio. nam hoc non ē uerū niſi ut ſubiecti. generatio enim & corruptio ſunt operationes agentis generantis, & corrumpentis, quemadmodum dicimus ꝙ motus eſt actus mobilis ut ſubiecti, tamē dicitur eſſe actio, & operatio motoris, & ſic tranſmutatio ſubſtantialis eſt actus ſubiecti tranſmutabilis, tñ eſt actio ſeu operatio ipſius tranſmutantis, ut bene determinatum eſt in tertio phyſicæ auſcul. Amplius perfectio entium, & formarum non attēditur penes perfectionem operationū primo & principaliter, ſed a poſteriori & a ſigno ex nobilitate operationum arguimus perfectiones formarum.

B

Dicamus igitur ꝙ iuxta doctrinam Ariſtote. in primæ philoſophiæ. unumquodq; eſt maxime tale propter quod alijs ineſt uniuocatio, & 10. meta. tex. commen. 7. In omni genere eſt unum primum, quod eſt metrum, & menſura omnium in illo genere exiſtentium: ut inquit Commen. ſic in genere ſubſtantiæ eſt unum principium primū. & iſtud eſt deus glorioſus, qui eſt principium tanquam forma, & finis omnium. quia igitur deus glorioſus eſt actus purus, & eſt metrum & menſura omnium entium & ſubſtantiarum, quatenus entia & ſubſtantiæ ſunt penes approximationem, & receſſum attenditur principaliter entitas, & perfectio rerum tāquam circa primam regulam a qua primo uenamur huiuſmodi differentiam entium. unde inquit Cōmenta. 2. cœli & mundi cōmen. 63. diſtantiæ entium ſunt ualde diuerſæ in hoc. & Ariſtote. in primo cœli, & mundi, tex. cōmen. 100. A primo inquit principio cōmunicatum eſt eſſe, & uiuere omnibus, his quidem clarius, his uero obſcurius. quia igitur forma ſubſtātialis eſt imago quædam, & participatio primæ formæ, ipſa magis participat de entitate, & prius quam ipſa materia, quæ ex natura ſua ē multum remota, & elongata ab actualitate, & ipſa in tantum participat de perfectiōe primi principij, & actualitate eius inquantum recipit formam, quæ eſt actus participans de perfectione, quæ eſt per eſſentiam in actu ſimpliciter primo. & hoc expreſſit ſolertiſſimus naturæ rimator Ariſtote. primo phyſicæ auſcultatio. dum dixit, exiſtente enim quodam diuino & optimo & appetibili. ubi Commenta. in cōmen. 81. inquit, quia priuatio accidit materię ex neceſſitate, & ē hic perfectio diuina maxima, cui omnia entia appetunt aſſimilari, & ex qua appetunt acquirere, ſecundum ꝙ natura eorum poteſt recipere. dicimus nos ꝙ materia ſecundum quòd accidit ei priuatio eſt innata appetere ſe aſſimilari primo principio ſecundum quòd poteſt, & hoc eſt appetere receptionem formæ, & propter hoc dicamus cū omnibus ſapientibus, quòd prima cōcluſio propoſita oſtēditur iſta ratione, nam cum forma ſit actus, & materia ſit potentia, et actus ſimpliciter eſt prior potentia: ideo forma eſt magis ens, & perfectius ens quam materia, et in hac deductione concordat, cum Auerroe Alber. ſanctus Tho. et Sco. Sed in ſecunda concluſione in qua dicitur quòd eadem ratione forma eſt prior compoſito, eſt non parua difficultas. Albertus, & Tho. & Scotus uidentur in hoc eſſe concordes. nam cum forma ſit prior materia, quę quidem materia cum ſit principium compoſiti prior eſt compoſito, eadem ratione forma erit prior compoſito, quia quicqd eſt prius priore, eſt prius poſteriore. Sed cōtra iſtam deductionem arguitur: quia uidetur argumentum procedere ex quatuor terminis, nam non eadem prioritas materiæ reſpectu compoſiti, quæ eſt reſpectu formæ ad materiam. nam ſi materia eſt prior compoſito, non eſt niſi quia eſt principium, & pars compoſiti. forma autem neque principium, neque pars eſt ipſius materiæ. Amplius materia eſt prior compoſito prioritate generationis. forma autem non eſt prior materia uia generationis. nam ut inquit Commenta. 7. metaphy. cōmen. 4. materia ignis eſt prior tempore caliditate, & forma ignis. Et eſt ratio, quia materia eſt ingenerabilis, & īcorruptibilis: forma autem quęlibet educta de potentia materiæ corruptibilis eſt. Quod ſi dicas forma eſt prior cognitione materia, & materia eſt prior cognitione compoſito. Hoc iterum ſtare non poteſt, quia licet forma ſit prior cognitione materia, materia tamen ſecundum ſe ignota ē, ut dicit Ariſto. ſeptimo metaphy. tex. cōmen. 35. nec ſecundum ſe eſt principium cognoſcendi compoſitum, niſi ut ſtat ſub forma. Forte dices quòd materia eſt prior ratione compoſito, quia in ratione compoſiti ex materia & forma, ponitur tam materia quam forma, ut patet primo de anima. textu commen. decimoſeptimo, & ſeptimo metaphy. tex. cōmen. 37. Sed contra, quia tunc forma non eſt prior ratione materia: iſto modo uidelicet quòd forma ponitur in diffinitione materiæ. & materia non ponitur in diffinitione formæ. nam materia & forma, ut ſunt relatiua & a naturali conſiderantur, mutuo ſe diffiniunt. unde in diffinitiōe animæ ponitur corpus. Si dicas materia eſt prior perfectione compoſito, quia cauſa eſt perfectior cauſato, & ſic forma ē perfectior materia. Sed hoc ſtare non poteſt, quia nec ipſi concedunt materiam eſſe perfectiorem compoſito, tum etiam quia illa propoſitio. cauſa ē perfectior cauſato, fallit in cauſa materiali, ſimiliter in cauſa integrali eiuſdem rationis, ut ſunt partes quantitatiuę reſpectu totius, ut dicam infra, cū de cauſa loquar. Et ſi dicas materia eſt prior natura cōpoſito, ſic etiam forma eſt prior natura materia. Sed cōtra prioritas naturæ, aut eſt ſecundum uiam perfectionis, aut ſm̄ uiā generationis, & quomodocunq; dicatur nunq̄ inuenies eadem prioritate qua materia p̄cedit compoſitū eadem prioritate formam eſſe priorem eodē modo reſpectu materiæ. Præterea. Neque materia pōt eſſe ſine forma, neq; forma ſine materia ſecundo phyſi. 26. ſunt enim relatiua. Et ideo dicamus cum Auer. quia dixit conſequenter iuxta principia facta ꝙ eadem ratio, & cauſa qua forma erat prior, & magis ens quàm materia, eadem eſt propter quam eſt prior compoſito, & eſt actualitas ipſius. Nā compoſitum nō eſt in actu niſi propter formam, quemadmodum & ipſa materia, & ideo eadem cauſa & ratiōe forma eſt prior utroq;: nec aliter dici pōt. uniuerſaliter enim, ut dicit Commen. diſpoſitio eadem inuenta in cauſa, & in

Poſitio ꝟa

C

D

Contra deductiōem Alb. Tho. & Sco.

E

Euaſio

Impugnatio

Euaſio

Impugnatio

F

Quō nō ſit uera ſimpliciter ꝓpō dicēs, ꝙ cā ē pfectior cauſato.

G

cauſato.ſi in cauſato fuerit inuenta propter cauſam. de cauſa dicitur ſimpliciter & per prius,& de cauſato dicitur per poſterius,& ſecundum quid ſeptimo metaphy.cōmen.tertio & octauo metaphy.com.7.illud enim eſt maxime tale

ADDItio

propter quod alijs ineſt uniuocatio. ✻ Amplius ſi forma non eſſet perfectior compoſito,tunc liber de anima in nobilitate ſubiecti non excederet ſcientiam de animalibus & plantis,ut patet.Niſi dicant ꝙ anima nō ſit ibi ſubiectum: cuius oppoſitum tenet Alber.& Tho.& Commē.

Rō Scoti.

Nec valet ratio Scoti,& Antonij And.ꝙ cum compoſitum ultra formam contineat materiam,plus perfectionis cōtinet compoſita ſubſtantia quam materia.

prima ſolō

Tum quia compoſitum omnem perfectionem quam habet, habet a forma non a materia ſecundum peripateticos,& imperfectiones a materia contrahit. perfectio enim inſequitur actum qui eſt forma & quiditas: & non inſequitur actum entitatiuum:unde ſi materia habet aliquam perfectionem habet eam,ut recipit formam: ſicut ſcribit Ariſtote.& expreſſe

ADDItio

Cōmenta.in primo phyſi.tex.commen. 8 1. ✻ Et confirmatur authoritate Linconienſis in ſecundo poſterio.in illo capitulo { Iterum autem ſpeculandum } ubi habet cauſa quę eſt eadem rei,eſt eius cauſa formalis:quia forma totum & uerum eſſe rei in ſe habet: & ſi ſit forma, quæ non

H

egeat materia ipſa,eſt uere res ipſa.Et forma quæ eget materia,ſi poſſet ſubſiſtere abſq; materia, eēt uerior res ipſa, quam ſit res monſtrata:ſicut ſi figura ſtatuæ poſſet eſſe ſine materia,eſſet ipſa figura uerius,& nobilius,quam ſit ſtatua monſtrata.

Scda ſolō.

Vel dato, ꝙ aliquam perfectionem haberet,illa uirtualiter, & nobiliori modo continetur in ipſa forma.unde ſicut dicunt Theologi,ſicut deus & creatura non dicunt plus perfectionis, quam deus ſolus: ſic forma cum materia non dicit plus perfectionis, quam forma ſola.unde etiam ipſe Scotus,in quinta.q. quolibetorum arti.2.dicit:quòd quandocunq; plura bona excedunt in bonitate unum bonum,& hoc quando in quolibet illorum plurium eſt ęqualis bonitas:ſicut in uno illorum eſt maius bonum,quam illud unum:& ita probat ꝙ ſi eſſent plura infinita,poſſent excedere in bonitate unum ſolum infinitum, & ita illud non eſſet infinitum.Et ſi dicas, ꝙ ſic argueretur ꝙ deus,& creatura excedunt deum, non ualet.tum qa quodlibet illorum nō eſt æque bonum, cum uno illorum, & idem eſt, ꝙ bonitas cuiuſcunq; illorum alterius ab illo uno eminenter continetur in illo:& ideo ipſum cū illo uno bono acceptum,non auget,nec exceſſum facit ſuper illud bonum in ſe.oppoſitum eſt in hypotheſi:quia ibi unū bonum non continetur eminēter totaliter in altero: quia hoc

I

eſt contra rationem infiniti. hæc Scotus,& ita iuxta principia ſua ſolui poteſt argumentum contra Auer. ſicut uides:ſed prima ſolutio magis eſt de mente eius.

Inſtantiæ pulchrę cōtra Auer.

Sed inſtatur ſubtiliter,ꝙ compoſitum ſit perfectius: quia ſecundo phyſi.tex.cōmen.31.id enim cuius gratia,optimum, & finem aliorum uult eſſe:ſed materia, & forma ſunt propter compoſitum,ut patet quia iſta eſt intētio agentis.unde Cōmen.in ſecundo de anima cōmen.37.inquit, ꝙ anima,& corpus ſunt propter corpus animatum.Amplius Cōmen. 12.metaphy.cōmen.15.dicit ꝙ compoſitum ſit maioris nobilitatis,q̄ materia & forma. Ad hæc reſpondetur ꝑ Auer.quòd finis,ut dicit Ariſto. in ſecundo de anima. tex. cōmen.35.&.37.eſt duplex: cuius gratia,& cui. exempli cauſa.in moralibus eſt duplex finis. uidelicet, felicitas, & eſt cuius gratia omnia expetuntur.alter finis eſt homo, cui parari debet iſta felicitas. ſimiliter etiam in medicina ſanitas eſt finis,gratiā cuius uocatur medicus,& actionum medici.alter finis eſt ægrotus, cui paratur ſanitas. finis igitur qui eſt nobilior ordinatis ad finem,ē finis cuius gratia. Nō autem habet locum de fine cui præcipue, quando ordinatum ad talem finem,ordinatur ad perficiēdum illud,& nō ut perficiatur ab illo:ita forma et materia ſunt propter ſubſtantiam compoſitam,tanquam propter finem,non cuius

K

gratia,ſed cui.& ita dicit expreſſe Cōmen.in tali propoſito,ꝙ anima & corpus ſunt propter corpus animatum: & forma non ordinatur ad compoſitum, ut perficiatur a cōpoſito,ſed ut perficiat illud,& ideo eſt pfectior illo.

Dubitatio.

Sed dices:immo forma uidetur perfici a compoſito: quia ultra proprium eſſe,eſt eſſe cōpoſiti, quod communicatur formæ & materiæ,quæ dicuntur generari, & exiſtere ad exiſtentiam,& generationem compoſiti. & ita male dictum fuit,ꝙ forma nullam perfectionem recipit a compoſito.

Solutio.

Dicimus nos ꝙ non oportet multiplicare entia ſine neceſſitate apud peripateticos,præſertim qui ſtuduerūt quoad eius fieri potuit,præferre paucitatem multitudini,ubi apparentia ſaluari poſſunt.ſic enim Ariſtote.primo phyſico. præpoſuit opinionem Empedoclis ponentis principia finita,opinioni Anaxagorę ponenti principia infinita:ut patet tex.cōmē.50.Dico,ut inquit diuinus Boethius in libro,de vnitate & uno,omne eſſe in rebus creatis eſt a forma: qđ etiam deſcribentes Philoſophi dixerunt, eſſe eſt exiſtentia formæ in materia,& iſta fuit opinio omnium antiquorum Peripateticorum:unde infinities Themiſtius, Alexan. & Cōmen.dicunt:a forma eſt eſſe,et unum eſſe.Dico igitur, ꝙ eſſe actu quod habet tam materia quam ſubſtantia cōpoſita,eſt ab ipſa forma,cui debetur tale eſſe per eſſentiā: ſed materię & compoſito debetur per participationem.unde ſicut non alio calore calet calor, ſi calere dici poteſt, & lignum calidum,ſed eodē:ſed ipſi calori per eſſentiam competit.nam rectius dicitur,calor eſt calor,quam calor calet, ſic non alio eſſe exiſtit compoſitum,& alio forma, ſed uno & eodem.unde falſa eſt imaginatio, quòd alio eſſe exiſtat compoſitum per ſe ab illo,quod habet a forma:nec alio eſſe diſtincto ab eſſe formæ compoſitum,terminat generationem,ſed eſt unum & idem, licet non ſit eadem entitas, ſicut etiam de materia,quæ licet ſit diuerſa entitas ab entitate formæ:non tamen habet eſſe actuale niſi a forma. uolo igitur quòd iſtarum trium ſubſtantiarum unum ſit eſſe tamen formæ eſt per eſſentiam: alijs autem competit per ipſam.& mirum eſt de uiris illuſtribus, quomodo non uiderunt hoc:& præſertim in uia Commen.& ita bene intelligis modo demonſtrationem Ariſto.qualiter eadem ratione qua forma eſt prior materia,eadem ratione ē prior ſubſtantia compoſita:quia omne eſſe actuale,quod competit materiæ & compoſito,eſt a forma:ſed quia uiderunt denominationem iſtam dici de compoſito,& non de forma:qa compoſitum dicitur per ſe exiſtere:ideo crediderunt aliud eſſe habere compoſitum,ab eſſe quod recipit a forma.Sed non uiderunt quòd tale eſſe nobiliori modo competit formæ:quia denominationes proprie fiunt in participatiue habentibus formam:non autem in his quæ ſunt per eſſentiā. unde rectius Deus dicitur quiditas, alia autem dicuntur habere quiditatem. ut dicit Commen.in ſexta diſputatione contra Algazelem in ſolutione.18.dubij. Forma itaq; non dicitur recte exiſtens,ſed exiſtentia:ē enim quo omne exiſtens exiſtit,in his materialibus. Ad auctoritatem dico,ut patet.Commen.ibi loquitur ex mente Alexan. & ſi quandoq; inuenitur Cōmen.dixiſſe compoſitum eſſe magis ens,debet intelligi quantum ad famoſitatem,non quātum ad rei ueritatem,unde ut dicitur in ſeptimo metaphy. tex.cōmen.8.non eſt manifeſtum per ſe formam eſſe ſubſtantiam antiqui enim materiam ſolum dicebant eſſe ſubſtantiam ex ratione ibi adducta. unde concludit Philoſophus ibi.ex his ergo ſpeculantibus accidit ſubſtantiam eſſe materiam,& Commen.in.2.phyſi.cō.9.hoc idem aſſerit ex intentione Alexan.unde Cōmen.dicit in ſeptimo metaphy.cōmen.2.ꝙ indiuiduum ſubſtantiæ eſt prius indiuiduis aliorum prædicamentorum: & hoc eſt manifeſtum per ſe.& in cōmen.5.eiuſdem inquit: quoniam indiuidua ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ,eſt manifeſtum per ſe, & nullus dubitat in hoc.& iſta eſt gloſſa ipſius Cōmen.expreſſe in ſecundo de anima.ubi Ariſto.diuidit ſubſtantiam in ma

teriam,

ADD Itio
Nota tū ꝙ Simpl 1.phyſi. in expōnte.c.70 ꝛ in ij.phy.in expōne tex 4. vult ſubām primo dici ō cōpoſito. 2. de forma, ꝛ materia ꝛ al

L

legat auctoritatē.7. meta.alr.v3. ꝙ ſi forma ē prior materia eadē rōne cōpoſitum ex vtriſq; prius erit.ꝛ ita legit Argyropylus, ꝛ tūc intelligit ꝙ cōpoſitū ex vtriſq; ē prius vtriſq; materia ꝛ forma: ſed nō dicimus ꝙ lrā greca ꝙ cōiter iueni tur ē ſicut litera nrā ꝛ vo to ꝙ ita cēt vt. o. adhuc nō h3 intētū ſuū:q2 ſ. nſus

M

ē ꝙ cōpoſitū ex vtriſq; eadē rōe prius ē materia ſicut forma ē prior materia,ita ꝙ referē ad eādē rōnē qua forma eſt prior materia q2 ē in actu. ſilr cōpoſitū q2 ē in actu ē prius materia q2 ē in potentia. Cōpoſitū eſſe magis ens quō v3 intelligi.



A

riam,formam,& in ſubſtantiam compoſitam.Commen. deinde in commen.3.continuando ita exorditur. cum demonſtrauit nobis numerum ſubſtantiarum incepit declarare nobis quæ earum eſt magis digna,ut habeat hoc nomen.& dixit ꝙ corpora cōpoſita, habent hoc nomen ſubſtantia, magis proprie, ſecundum ꝙ eſt magis famoſum. Ne uideatur tibi mirum hoc,quia in ſimili etiam Cōmen. dixit in ſecunda meta.cō.16.ꝙ generabilia,& corruptibilia ſunt magis naturalia ſecundum famoſitatem, q̄ corpora æterna. Et ſi inſtes quia Ariſto.in prædicamentis dicit primam ſubſtantiam eſſe proprie,principaliter,et maxime ſubſtantiam. Reſpondetur ꝙ in prædicamentis non comparauit ſubſtantiam compoſitam ad formam, ſed ad ſubſtantias ſecundas.unde ut inquit beatus Tho.in.7. meta.in lectione ſecūda,ſuper tex.com.7.de quiditate.Ariſto. nō meminit in prædicamētis,quia talis nō ponitur in ordine prædicamentorū, niſi ſicut principium, quia non eſt genus,neque ſpecies,nec; indiuiduū,ſed horum omnium formale principium.dicitur etiam ibi ſubſtantia prima maxime ſubſtantia,quia omnia alia a prima ſubſtantia, aut de prima dicuntur,aut in prima ſunt, maxime enim ſubſtat.

B

Si ulterius inſtetur ꝙ reſpectus totius ad partes eſt reſpectus formæ ad materiam, & reſpectus partium ad totum eſt reſpectus materiæ ad formam,ſic enim partes dicuntur priores toto, & totum prius reſpectu partium, ut ſcribit Commen.in.7.meta.com.35. ergo tota ſubſtantia compoſita præcedit perfectione formam & materiā. Reſpondetur ꝙ ibi loquitur Philoſophus de toto integrali ex partibus eiuſdem rationis,ſicut ſunt partes quantitatiuę,& non loquitur de toto eſſentiali ſeu integrali reſultante ex partibus integralibus diuerſarum rationum,ſicut ſunt materia & forma. Et aduerte pro argumēto Scoti,ꝙ refert dicere compoſitum continere plus de eſſentia q̄ forma,& dicere ꝙ continet plus de quiditate, aut de perfectione.eſſentia enim & quiditas in conceptis cū materia diſtinguuntur,ut dicit Philoſophus.7.meta.tex.com.41.ſubſtantia cōpoſita quo ad eſſentiam dicitur importare plus q̄ ſola forma, ſed non quo ad perfectionem, quia perfectio primo non inſequitur eſſentiam, ſed primo inſequitur quiditatem,& ſi reperitur in eſſentiam eſt propter quiditatem.

ADDItio
Vide pro hoc in.2. phy. com. 74.et The. ibidem.
Propō.11.

*Forma eſt ſubiectum uniuerſalitatis: & iſte eſt intellectus cuiuslibet formę.*

C

PROPOSITIO iſta ē Philoſophi ī primo cœli & mundi.& elicit eam Comment.ibi in propria forma in tex.com.92. Gloſſaui eam alias,de formis communibus,et de formis conſtitutis in eſſe per materiam,ſicut ſunt formæ materiales.primum appoſui propter formas indiuiduales.

ADDItio.

✻ Simplicius autem primo cœli,facit obiectionem,quia tunc forma Socratis,ita erit ꝙ in ea aliud eſt forma & aliud congregatum,& ita erit cōicabilis. & ſoluendo dicit negando aſſumptum, quia ſortes non eſt niſi aggregatum.& ideo Ariſto.ut inquit ibi in exemplis, non adduxit nomina aliquorum indiuiduorum, ſed cōmunium, quia loquitur de ſphęra cōmuni,& circulo,non de ſphæra Saturni,aut circulo zodiaco.Sed iſta ſolutio nulla eſt,quia in eodem tex.Ariſto.ponit caſum de circulo,ꝙ ſi unus eſſet circulus,adhuc in eo aliud eſt ſpecies, & aliud congregatum.Amplius ibidem ponit caſum de ſimo, & carne,et de homine in.94.& patet, ꝙ dato ꝙ unus eſſet naſus ſimus, & unus homo,adhuc differt ſpecies,& congregatū. Amplius eadem eſt forma ſpecifica,& indiuidualis ſecundum rem,et nō differunt niſi ratione,quia ut eſt abſtracta, & increata, eſt uniuerſalis, ut eſt in materia eſt ſingularis primo meta.27.eſſe formarum duplex imaginatio & ſcientia. & Boethius dicit ꝙ ſingulare eſt dū ſentitur,& uniuerſale dum intelligitur. Et ex hoc patet etiā error aliorū,aſſerentium ex iſta propoſitione formam non poſſe eſſe principiū indiuiduationis,quia eſt ſubiectum uniuerſalitatis, ſed nō animaduertūt ꝙ forma in eſſe abſtractionis ē ſubiectū uniuerſalitatis, ſed in re eſt ſubiectū ſingularitatis.oē enim ꝙ eſt unum & continuum,eſt unum per ſuam formam,et non per ſuam materiam uidelicet principaliter. Sed dices & forma a quo habet in re ꝙ ſit una? Reſpondetur ab agēte effectiue.a materia ſubiectiue,a ſe formaliter.unde tertio phy.com.68.omnis res eſt una per ſuam formā,& forma eſt indiuiſibilis per ſe.unde Cōmen.primo meta.com.27. expreſſe dicit ꝙ uniuerſale nō habet eſſe niſi ſecundū ꝙ eſt ſcientia.i.ſecundū ꝙ eſt in anima.& primo de anima com. 18.intellectus eſt qui facit uniuerſalitatē in rebus.

D

Et ſecundū appoſui,ſecundum philoſophos propter formas abſtractas a materia,in quibus non eſt niſi unum ſuppoſitum in una ſpecie.tales enim ex ſua intrinſeca ratione habēt,quod ſtatim ſint ens, & unum ens numero, ut teſtatur expreſſe Ariſto.in.7.meta.in tex.com.ulti. Vnde male quidam opinati ſunt,ꝙ abſtracta ex hoc habent primo ꝙ non ſunt communicabilia in plura numero differentia in eadē ſpecie, qa carent materia,quia licet in eis ſit carentia materiæ,tamen cum talis carentia ſit pura priuatio,nō poteſt eſſe ratio prima ſuæ unitatis numeralis. effectus enim poſitiuus per ſe habet cauſam poſitiuam.& ideo bene dixit Ariſto. ubi ſupra ꝙ ſimplicia ſe ipſis ſunt ens & unum.& per oppoſitū ratio propter quā forma cōmunis materialis eſt, communicabilis ē ex ſua ratione intrinſeca principaliter,et nō eſt primo iſta comunicabilitas in ea ex materia, quia materia nō

E

poteſt eſſe prima cauſa multitudinis in forma,in uia Ariſt. ſed eſt cauſa ſecundaria.ubique enim locorum Ariſto. dicit materiam eſſe propter formam, & diuerſitatē in materia prouenire ex diuerſitate formæ,potius q̄ econuerſo.unde Commen.primo de anima.com.53.membra cerui nō differunt a membris leonis,niſi quia anima differt ab anima.&.2.de anima comen.60.melius eſt exiſtimare ꝙ diuerſitas formæ eſt cauſa diuerſitatis materiæ, q̄ econuerſo. Vnde ſi forma aſini eſt multiplicabilis: hoc eſt ex ſua intrinſeca natura principaliter, & eſt ex materia tanquam a cauſa ſecundaria,& quaſi concomitanter.& per oppoſitum forma ſolis, ſi non multiplicatur in plura ſuppoſita, hoc non eſt principaliter propter defectum materiæ, quia dato ꝙ forma ſolis ex ſua ratione intrinſeca eſt multiplicabilis in plures ſoles,& tamen quod non poteſt iſta aptitudo reduci ad actum propter defectum materiæ, ſequitur igitur ꝙ ſit otioſa in natura contra Philoſophū primo cœli tex.com.32.ubi habet,ꝙ Deus & natura nihil fruſtra faciunt.Confirmatur, quia natura nunquam deficit in neceſſariis.unde Philoſophus. 2.cœli,& mundi.tex.com.50.ꝓbat,ꝙ ſi natura dediſſet aſtris potentiam,reſpectu motus progreſſiui,utique tribuiſſet ſibi organa neceſſaria. & eo-

F

dem modo in propoſito ſi natura poſuiſſet aptitudinē naturalem in forma ſolis,ad multiplicationem tribuiſſet utique oppportunitatem ex parte materierum, & cum in æternis non differat poſſe ab eſſe,de facto eſſent plures ſoles. Nec ualet dicere,ꝙ ipſa bene eſt realiter multiplicabilis,ſed impedimentum prouenit a materia,ſic enim dicere nihil eſt dicere,quia eodem modo ratio Ariſt. ſolueretur. Amplius quicquid eſt poſſibile ex parte formę, eſt poſſibile ex parte materiæ,& econtra.potentia enim paſſiua diffinitur per actiuam & ecōtra, ut patet. 9.meta. tex. com. 2.

Dubitatio.

Sed dices,quare ergo Ariſt.primo cœli & mūdi tex.com 93.iſto modo ſoluit quæſtionem ibi inductam,inquiens quod mundus, quia cōſtat ex tota ſua materia, ideo unus eſt?

Solutio.

Reſpondetur, ꝙ Ariſto. & ſui ſequaces,uidentes iſtam indiuiduorum multiplicationem non contingere niſi in formis materialibus,in quibus tota ſpeciei perfectio non poterat in uno ſaluari ſuppoſito,perpetuo tempore,ꝓpter ꝙ ſolicitudo diuina miſerta, dedit modum per quem poſſint ſaluari in ſpecie,ideo dixerunt hanc multitudinem prouenire a materia.ſed qui in libro qui dicitur Timæus, ꝑſcrutatus fuerit,inueniet illud quod nos diximus ſine du-

G

bio. Sed dices Auer. & Ariſto. abſolute uidentur enunciare quamlibet formam eſſe pluriſicabilem, quia Cõm. dicit, & ille eſt intellectus cuiuslibet formæ. Reſpondetur ꝙ Auer. gloſſat Ariſt. debet ſua gloſſa ire iuxta textũ. manifeſtum eſt autem, ꝙ textus Ariſt. loquitur de formis exiſtentibus in materia, ſiue ſint naturales, ſiue artificiales. uel ſi uniuerſaliter intelligatur. gloſſo ſic (quia eſt mihi data gloſſandi licentia) ꝙ forma quælibet inquantum forma, eſt multiplicabilis in plura ſuppoſita, ſed iſta eſt potentia logica, non phyſica. Differentia aũt magna ualde eſt, inter utranq; potentiam, ut alias declaraui. quia potentia logica, non dicit aliquid reale, ſed dicit ſolam non repugnantiam, cauſatam ex rationibus terminorum inquantum nõ repugnãt, & de tali potẽtia multæ propoſitiones uerificantur in philoſophia naturali, ſicut illa in. 6. phy. tex. cõ. 15. de motu qui inquantũ motus uelocitabilis infinitum. & illa. 5. phy. tex. cõ. 45. motus quilibet inquantũ motus, poteſt eſſe irregularis. & illa Auer. 7. phy. cõm. 2. ubi habet ꝙ cœlum inquantum corpus, poteſt quieſcere, & mille cõſimiles, quæ tamen potentia phyſica, & reali, nõ poſſunt uerificari, alioquin aliquid reale fruſtraretur in natura. unde de tali potentia phyſica loquens Auer. primo cœli, in c. 20. inquit, ꝙ ſi aliqua materia fuerit, cuius potentia nunq; exit ad actum, iſta potẽtia eſſet otioſa, & ſuperflua. ſic igiť uulgata Ariſt. propoſitio, & Cõmen. uniuerſaliter intellecta, habet ueritatem de potẽtia logica. unde ibidem Cõmen. dicit, ꝙ ideo dicitur in diffinitione uniuerſalis, quod eſt aptũ dici de pluribus. forma enim eſt ſubiectũ uniuerſalitatis. ecce quomodo ſecundum logicam cõſiderationem, habet ueritatẽ allegata authoritas.

Formã inquantũ formã eẽ multiplicabileʒ ĩ plura ſuppoſita quõ gloſſari dʒ.

De potẽtia logica, uide infra in propõne. 41.

H

Fruſtra eſt potẽtia quę nũquã exit ad actũ. de qua potentia intelligatur.

Et ex hoc patet quomodo argumẽtum Scoti, in ſecundo ſententiarũ. diſtin. 3. q. ulti. de multiplicatione angelorũ in eadem ſpecie, quod innititur huic propoſitioni uidelicet, ꝙ omnis quiditas eſt de ſe multiplicabilis, non procedit, quia ſi propoſitio intelligat illam multiplicabilitatem eſſe ex natura rei. ſic negatur a Philoſophis. Si autem intelligatur ſecundũ logicam cõſiderationem, tunc non habet intentũ ſuum ibi. Nota tamẽ ꝙ Cõmen. primo cœli & mundi. cõ. 96. inquit. demonſtrationem illam qua Ariſt. demonſtrauit mundũ eſſe unum, ex hoc quod conſtat ex tota ſua materia, eſſe demonſtrationẽ propter quid, & per cauſam. Quare igitur ſi materia eſt cauſa multiplicationis indiuiduorũ in eadem ſpecie. Auer. dixit formam eſſe ſubiectum uniuerſalitatis, & dixit iſtum eſſe intellectũ cuiuslibet formæ, niſi eſſet ꝙ cõparando in iſtis quæ multiplicantur, in eadẽ ſpecie formam, & materiã, forma ueriori modo eſt cauſa cõmunicabilitatis. cõmunitas enim quæ eſt ex materia, eſt ſecundũ ꝙ intelligiť, & eſt in anima tantum, quia nõ intelligitur niſi per priuationẽ omniũ formarum. materia enim negatione cognoſcitur. 10. met. tex. cõ. 24. ſed cõmunitas ipſius formæ uniuerſalis, eſt extra animam in potẽtia.

I

Amplius aũt ut inquit Cõmẽ. materia nõ habet aliquã intentionem, intellectã in actu de ſe, ſecundum quam eſſe poſſit prædicabile, & uniuerſale aliquod. Vnde Alexan. ſcripſit demõſtratiue, ꝙ materia nõ eſt genus. materia etiã eſt cauſa multiplicationis merito dimẽſionum, a quibus recipit diuiſionem in ſuis partibus, ut dicit Cõm. in lib. de ſubſtãtia orbis, & ideo demõſtratio illa eſt a priori, & per cauſam. Sed aduerte, & cõſidera ꝙ ratio prima ex forma mundi proficiſcitur, & ſic ſunt una cauſa cõpleta, ne uideatur tibi mirũ hic. nam uide in tex. cõ. 100. in eodẽ. primo de cœlo in ſimili. ubi Ariſt. facit demõſtrationem propter quid, reſpectu ęternitatis motus. Cõm. dicit in cõmẽto ꝙ illa demõſtratio nõ eſt per cauſam cõpletam, ſed ſolũ procedit ſecundũ neceſsitatem materię iſtius corporis, quia natura eius nõ eſt innata moueri uiolenter, nec naturaliter, tamẽ cauſa cõpleta & principalis, eſt natura intelligẽtiæ, quæ eſt abſtracta a materia, & nõ cadit labor, aut fatigatio in ea. Sed quod decipit multos in hoc, eſt dictum uulgatũ apud Peripateticos, qui conſueuerunt dicere frequenter multiplicationem indiuiduorũ in eadem ſpecie, a materia prouenire.

K

Vnde Cõm. in. 7. meta. cõ. 28. multiplicatio indiuiduorum in eadem ſpecie, ab uno generãte, prouenit propter multitudinẽ materierũ in quas agit idem in libro diſtructionũ, in diſputatione prima, in ſolutione. 7. dubij. inquit. ꝙ ponere plures animas ſeparatas numero a materia, eſt opinio non cõceſſa ab omnibus philoſophis. Cauſa enim pluralitatis, ſiue numeralitatis, eſt materia apud philoſophos. Et cauſa conueniẽtiæ in multitudine numerali, eſt forma. hoc idẽ aſſeuerat lucidiſsimus Themiſtius in pleriſq; locis, ut. 1. de anima. ca. 24. & in. 3. de anima. c. 32. & Alex. & plures alij, ſed hic ideo contingit, quia ut ſupra dictum eſt hmõi multiplicatio nõ inuenitur niſi in formis exiſtẽtibus in materia. & ſic per oppoſitũ dixerunt talẽ conuenientiam eorũ quæ ſunt in eadẽ ſpecie, eſſe a forma. iuxta illud Porphyrij. participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo, ſicut in ſimili dixerunt ſenſibilitatẽ prouenire a materia, & intelligibilitatẽ a forma, quia ſolũ res in materia exiſtẽtes, ſunt ſenſibiles, & quia materia propinqua, eſt per ſe ſenſibilis, ſed forma non eſt ſenſibilis niſi mediante ſua operatione, & dixerunt ꝙ illa cõprehenditur ab intellectu, ut dicit Cõmẽ. in. 12. meta. in cõ. 14. ſic pariformiter, quia multiplicatio in eadem ſpecie nõ prouenit, nec inuenitur ſecundũ Philoſophos, niſi in rebus materialibus, nõ aũt in rebus abſtractis a materia, quia nihil natura ſuperfluũ operatur, ideo dixerunt cõmuniter multiplicationem rerũ numero differentiũ, prouenire a materia.

In cap. de ſpecie.

L

Sed cũ Peripatetici interrogati fuerint de forma & materia in iſtis materialibus, utrũ quia materia eſt primo cõmunicabilis, ideo forma eſt cõmunicabilis, an quia primo forma eſt cõmunicabilis, ideo fuit materia cõmunicabilis? Reſpondebunt ſine dubio in hoc, ꝙ potius cõmunicabilitas formæ coegit multiplicari materiã, q̃ȝ econtra. In hoc enim ut inquit Cõm. in. 2. phyſicę auſcultationis in cõ 87. Ariſt. reſiſtit, & aduerſatur antiquis. Nam ipſi opinabãtur, ꝙ formæ ſequuntur de neceſsitate naturã materiæ, & quod diuerſitas earũ, eſt ex diuerſitate materiæ. Et ipſe intẽdit deſtruere hoc, quoniã ipſe opinatur econtrario. ſ. ꝙ materia ſequitur formã. unde Ariſto. ibidẽ in tex. cõ. 91. inquit. & utræq; quidem phyſico dicendæ ſunt cauſæ, magis autẽ ea cuius gratia. cauſa enim hęc materiæ eſt, ſed nõ hęc, ipſius finis.

ADDItio.

✲ Et. 7. meta. tex. cõ. 39. non ſolũ enim de materia oportet ſcire phyſicũ, ſed & de ea quæ ſecundũ rationẽ, & magis, ubi Cõm. naturalis nõ debet perſcrutari de ſubſtãtia quæ eſt materia, quia materia eſt propria entibus naturalibus, ſed & de ſubſtantia qua eſt forma, ſed tamẽ ad terminum notũ, & perſcrutatur de hac ſubſtãtia magis, q̃ȝ de ſubſtantia quæ eſt per materiã, & hoc declaratũ eſt in. 2. phy. uidelicet. tex. cõ. 91. Et in primo de phyſico auditu. tex. cõ. 55. ubi adducit diſcordiã inter Platonem, & alios antiquiores, quia illi ponebant duo ex parte formæ, & unũ ex parte materiæ. Plato autem opinabatur econtrario, ꝙ duo erant ex parte materiæ. ſ. magnũ, & paruum, & unum ex parte formæ, quæ erat idea ſecundũ ipſum.

M

Ariſt. autẽ in tex. cõ. 56. uidetur magis fauere prioribus in hoc, & diſcrepat a Platone, quia ad patiendum inquit, ſufficit unum, & ita Ariſt. opinatur ꝙ in rebus habentibus multitudinem, nõ eſt prima ratio multitudinis a principio paſsiuo, ſed potius a forma, licet materia ſit cauſa ſecunda, cõparata ad formam, & iſta nõ poſſunt (per uitã meam) negari ab homine exercitato in uia Peripateticorũ, & pauci peruenerunt ad hoc.

Propõ. 12.

## *Ab uno agente, inquantum unum, immediate non prouenit niſi unum.*

FAMOSA Nimis eſt propoſitio, & colligi poteſt ex dictis Philoſophi, in. 2. de generatione, & corruptione. in tex. cõm. 56. & habetur ab Auerroi, contra Auicen. in. 12. meta. in cõm. 44. & in libro deſtructio deſtructionum, in diſpu. tertia in ſolutione. 25. dubij. Inquit magnus Alber.



A

Albertus Magnus.

Alber. in cõmẽ. ſuper libro de cauſis. ꝙ iſta propoſitio ab omnibus fuit cõceſſa philoſophis, excepto Auicebron, qui negat eam in lib. fontis uitæ.

Opĩo Auicen. ſuę meta. cap. 4.

Iſta propoſitio male intellecta deduxit plures ſapiẽtes præcipites in graues errores. Et Auicen. eſt unus de illis, qui fundans ſuam intentionem ſuper hoc in nono ſuę primæ philoſophiæ. ca. 4. de productione intelligentiarũ, poſuit prouentum, & conſequutionem, quia prima intelligentia, cũ ſit maxime una, & maxime ſimplex, immediate ſolũ unum producit, & erat eſſentia ſecundæ intelligentiæ, quæ eſt primũ cauſatum primę, & eſt deficiens ſimplicitate, & unitate primæ. unde in natura eius eſt multitudo. unde ſi ab uno ſimplici, immediate poſſent plura prouenire, tunc non eſſet aliqua ratio diſtinctionis in eis. ſi enim cauſa eſt una, omnibus modis reſpectu eorũ, tunc illa eſſent eadem. omnis enim diſtinctio quę eſt in cauſatis, debet reduci ad aliquã diſtinctionẽ in cauſa. Sed in prima cauſa, nulla prorſus eſt diſtinctio, quia eſt in fine unitatis, & ſimplicitatis, ut teſtãtur omnes. oportet igitur ꝙ unũ immediate a prima cauſa proueniat, & tale non poteſt eſſe aliquod materiale, quia tunc aliqua multitudo, & cõpoſitio, & nouitas eſſet in prima cauſa igitur eſt abſtracta ſubſtantia, & ita dixit ſecundam producere tertiã, & ſic deinceps.

Impugnatio. B

Sed iſta opinio eſt imaginaria, & falſa, ut inquit Cõmen. in locis prædictis, quia tunc eſſet aliqua pluralitas ſine cauſa, quia Auicen. in illa ſecunda intelligentia, quæ eſt primũ cauſatũ, poſuit aliquam multitudinem. & ſic uidebatur Auicẽ. dicere duo repugnantia. Nam ſi ab uno non prouenit niſi unum, & in ſecundo dicto aſſerebat Auicen. ꝙ in tali uno erat aliqua pluralitas, ergo illa eſt ſine cauſa.

Opĩo Scoti in. 4. ſnĩarũ diſt. 1. q. 1.

Subtilis etiam doctor in hac materia uidetur defeciſſe. Nam in quarto ſententiarum diſtin. 1. q. 1. in reſponſione ad rationes Auicen. inquit, ꝙ ſi illa propoſitio ab uno inquãtum unum, intelligatur de omnino uno in re, quod non poſſunt immediate plura prouenire, falſa eſt. Sufficit enim in agente per intellectum, & uoluntatem, diſtinctio cognitorum, ſiue diſtincta cognitio plurium, ad hoc ꝙ plura immediate proueniant. Et uidetur prima facie iſta eſſe reſponſio Auer. 12. meta. in Cõmẽ. 44. ubi inquit. ꝙ non eſt impoſsibile, ut illud quod eſt per ſe intelligentia, & intellectus, ſit cauſa plurium entium, ſecundum ꝙ ex eo intelliguntur multi modi.

Impugnatio.

Sed iſta poſitio nõ poteſt ſtare in uia Peripateticorum. nec eſt de mente Auer. quia ipſi ponunt, ꝙ prima intelligentia non ſolum in re eſt omnibus modis una, & ſimplex: uerumetiam & in cognitione. etenim uolunt ꝙ unum ſolum diſtincte intelligit, & eſt ſua eſſentia. non enim intelligit aliud extra ſe, quia omnis intelligentia intelligens aliud, eſt cauſata ſecundum ipſos, ut dicit Cõmen. in lib. deſtruct. in diſput. tertia in ſolutione. 18. dubij. & iſta eſt poſitio eorũ in. 12. meta. in tex. cõmen. 51.

C

Opĩo Bac. in. 2. ſententiarum diſtinct. 2. q. 1. arti. 2. Et Greg. Ariminen.

Ioannes Baccho etiam in hoc uidetur defeciſſe. nam in ſecundo ſentẽtiarum diſtinct. 2. q. 1. arti. 2. dicit de mente Ariſt. & Cõmen. ꝙ Deus inquantum intelligit ſeipſum in ratione finis diuerſimode immutabilẽ, ſiue attingibilem ab alijs intelligentijs, quæ ab ipſo dependẽt, ut a fine per uiam reſultationis deriuatur illa multitudo in ipſis, & non per uiam efficientiæ. Et ita etiam poſuit Greg. Ariminen. in eodem loco quaſi, ꝙ non inconuenit unũ eſſe finem plurium immediate, licet inconueniat de efficiente.

Impugnatio.

Sed iſta opinio ſtare non poteſt in uia iſtorum, quia cognitio dei eſt abſoluta, & non relatiua. In hoc enim Cõ. arguit Themiſtium in. 12. meta. quia dicebat ꝙ Deus cognoſcit entia inquãtum cognoſcit ſe eſſe cauſam omnium entium. Amplius finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, ut dicit Cõmen. in libro de ſubſtãtia orbis. cap. 2. Si igitur aliquid immediate nõ poteſt terminare dependentiam plurium in ratione efficientis non poterit etiam terminare immediate in ratione finis, quia finis eſt propter quẽ agens agit.

Propoſitio propria.

Dicamus igitur prædiſtinguentes multiplicitatem propoſiti Theorematis. Nam ut inquit Ariſtot. in primo cœli, & mundi. in tex. cõmen. 110. ubi eſt multiplicitas, & ęquiuocatio ſemper eſt cõfuſio apud intellectum.

D

Aduerte igitur ut inquit Auer. in libro deſtructionum in diſpu. tertia in ſolutione primi dubij. Agẽtia ſunt duobus modis, immo tribus modis. Primus modus agentiũ eſt eorum, quorum ſua actio eſt una tantũ per ſe, ſicut calor agit calorem tantũ per ſe, & frigiditas frigiditatẽ, & talia agẽtia uocantur naturalia. Secundus uero modus eſt, quando aliquod agens quandam interdũ agit actionem, & interdum eius contrariũ, & talia agentia a philoſophis uocantur uolentia, & eligẽtia, & quodcunq; agẽs fuerit huiuſmodi agit ſine dubio, cũ deliberatione, & meditatione. Et ſubdit tertium modum agẽtium, dum inquit, unde primũ agens benedictum nequit aliquo iſtorũ modorum denominari agere, eo modo quo generabile, & corruptibile agere denominanť. Nã ut ipſe ſcribit in undecima diſputatione in ſolutione primi dubij, dicunt Peripatetici loquentes ſecundũ ueritatem ꝙ entia procedunt ab eo modo altiori q̃ȝ ſit natura, & q̃ȝ humana uoluntas, & iſte modus clare non poteſt cõprehendi niſi ab ipſo. Si igitur loquamur de agente naturali, dicẽdum eſt, ꝙ ab uno per ſe (ut gloſſat Auer.) non poteſt prouenire niſi unum, quia per accidens poſſunt plura prouenire.

E

Nam calidũ per ſe calefacit, ſed per accidens infrigidat, & ſic frigidum per ſe infrigidat, & per accidens calefacit. propter ꝙ uẽtres hyeme, & uere calidiſsimi ſunt natura, ut dixit Hippo. in prima particula ſeparatorũ ſermonum. In talibus etiam requiritur ꝙ ſit agens eodem modo diſpoſitum, & ꝙ ſit idem finis, & intentio agendi, & modus agendi conſimilis, & ꝙ actio naturalis agẽtis ſit reſpectu eiuſdem paſsi. propter primũ dicimus ꝙ idem ſol per diuerſas ſui diſpoſitiones acceſſus & elongationis operatur contraria. uidelicet, generationem, & corruptionẽ. & nauta per præſentiam eſt cauſa ſalutis nauis, & per abſentiam ſubmerſionis. ſic enim idem erit cauſa contrariorum ſecundo phyſicorũ. tex. cõm. 30. Similiter quando aliquid agit, ut inſtrumentum aliud agit, quam dum operatur, ut agens principale, ut dicam in propria propoſitione de hoc. Similiter idẽ aer in ſphæra ignis exiſtens deſcendit, in ſphæra autem aquæ aſcendit, propter diuerſos fines, & intẽtiones, quia quod eſt graue reſpectu alicuius in ſimplicibus debet eſſe ſub illo, & ꝙ eſt leue reſpectu alicuius debet eſſe ſupra illud. Similiter tepidũ infrigidat calidum, & tamẽ frigidum calefacit propter diuerſitatem paſſorum, & quia comparatione calidioris tepidũ eſt frigidum, reſpectu uero frigidioris eſt calidũ. Et ſimiliter ignis liquefacit ceram, & lutum condenſat.

F

Similiter ab eodẽ agente naturaliter poſſunt prouenire diuerſi modi agendi, quorum unus eſt realis, aliter intentionalis, ut clarum eſt.

ADDItio.

✲ In agentibus etiam naturalibus ab eodem agente ſecundũ diuerſas menſuras poſſunt in idẽ paſſum plura produci, ut calor ignis per calorẽ excedentẽ, uel cõuertit in ſalſum ſaporẽ, per ampliorẽ adhuc in amarũ, ſed ultimate adhuc intẽſus calor generat in ipſuȝ acutũ ſaporẽ, ut dicit Iſach in diętis particularibus ca. 14. in agẽtibus etiam naturalibus diuerſimode diſpoſitis ex materia una habẽte etiam in ſe diuerſas diſpoſitiones poſſunt plura prouenire, ut idem calor naturalis ſm medicos, ſm diuerſas mẽſuras ex eodem chylo, qui tametſi uniformis apparet ex natura rei, tamen eſt difformis, generat quatuor humores. nam calor naturalis ſi ſit remiſſus generat phlegma, ſi tẽperatus generat ſanguinẽ, ſi excedẽs choleram, ſi adurens melancholiam. ita chylus habet diuerſas ſubſtãtias, uidelicet, aquã ex qua phlegma. unctuoſum ex qua ſanguis, ſubtilem ex qua cholera, groſſum ex qua melancholia.

Difficultas de motu cordis.

Sed eſt dubiũ de motu cordis, qui eſt dilatationis & conſtrictionis. Nam talis motus non uidetur eſſe motus inſequens cognitionẽ animæ, neq; electionem uoluntatis, quia iſtæ ſemper eſt in nobis, & ſi eſt a uirtute naturali quõ ab agente naturali proueniunt motus contrarij?

Opio Ari. in li. de morte & uita.

Forte propter hoc Ariſt. in libro de morte, & uita hmõi

G

motum attribuit quantum ad dilatationem ſpirituificationi ſanguinis, quæ fit a calore naturali ipſius cordis, & ideo in tali ſpirituificatione intumeſcit, & rareſit ad magnã extenſionem, & ſic contingit fieri eleuationem in ipſo corde. Conſtrictio autem fit ab alia natura. ſ. a grauitate propria mẽbri uim paſſi, & concurrit cũ hoc frigiditas aeris occurrens, qui per anhelitũ attrahitur per pulmonẽ, & ita motus iſti contrarij ſm Philoſophum non ab una, & eadẽ natura proficiſcuntur, ſed a duabus diſtinctis. Verũ iſta poſitio Ariſt. nõ placuit poſterioribus. & Auer. in hoc diſcrepat in ſecundo colliget. Et beatus Thomas in ſpeciali opuſculo de motu cordis. & oẽs medici tenentes hmõi motus a uirtute procedere, & in hac uia oportet dicere ꝙ proueniunt a uirtute animæ ſine cognitione operante, & non inconuenit ꝙ oppoſiti motus proueniãt ab eadem uirtute, quæ ad inſtar naturalis agentis operatur propter diuerſos fines, & neceſſitates, maxime quia nõ ſimul immediate ambo producuntur, cũ inter eos mediat quies. probatum eſt enim in octauo phyſicorũ, ꝙ duo motus oppoſiti in ſimul cõtinuari nõ poſſunt, ut patet tex. cõm. 62. & ſic intelligis quomodo propoſitio procedat de agente naturaliter.

Opĩo medicorũ Auer. et btĩ Tho. in opu. ſuis.

Sed tunc iterũ eſt una difficultas de uirtute informatiua exiſtente in ſemine, quæ eſt naturaliter agens, & tamen ab ipſa plura procedunt. Niſi eſſet ꝙ talem diuerſitatem ipſa nõ operatur niſi inquantum rememoratur a ſuperioribus cauſis, & ab ipſa intelligentia. opus enim naturæ eſt opus intelligentiæ non errantis, ut dicit Cõmen. 12. meta. in cõm. 18. unde cum duo ſint principia agentia natura. uidelicet, & intellectus, nec plura, natura autem ſit ad unum, relinquitur ꝙ omnis diuerſitas ſit ab intellectu, nec ab alio poteſt eſſe principio, & ita uirtus informatiua non ratione qua forma eſt, aut natura, ſed inquantum eſt exẽplar, uel inſtrumentũ intelligẽtiæ plura operatur. Ita nobiliter ſcribit Alber. magnus in libro de cauſis. tract. 2. cap. ultimo.

Dubiũ de uirtute informa. Solutio. H

In agentibus autem cum cognitione, & electione locum non habet propoſita enuntiatio, quia a talibus poſſunt prouenire oppoſiti effectus. Nam ut ſcribit Philoſophus in nono primę philoſophiæ. tex. cõm. 10. ſunt oppoſitorum. unde Scotus in primo ſentẽtiarum. diſtin. 39. q. prima. inquit, uoluntas inquantum eſt actus primus libera eſt ad oppoſitos actus cõtrarie ut uelle, & nolle, uel amare, & odire, & ad oppoſitos actus contradictorie, ut uelle, & nõ uelle, & mediantibus illis actibus oppoſitis libera eſt, ad oppoſita obiecta ad quæ tendit. Et iſta eſt gloſſa etiam Auer. in diſputatione tertia in libro deſtructionum. in ſolutione primi dubij. Fallit etiã illa propoſitio uniuerſaliter in animalibus, quæ ſunt hic in quibus proueniunt plures motus, licet illud ſit per accidẽs, ut declarat Cõmen. in. 8. phy. in cõm. 51. ubi inquit. non eſt opinandum ꝙ primus motor in illis mouet pluribus motibus ex ſe. unus enim motor nõ mouet eſſentialiter niſi uno motu. Et hoc quod inuenitur in iſtis motis ſcilicet habentibus animas, ꝙ unus motor in iſtis mouet pluribus motibus eſt per accidens, & parum infra ſubdit. ab uno. n. motore eſſentialiter nõ prouenit niſi unum motum, ſed multa intrant ipſum per accidens. Pro quo debes ſcire, ꝙ iſtius motoris ſunt moti. nam anima talium mouetur ab appetibili quod concurrit, ut primus motor in motu animalium, & ideo uidemus animalia plures motus exercere, ut declarat Philoſophus, & Cõmen. in. 8. phyſicorum in tex. cõm. 20. & in. 3. de anima. Radicalis autem, & pręcipua cauſa huius eſt compoſitio inuenta in eis, quia ſunt formæ in materia, ſicut per oppoſitũ cauſa unitatis, & ſimplicitatis motus prouenientis in abſtractis eſt ſimplicitas ſua, ſicut declarat Cõmen. & Ariſt. in. 8. phyſicorum. tex. cõmen. 53. & etiam Auer. in libro de ſubſtãtia orbis.

Quomodo in agẽtibus cũ cognitione, & electione locũ nõ habeat propõ iſta.

I

Sed uideamus in tertio modo agentiũ, quæ uidelicet nõ agunt naturaliter, neq; agunt uoluntate noua, ſicut eſt in nobis. utrum in talibus ab eodem plura poſſunt prouenire. Et ſecundum quod recitat Auer. iſta propoſitio ſecundum Algazelem, & Auicẽ. ab uno non prouenit niſi unũ, non habet ueritatem in formis materialibus, ſed in formis abſtractis a materia, ut eſt uidere in tertia diſputatione in ſolutione dubij. 20. unde ſuper hac propoſitione Auicen. fundauit ſuam poſitionem de prouentu intelligẽtiarum, & cõſecutione earum, ſicut ſupra diximus.

Qũo locũ habeat propoſitio in intelligentijs.

K

Sed iſta opinio non eſt uera. nam ut inquit Cõm. in. 12. meta. cõm. 44. in intelligentijs non eſt actio proprie loquendo, neq; conſecutio, ita ꝙ unũ concomitetur unum, ſed tantũ eſt illic cauſa, & cauſatũ, ſecundũ ꝙ intellectũ eſt cauſa intelligẽtijs. ubi patet ꝙ in actione ſpirituali, quæ non eſt uerus motus niſi æquiuoce, ut dicit Cõmen. in. 8. phy. in cõm. 40. qualis eſt intellectio, & uolitio. intelligentiæ enim de uirtutibus animæ non habent niſi intellectũ, & uirtutem deſideratiuam per quæ mouent in loco, ut dicit Cõmen. in. 12. meta. in cõm. 36. unde nõ inconuenit in tali actione idẽ intelligibile, & idem appetibile immediate mouere plures intelligentes, & plures appetẽtes, ſicut manifeſte uidemus in cognitione ſenſitiua, quæ eſt uilior intellectiua, ubi idem obiectũ ſenſibile poteſt immediate mouere plura media, & plures ſentientes. Et hoc eſt quod dicit pulchre Cõm. ꝙ non eſt inconueniens, ꝙ illud quod eſt per ſe intelligẽtia, & intellectum ſit cauſa pluriũ, ſecundũ de eo ꝙ intelliguntur multi modi, quod non eſt intelligendum ꝙ primus intellectus, ex hoc ꝙ plures modos intelligendi, aut quia plura diſtincte intelligit producat plura, ſed eſt pro quanto ipſe cauſat diuerſas intellectiones in diuerſis, & ſunt ipſe eſſentiæ intelligẽtiarum. & hoc eſt quod dicit Cõmen. ibi in cõm. illud enim quod intelligit motor corporis cœleſtis, de primo motore, & eſt cauſa in anima cœli eſt aliud quod intelligit ab eo motor Saturni.

L

Et animaduerte ꝙ Auer. in hoc loco uidetᷣ ſentire ꝙ duplex eſt actio, uera & metaphorica. uera eſt quãdo per actionẽ agẽtis res extrahitur de potẽtia ad actũ, & de tali, uera eſt propoſitio, ꝙ una actio ſequitur unũ agẽs. unde dicit ꝙ iſta propoſitio eſt imaginabilis. unde dicit ꝙ ibi nõ eſt agens, neq; prouẽtus, neq; conſecutio. & parũ infra dicit ꝙ mos modernorum in dicẽdo, ꝙ a tali motore prouenit talis motor, aut conſequitur, aut præcedit, aut talia uerba non uere intelliguntur de iſtis principijs abſtractis omnia enim iſta ſunt diſpoſitiones agentium ſuperficietenus. nam uere ab agente nõ prouenit niſi extrahere rem de potentia ad actũ. unde in tali actione eſt unũ agens, & una materia, & una forma reſpectu unius. Vnde. 12. meta. tex. cõmen. 27. aliud eſt mouens, & materia tũa, & mea, & ſpecies tua, & mea, eſt etiam alia productio per uiam cauſæ, & cauſati ſecundũ ꝙ intellectum eſt cauſa intelligentis, & in tali unum poteſt eſſe cauſa plurium, ſecundum ꝙ de eo intelliguntur multi modi. & hoc habet ipſe in ſimili in tertia diſputatione in ſolutione. 18. dubij. ubi habet ꝙ in talibus ab uno poteſt prouenire pluralitas in exemplo pulcherrimo in quo comparat uniuerſum animali, quod teſte Philoſopho in octauo phyſi. tex. cõm. 17. dicitur Microcoſmos. unde quemadmodũ in uno animali eſt una anima a qua prouenit motus localis qui aſsimilatur motui cœli, & motus aliorũ orbium ſub orbe ſtellato aſsimilãtur particularibus motibus exiſtentibus in cæteris mẽbris: & in tali animali eſt una uirtus a qua proueniunt omnes uirtutes, quæ coadunatæ tendunt ad unum finem qui eſt conſeruatio ipſius animalis: multo magis oportet imaginari hoc eſſe in animali maiori. uidelicet in uniuerſo, unde concludit ꝙ eſt una uirtus ſpiritualis, quæ connectit omnes uirtutes ſpirituales, & corporeas, & eſt unigenea in toto orbe, & in toto uniuerſo, & non ſequitur ex extenſione unius uirtutis in pluribus rebus, quod ſit in ipſa uirtute pluralitas, & concludit. patet igitur ex iſtis ꝙ pluralitas poteſt prouenire ab uno. ubi patet ſecundum mentem Auer. in tali agente quod non agit, ſicut agens naturale extrahendo rem de potentia ad actum. Sed agit altiori modo q̃ natura, & humana uoluntas, ꝙ & ſi ſit in ſumma ſimplicitate,

M



A

plicitate, & unitate quod ab eo poſſunt plura prouenire & cauſari. Nec ualet ſi dicatur ꝙ hoc habet ueritatem in genere cauſæ finalis. Nam Cõmen. infra parum ibidem loquẽs qualiter entia intellectualia ſint a primo principio inquit hæc uerba formaliter. Amplius declaratũ eſt a philoſophis ꝙ id quod dat entium ſeparatorum a materia finem, eſt illud quod dat eis eſſe. forma enim & finis ſunt idem in hac ſpecie entium. ergo illud quod dat finem huic eſſe eſt agens. apparet idcirco ꝙ primum principium eſt omnium iſtorum principium. ſ. agens & forma & finis. Ex quibus uerbis bene patet quantum deuiauerit Gregorius Ariminenſis & alij in uia Auer. ibi etiam ponit modum tactum in. 12. meta. in cõmen. 44. ꝙ in eis ſolum eſt cauſa, & cauſatum ſecundum ꝙ intellectum eſt cauſa intelligentis. Nam tertio de anima. tex. cõmen. 54. obiectum mouet intelligentem, & eſt cauſa eius efficiens ſub ratione qua eſt intelligens. Vnde Cõmen. quinto meta. dicit ꝙ intelligens conſtituitur per intellectum & non econtra, ut patet commen. 20. & inquit, rurſus ex aliorum principiorum ſeparatorum eſſe conſtat in eo ꝙ imaginantur de primo principio, & non eſt impoſsibile ꝙ ab una, & eadem reſumãtur diuerſæ imaginationes, ſicut non eſt impoſsibile ꝙ ex aliqua pluralitate ſumatur una imaginatio. iam igitur inuenimus uiam quomodo intelligentię ſunt a prima, & eſt quia intellectus diuinus eſt obiectum intelligibile a quo producuntur multæ intellectiones in diuerſis intelligentibus ſecundum ſuæ naturæ capacitatem. unde cum intellectio, & ſcientia Dei, & res intellecta ſint omnibus modis eadem, & ſcientia Dei eſt cauſa entium: ſic dicimus ꝙ ſicut intellectum mouet plures intelligentes, ſic ſcientia Dei eſt cauſa omnium. talis igitur pluralitas per uiam intelligibilis poteſt prouenire ab uno ſine aliquo inconuenienti, ſicut ab una & eadẽ re ſumuntur diuerſæ imaginationes.

In fine. 18. dubij.

Cõtra Gregorium de Arimino.

B

Et aduerte ꝙ non eſt opinandum ꝙ intellectus intelligẽtiarum præſupponatur huic actioni, immo talis actio eſt ipſa productio qua producuntur, & cõſeruantur perpetuo ab ipſo primo triplici cauſalitate. Et animaduerte bene, & conſidera ꝙ licet a tali agente plura immediate procedant, non tamen æquali proceſſione proueniunt. nam entia ſunt ſicut numeri, unde quemadmodum omnes numeri proueniunt ab unitate ſimplici ordine quodam ſeruato. nam unitas geminata cõſtituit binarium, & eadem triplicata ternarium, & eadem quater ſumpta quaternarium, ita ꝙ omnis multitudo numerorũ cauſatur in uirtute unitatis inferentis modo prædicto. & ſi bene, & ſubtiliter contemplatus fueris, inuenies ꝙ numerus prior ſecundum propriam formam non eſt cauſa poſterioris, quia eſt ibi prioritas naturæ ſine cauſalitate. nam ut ſcribit Ariſt. quinto meta. tex. cõm. 19. ſubſtantia cuiuslibet quod ſemel ut ipſorum ſex non quæ bis, aut ter ſunt, ſed quæ ſemel, ſex enim ſemel ſunt ſex. & Auicen. dixit in tertio tracta. ſuę meta. cõmen. 5. ꝙ decem non ſunt nouem, & unum, aut quinq;, & quinq;. apparet igitur ꝙ multitudo in numeris eſt in uirtute unitatis inferentis, non in uirtute numeri ſub propria forma, quia licet Euclides dicat in quarto elementorum, in ſeptima concluſione, ꝙ omnis numerus minor eſt pars maioris, hoc locum habet quo ad materiale. Nam unus numerus ſecundum propriam formam non eſt pars, neq; cauſa alterius. Ita pariformiter imaginare in entibus, ꝙ a prima entitate, & unitate omnis numerus, & pluralitas entium immediate procedit tanquam a cauſa efficiente finali, & formali, ſed non ęquali proceſsione, ſed ſecundũ ordinem inuẽtum in eis, ex ſuis rationibus formalibus. Non enim omnia entia æqualiter poſſunt participare eſſe diuinum, & hoc eſt quod clariſsime enuntiauit ſolertiſsimus naturæ & Dei rimator Ariſto. in primo cœli & mundi, ꝙ a primo communicatum eſt eſſe, & uiuere omnibus, ijs quidem clarius, ijs uero obſcurius, ut patet tex. cõmen. 100. ſic intelligas ꝙ omnes intelligentiæ dependent immediate quantum ad rationem triplicis cauſalitatis, a prima quæ ſimpliciter eſt incauſata, & licet huiuſmodi intelligentiæ ab eadem cauſa procedant, non tamen æquali proceſsione, qu a una plus appropinquat in participando perfectiones primi quam altera, ſicut unus numerus plus appropinquat unitati, q̃ alius numerus. diſtantiæ enim entium in hoc ſunt ualde diuerſæ, & ſicut in numeris inter ſe comparatis erat ordo prioris, & poſterioris per acceſſum, & receſſum ad unum, ſine tñ cauſalitate prioris ad poſterius in propria forma, & omnis pluralitas inuenta in numeris erat a uirtute unitatis inferẽtis, pariformiter crede ꝙ in intelligentijs eſt ordo prioris, & poſterioris ſecundum perfectionem in intelligendo primum, & in participando perfectionem primi. Et hoc pulchre declarat Auer. in tertia diſputatione, in libro deſtructionum in ſolutione. 18. dubij. ubi inquit, amplius ꝙ dictæ intelligentiæ inter ſe differunt in nobilitate ſecundum ſtatum quem habent de primo principio, in propinquitate, & longitudine. unde primus intellectus, non intelligit niſi ſeipſum, & intelligens ſeipſum omnia entia intelligit, ſed in nobiliori eſſe, & ordine qui eſſe poteſt, ſubſtantia tamen dicti intellectus primi poſterioris, eſt id quod intelligit de formis, & ordinibus in primo intellectu exiſtẽtibus, & dictæ ſeparatæ intelligentiæ abinuicem differunt in hoc puncto. unde ſequitur in hoc ꝙ nullus infimorum intelligit de nobiliori illo quod ille nobilior intelligit de ſeipſo, neq; econuerſo. ſ. ꝙ quęlibet intelligentiarum entia intelligit in uno & eodẽ gradu: ſi enim ita eſſet ſequeretur quod eſſent unum & idem, & non differrent in numero. Et hoc dixit etiam in. 12. meta. in cõmen. 44. & aliud eſt quod intelligit de primo motore, motor Saturni, & cætera quæ ſequuntur, ſicut etiam in numeris, numerus prior nõ eſt cauſa in propria forma poſterioris, ſic prima intelligentia cauſata non eſt cauſa ſequentis, & poſterioris in perfectione. omnes enim ſunt a prima tanquam a cauſa, non tanquam ab agente cauſante per ueram actionem quæ fit extrahendo aliquid de potentia ad actum, quia hæc actio eſt agentium ſuperficietenus. i. agentium corporalium, quæ agunt per cõtactum, ſed talis actio eſt immaterialis, & eſt eo modo quo intellectum eſt cauſa intelligentis. & iſte fuit error Auicen. quia credidit intelligentiã primæ in nobilitate propinquiorem eſſe cauſam poſterioris, & non uidit ꝙ omnes ſunt immediate a prima tanquam a cauſa, licet non in æquali perfectione cauſantur. & hoc uoluit Auer. iudicio meo occulte dicere in eadem diſputatione tertia in ſolutio. 25. dubij. ubi finaliter concludit ꝙ ſi uera eſt propoſitio dicens, ꝙ ab uno nõ prouenit niſi unum, etiam erit uera propoſitio dicens, ꝙ ab uno procedit pluralitas. nam dicit hoc declaratum fuiſſe in fine. 11. meta. & eſt locus allegatus in. 11. Auer. ſuper. 12. Ariſt. in tex. cõmen. 44. & animaduerte ꝙ cauſa intrinſeca illius multitudinis inuentę in intelligentijs eſt ex ſuis rationibus intrinſecis, & propter naturam potentiæ inuentæ in eis, ut dicit Comment. in tertio de anima in cõmen. 5. in ſolutione tertiæ. q. & in commen. 14. licet cauſa efficiens, & finalis ſit primum principium. & ita ceſſat ratio Auicen. dicentis, ꝙ ſi omnes immediate procederent a prima, tunc cum illa ſit una ſimpliciter, nulla eſſet ratio diſtinctionis in eis, immo ratio diſtinctionis in eis eſt ex rationibus intrinſecis earum. quia enim intelligentia Saturni eſt talis, & intelligẽtia Iouis talis, ideo hæc non eſt illa, licet omnium eadem ſit cauſa. & poteſt dari exemplũ in re difficili de ſole. ſol enim eſt lucidus per eſſentiam, & illuminat omnia in inſtanti ſecũdo de anima, tex. cõmen. 70. tam cœleſtia corpora q̃ elementa, tamen lux iſta non æqualiter participatur ab iſtis, & a ſole: quia ſol ex ſe lucet, & differenter etiam eſt in ſtellis, & in ipſis elementis, quia nobiliori modo ſunt lucidæ ſtellæ q̃ ſint elementa, quia ſunt nobilioris naturæ, & differẽter lux iſta reperitur in elemẽtis, quia nobiliori modo participatur ab igne, qui eſt formaliſsimum inter omnia, licet non luceat

C

Oĩs numerus minor eſt ps maioris, in quibus habet locum.

Oẽs intelligentias depẽdere immediate a prima, q̃uo intelligatᷣ.

D

E

F

G

nobis in propria ſphæra propter ſuam maximã raritatem, ut dicit Cõmen. in quarto cœli & mundi in cõmen. 32. & nobiliori modo eſt in aere, q̃ in aqua, & in aqua q̃ in terra, propter eandem rationem. unde ſic conſidera de ſole intelligibili, qui Deus eſt, ꝙ ille eſt qui omnem lucem producit intelligentiarum ſecundum ꝙ natura earum requirit. & ſic dici poteſt, ꝙ licet deus in ſe conſideratus ſit maxime ſimplex, & maxime unus, tamẽ in uirtute eſt plures, quia poteſt plura producere. Vnde ſecundum iſtum intellectum dixit Cõmen. in libro deſtructionum in diſputatione tertia in ſolutione. 17. dubij, quod poteſt dici ꝙ non eſt ſumme unus niſi alio modo probetur. & Alber. magnus in coguis coguo. quarto. q. qua quærit an angeli diſtinguantur numero, uel ſpecie inquit, ꝙ licet deus in ſe ſit ſimpliciter unus, tamen inquantũ creans eſt quodammodo plures inquantum habet in ſe, & prehabet multas ideatorum ideas. nam alia ratione conditus eſt homo, & alia ratione conditus eſt equus, ut inquit beatus Augu. in lib. 83. quæſtionum. q. 46. & tunc propoſita propoſitio aliam gloſſam recipit, ſicut uides ꝙ a ſimpliciter uno quo ad eſſentiam, & quo ad uirtutem nõ poteſt niſi unũ prouenire, ſed ab uno ſimpliciter quantũ ad eſſentiã, multiplici autẽ quo ad potentiam, & uirtutẽ, poſſunt immediate plura prouenire.

H

Propõ. 13.

*In omni genere eſt unum primum, quod eſt metrum, & menſura omnium exiſtentium in illo genere.*

PROPOSITIO uulgata & ab omnibus paſsim allegata extrahitẽ ex mẽte Philoſophi, in 10. meta. in tex. cõm. 7. ubi datur exemplũ in coloribus, ex quo etiam colligitur ex mente Philoſophi, ꝙ in genere entiũ eſt inuenire unum primum penes quod tanquã penes menſuram omnia entia poſſunt menſurari in entitate, & perfectione, & illud eſt primum principiũ quod eſt forma liberata ab omni materia, & ab omni imperfectione, ſicut bene notat ibi Cõmen. in cõm. Ex hoc collige ꝙ prima menſura ad cognoſcendum perfectiones rerum eſt per cõparationem ad ſummum, unde male opinati ſunt, rerum perfectionem attendi penes multitudinẽ, aut paucitatem. Vnde lucidiſsimus Themiſtius inquit in tertio de anima, perfectio rerũ non numero, aut multitudine corrogatur, ſed pondere. ubi etiam dicit capite. 45. ꝙ qui non plura intelligit pluris eſt, ſed qui meliora, & nobiliora. Vnde intellectus agens non intelligit, ut inquit, priuationes, nec aliquid eorum quę ſunt hic, ut aſſerit etiam Cõmen. 3. de anima. cõm. 19. & tamẽ eſt longe præſtantior intellectu poſsibili. agens enim ſemper exiſtimabitur nobilius paſſo, ut ait Ariſt. ibidem. Amplius ſecundum Philoſophũ intellectus primi principij tantum unum intelligit, tamẽ in nobilitate, & perfectione excedit omnem intellectũ, cum ſit ens ſimpliciter perfectum quinto meta. cõm. 21. Non etiam attenditur rerum perfectio principaliter penes durationem, alioquin elementa, & mineralia eſſent perfectiora plantis, & animalibus, contra Philoſophum in primo de generatione animalium cap. 1. & cõtra beatum Augu. in primo de trinitate, uiuentia non uiuentibus, intelligentia non intelligentibus, beata miſeris præferẽda iudicamus. tunc etiam materia eſſet perfectior forma, quia illa eſt permanentior cum ſit æterna. Forma autem corruptibilis eſt, cuius tamẽ oppoſitũ habet Ariſt. 7. & 8. primæ philoſophiæ utrobiq; tex. cõm. 7. licet enim perfectum ratione, natura, & tẽpore ſit prius imperfecto, & incorruptibile corruptibili, ut aſſerit Ariſto. in octauo phyſicæ auſcultationis. tex. cõm. 75. non tamen quodlibet æternum perfectius eſt ipſo corruptibili. hoc enim fuit cauſa erroris antiquorũ in opinando materiam eſſe ſolam ſubſtantiam, & naturam, ut habetur in ſecũdo de phyſico auditu. in tex. cõ. 10. & in octauo primæ philoſophiæ. in tex. cõm. 8. contingeret etiam hominem nõ eſſe perfectiſsimũ animalium contra ſententiam Ariſto. in ſecundo libro de partibus animalium. c. 10. ubi habet, ꝙ ſolus homo ex animalibus nobis cognitis diuinitatis particeps eſt, aut omniũ maxime. nã uita hominis naturalis non eſt niſi uſq; ad. 70. annos, ſi uera eſt opinio medicorum, ꝙ tempus iuuentutis ſit uſq; ad. 35. annos, & tempus profectus, & iuuẽtutis eſt æquale tẽpori defectus & ſenij, & magiſter dixit (uidelicet Ariſto.) ꝙ uita eſt media inter. 70. annos, &. 90. ut recitat Cõmen. in ſecundo de generatione & corruptione in tex. cõm. 53. attamen elephas, ut ſcribit Ariſt. in libro octauo de natura animalium. cõm. 8. ſecundum aliquos ducentos annos, ſecundum uero alios trecentos uiuere perhibetur.

Themiſtius.

I

K

Nec perfectio entium attenditur circa multitudinem indiuiduorum in eadem ſpecie. nam in mineralibus, & lapidibus uidemus plerunque rariora eſſe in nobilioribus naturis, quam in uilioribus. ✲ Et longe plures ſunt fœminæ q̃ mares, ut. d. Cõmen. 7. meta. cõmẽ. 31. ſimiliter etiã in animalibus, & plantis, longe plures enim ſunt lapilli in littore maris, q̃ hyacinti, aut topazij. & lõge plures ſunt ficus, aut nuces, q̃ pini cupreſſus, & palmæ. Nec perfectio entium principaliter attenditur penes localem diſtantiam, nam licet uerum ſit ꝙ nobiliori enti debetur nobilior locus. unde Ariſto. primo cœli & mundi. tex. cõm. 22. inquit, omnes gentes, & græci, & barbari, eum qui ſurſum eſt locus, Deo attribuunt, utpote immortale immortali coaptatum ſit, impoſsibile enim aliter. Tamen nõ eſt iſta prima ratio, ex qua rerum perfectio uenatur, alioquin piſces qui degunt in aqua, & aues in aere, eſſent hominibus perfectiores. Amplius autem contingeret terrã ſurſum locatam nobiliorem euadere igne deorſum exiſtente. Vnde etiam beatus Dionyſius in libro cœleſtis hierarchiæ, & etiam in ſuis Epiſtolis expreſſe teſtatur, ꝙ beatæ mentes in ſua perfectione non menſurantur penes localem diſtantiam. Si enim angelus ſupremi ordinis locaretur in loco infimi ordinis, & angelus infimi in ordine ſupremo, adhuc angelus iſte ſic ſurſum locatus eſſet diſtantior in perfectione. Et beatus Grego. inquit. ꝙ diabolus ubicunq; fuerit ſemper in inferno eſt. unde licet Cõmẽ. 12. meta. cõm. 44. contra Ptolemęum ponat ordinem in intelligentijs, & orbibus uniformiter attendi in nobilitate, & ignobilitate. iſta tamen non eſt prima ratio, ſed eſt a ſigno nõ per cauſam. non enim ignis eſt terra nobilior, quia locus ignis eſt nobilior loco terræ, ſed quia ignis eſt terra nobilior. ideo natura tribuit ignem eſſe in nobiliori loco, quandoquidem natura rerum nobiliorum maiorem gerit ſolicitudinem. Nõ etiam eadem ratione perfectio rerum principaliter ex operationibus poteſt uenari, quia operationes ſunt ſigna operantium cauſarum. Nec ex multitudine, aut paucitate actionum ſimpliciter, & abſolute unũ ens alio perfectius iudicari poteſt, licet enim in caducis, & mortalibus, ꝙ plures actiones habet perfectius ſit, & quod pauciores eſt imperfectius. Vnde teſtantur hoc elementa quæ ſunt imperfectiſsima omnium, & habent pauciores actiones q̃ mineralia, & mineralia pauciora uegetantibus, & uegetantia pauciora brutis, & bruta hominibus. In æternis tamen ſecundum mentem Auer. in ſecundo cœli & mundi. in tex. cõmen. 63. oppoſitum contingit, hoc tamen in iſtis eſt ſignum non cauſa, ſicut intuenti patet. Dicamus igitur ꝙ prima menſura entium in entitate, & perfectione in quantum entia ſunt, & inquantum perfecta ſunt, eſt primum in entitate, & perfectione quod eſt Deus glorioſus, qui eſt prima cauſa entitatis, & ueritatis, & omnis perfectionis ſecundo primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 4. unumquodq; eſt maxime tale propter quod alijs ineſt uniuocatio, & ideo penes acceſſum, & receſſum ad primum rerum perfectiones, a priori uenãtur. unde quarto primæ philoſophiæ tex. cõm. 18. illud eſt uerius quod eſt primo uero propinquius, & primo cœli. tex. cõ. 100. a primo quidem principio cõmunicatum eſt eſſe, & uiuere omnibus, ijs quidem clarius, ijs uero

ADDItio

L

Dionyſius de cœleſti hierar.

M

Propoſitio propria.



A

ijs uero obſcurius. & ſecundo cœli, ſemper id melius quod eſt optimo propinquius. & Cõmen. in cõm. 64. inquit. diſtantiæ entium ſunt ualde diuerſæ in hoc. & pro hoc facit authoritas eiuſdem. 12. meta. tex. cõmẽ. 44. Amplius in prædicamentis docuit ſubſtantias ſecundas, quæ ſunt ſpecies, magis dici ſubſtantias per appropinquare primis magis quæ ſunt maxime ſubſtantiæ. Amplius. 10. ethicorum. c. 4. ſecundũ unumquodq; optima eſt operatio optime diſpoſiti, ad potentiſſimum eorum, quæ ſunt ſub ipſa, hoc eſt circa optimũ obiectũ talis operationis. Amplius primo poſteriorum docuit per comparationem ad prima principia, quæ ſunt prima in certitudine, & cognitione uenari præſtantiam demonſtrationum in ſcientijs. nam quæ procedunt ex proximioribus primis principijs ſunt maioris certitudinis, & nobilitatis. & primo phyſicæ auſcultationis. tex. cõmẽ. 54. præponit opinionem antiquorum qui poſuerunt pro principio materiali aliquod medium, opinionibus illorum qui poſuerunt unum ex extremis elementis: & opinionem eorum qui poſuerunt aerem, præponit opinioni eorum qui poſuerunt aquam. & cauſa, ut inquit ibi Cõmen. non eſt niſi quia tales comparationes fiunt ad uerum ſubiectum, quod eſt prima materia, quæ omnino latet propter ea eſſe ens in potentia. nam qualitates, & contrarietates ſunt minus ſenſibiles in medijs, q̃ in extremis, & qualitates aeris ſunt minus ſenſibiles qualitatibus ipſius aquæ. Amplius in ſexto ethicorum. cap. 1. hoc præcipit. inquit enim, in omnibus dictis habitibus quemadmodũ & in alijs eſt quoddam ſignum ad quod inſpiciens rationem habens intẽdit, & remittit. ✲ Amplius pro hoc facit authoritas Philoſophi, & Auer. ſeptimo phy. tex. cõm. 17. de pulchritudine, & fortitudine. Amplius atteſtantur ueritatem propoſitæ propoſitionis omnes medici, qui ponunt corpus temperatum eſſe metrum, & menſuram reſpectu omnium aliorum. unde Galen. in ſecundo partię artis aſſerit, quòd eſt ſicut ſtatua Polycleti. Aduerte tamen ꝙ hoc intelligitũ in bonis quod per acceſſum, ad ſummum debet fieri cõparatio. Fallit autem in malis, quia non datur ſummum malum, ſicut quidam opinati ſunt, qui poſuerunt unum Deum boni, & alium mali. non enim datur malũ ſimpliciter, ut probat Ariſt. in quarto meta. & Dionyſius in libro de diuinis nominibus. in. ca. 4. ſed in talibus magis, & minus attẽduntur penes diſtantiam a bono ſimpliciter, ut illud magis malum dicatur, ꝙ a ſummo bono magis remouetur. Aduerte tamen ꝙ cõparatio entium in perfectione, & entitate dupliciter fieri poteſt. Vno modo ſub rationibus tranſcendentibus. uidelicet, inquantum entia ſunt, & inquantum ſubſtantiæ ſunt, & iſto modo fit per comparationem, ad primum ens ſimpliciter quod eſt primum in genere entium inquantũ entia, & tale eſt deus ſublimis qui eſt prima forma, & primus finis entium inquantum entia, & hoc eſt ꝙ largitur nobis prima philoſophia, & iſte eſt finis ultimus quẽ promittit nobis illa ſcientia, ut aſſerit Cõment. & Alexan. in pleriſq; locis. præſertim. 12. meta. cõmẽ. 5. & 6. & in ſuo prologo ſuper illo libro. & in ſeptimo meta. in cõm. 5. & 9. Alio modo cõparationes entium poſſunt attendi ſecundum ſpeciales conſiderationes, & tũc fiunt per comparationem ad primum in tali in genere ſic conſideratorum, & iſtæ cõſiderationes ſpectant ad ſciẽtias ſpeciales, & ad artifices ſpeciales, & ſic ueritatem habet propoſitum Theorema, quod in omni genere eſt unum primum quod eſt metrum, & mẽſura omnium in illo genere exiſtentium. Et ex hoc patere poteſt quantum deuiauerint a ueritate ſophiſtæ, & calculatores uolentes intenſionem, & remiſsionem in formis attendi penes receſſum a non gradu, & multa alia quæ longe intellectum impediunt, & a ueritate diuertunt. Sed hic eſt una difficultas propter quam quidam conati ſunt negare propoſitam ueritatem. nam inquiunt cum Deus glorioſus ſit infiniti uigoris, omnes igitur creaturæ æquali diſtabunt diſtantia ab ipſo, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio, ſicut habet Ariſt. in tertio phy. & primo cœli, ubi de infinito pertractat, & iſtud uidetur eſſe unum de potiſſimis fundamentis aſſerentium perfectionem in entibus nõ attendi penes acceſſum ad ſummũ, ſed penes receſſum a non gradu. Sed hoc argumentum nullius eſt roboris apud Philoſophos antiquiores. nam ut ſcribit. Cõmen. in pleriſq; locis, finitas uigoris ſecundum Philoſophos contingit formis inquantum formę, licet finitas durationis competat formis inquantum ſunt in materia, ut patet ſecundo cœli. in commen. 38. & in cõm. 70. & in tertio cap. de ſubſtantia orbis, tamen ne uideamur eorum captiones euitare, & ſubterfugere, cõceſſo (ſicut eſt rei ueritas) ꝙ Deus glorioſus ſit infiniti uigoris, non propter hoc tollitur quin eſſe poſſit metrum, menſura omniũ entium ſub ratione aſsignata. Nam licet perfectio Dei in ſe cõſiderata ſit formaliter infinita, tamen ut eſt imitabilis, & participabilis a creaturis non eſt infinita ſub tali ratione, quia nulla creatura poteſt participare perfectionem infinitam ſub ratione qua infinita eſt. ſic autem eſt menſura creaturarũ, ut imitabilis eſt a creaturis, unde inquit beatus Auguſt. ꝙ alia ratione conditus eſt homo, & alia ratione conditus eſt equus, & ideo ut ſic poteſt habere rationem menſuræ omnia menſurantis penes acceſſum, & receſſum ad ipſum, quia non omnia in æquali gradu entitatis, & perfectionis participant, & imitantur diuinam perfectionem, ſicut ſupra dictum eſt.

B

ADDItio

Non datur malũ ſimpliciter.

C

Cõparatio entiũ in perfectione & entitate dupliciter fieri poteſt.

Contra ſophiſtas, & calculatores.

Difficultas

D

Solutio.

Btũs Aug.

E

Propõ. 14.

*Vniuerſalia ordine doctrinæ præcedunt particularia.*

ARISTOTELIS eſt propoſitio, in primo phyſicæ auſcultationis. in tex. cõ. 4. & paſsim allegatur ab omnibus. Ordo doctrinæ non eſt aliquod genus demonſtrationis, aut aliqua diſciplinæ maneries, ſicut quidam ſuſpicantur. tunc enim uia doctrinæ non differret a doctrinæ ordine, contra oẽs antiquos expoſitores, & contra Themiſtiũ, Alexan. & Auer. qui poſuerunt inter illa. 8. capita quæ in principijs librorum apponi ſolent, aliud eſſe uiam doctrinæ in ſcẽtijs, aliud autem doctrinæ ordinem.

Via enim doctrinæ eſt triplex genus demonſtrationis, uidelicet demonſtratio ſigni, demõſtratio cauſæ tantum, & demõſtratio cauſæ, & eſſe. Sed ordo doctrinæ eſt diſpoſitio illa, quæ eſt inter ſcibilia ſcientia ſecundũ prius, & poſterius, quæ in cõſiderandis attẽditur, nam ut inquit Auer. in. 5. meta. in cap. de priori ordo eſt reſpectu primi poſiti, aut intellecti. unde cum omnis ſcientia rei habentis cauſas non poteſt haberi niſi cognitis cauſis, & proprietatibus cognoſcendis per illas cauſas, cũ unius, & eiuſdem rei contingat plures cauſas eſſe, quarũ quædam ſunt uniuerſaliores, quædam minus uniuerſales, quędã uero ſunt particulares, & proximæ, ita etiã contingit accidentia quædã eſſe communia, & uniuerſalia pluribus, quædam uero appropriata quibuſdam. Merito igitur inter iſta inſurgit difficultas, an incipiendũ ſit in ſcientia ab inquiſitione cauſarũ remotarum, & maxime uniuerſalium in tali genere ſpectãtium, an a cognitione, & inquiſitione cauſarum particularium. & penes hoc attenditur ordo doctrinæ ſcientificus, & eodem modo eſt circa demonſtranda accidentia de ipſis rebus, ſicut in philoſophia naturali pulchre dat exẽpla Auer. in ſuo prologo ſuper libro phyſicæ auſcultationis, & Ariſto. uult in propoſito Theoremate, ꝙ ab uniuerſalibus ad particularia ſit procedendũ, cuius tres cauſas adduxit Auer. in ſuo prologo, & etiã primo phy. tex. com. 57. Tum quia uniuerſalia ſunt notiora nobis: tum etiam ne contingat reiteratio in ſcientia. tum ut demonſtrationes procedant ex primis, & immediatis, quas etiam cauſas hinc inde colligis ex mente Ariſto. hic, & in primo de partibus animalium, & in poſterioribus analyticis. Et propter hoc doctrina ordinata, ut inquit ipſe primo phyſi. com. primo innata eſt incipere a cognitione cauſarum primarum rei cognoſcendę

Quid ſit uia doctrinæ.

Quid ordo doctrinæ.

F

G

Cõtra Cõciliatorē, et Vgonē Senenſem, & Iac. de Forliuio.

perfecte, deinde intendere in cognitionem aliarum cauſarum remotarum ſecundum ordinem, donec deueniamus ad cauſas propinquas exiſtentes in re. Vbi patet quantum errauerit Conciliator in differentia octaua, et Vgo Senenſis, in primo techni, & ſequaces eorum uolentes Auer. per hoc uoluiſſe ſcientias ordinarias procedere per demõſtrationem propter quid, quæ fit incipiendo, & demonſtrando per cauſas remotiores, & demum per cauſas propinquas. Non animaduertentes demonſtrationem per cauſas remotas non eſſe de numero demonſtrationum propter quid immo ſunt de numero ſignorum, & demonſtrationum quia, ut notat expreſſe Ariſt. in primo poſte. quod non aduertit ille bonus Iacobus de Forliuio, dum aſſerit de mente pluſquam Commentatoris demonſtrationem propter quid in uia reſolutiua incipere, & fieri per cauſas remotas, cum falſo ſibi illud imponat, ut manifeſtant exēpla eius. Nec animaduerterunt Auer. authoritatem eandē eſſe, cum illa Ariſto. in qua iubet ab uniuerſalibus eſſe incipiendum, & proficiſcendum ad particularia. ubi ſecundum omnes expoſitores illud de ordine doctrinæ intelligitur fuiſſe dictum. Manifeſtum eſt autem ꝙ cauſæ primæ entium ſenſibilium in naturali philoſophia non inueſtigantur per demonſtrationem propter quid, ſed per demõſtrationem ſigni, ſicut eſt prima materia, & primus motor.

Contra Iaco. de Forliuio.

H

Cauſa erroris.

Sed quod decepit ipſos fuit, quia non diſtinxerunt inter ordinem doctrinæ, & uiam doctrinæ, unde falſus eſt ſermo eorum. Nam doctrinæ ordo non eſt niſi habitudo, & eſſentialis dependentia in ſcibilibus ſcientiæ, ſecũdum prius & poſterius, ut conſiderationi ſubiiciuntur, & talis eſt, ut a remotioribus, & uniuerſalioribus procedamus, quod in pleriſque locis obſeruat Ariſto. unde in libro phyſicorum prius proponuntur conſiderandæ, & inueſtigandæ cauſæ & principia uniuerſalium rerum ſenſibilium, & communia accidentia omnibus, ſicut tempus, motus, & locus, deinde in ſequentibus libris deſcendit naturalis, ſecundum ordinem ad cauſas magis particulares.

Coarctatio propoſitionis.

Propoſita autē propoſitio ueritatem habet in uniuerſalibus per uniuocationem dictis. fallit autem in communibus communitate analogiæ, quia in talibus ordo doctrinæ incipit a priori analogato ſub illo, in quo ſimpliciter & abſolute ſaluatur natura eius: in alio autem ſecundum quid, & ſecundum reſpectum. Quo argumento eſt proceſſus Ariſto. in ſcientia diuina ubi poſita diuiſione entis in ſubſtantiam, & accidens incipit in ſeptimo metaphy. pertractare prius de ſubſtantia in qua ſimpliciter, & abſolute, & primo ſaluatur natura entis, & deinde de accidente in quo ſaluatur ſecundum quid, & ſecundum reſpectum.

I

Et ita prius occurit in ordine doctrinæ cognitio ſubſtantiæ, quam cognitio entis, aut accidentis. unde Ariſt. in. 4. meta. tex. com. 2. ubi dixerat ꝙ ens dicitur de entibus, ſicut ſanum de ſanis, inquit Palam ergo quia & entia unius eſt ſciētiæ ſpeculari inquãtum entia, ubique uero proprie primi eſt ſciētia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. ergo ſi hoc eſt ſubſtantia, ſubſtantiarum oportet principia, & cauſas habere Philoſophum. Et. 7. primæ philoſophiæ ubi dixerat, ꝙ ſubſtantia eſt ſimpliciter primum ens ratione, cognitione, tēpore, & natura, reſpectu accidentium, concludit in tex. com. 5. Quapropter nobis maxime, & primum, & ſolum, ut eſt dicere de ſic ente ſpeculandum. Et in principio. 12. metaphy. hoc idem aſſeuerat ubi habet, ꝙ de ſubſtantia theoria eſt, quia ſubſtantiarum principia, & cauſæ quęrũtur. & probat ibi per rationes, quare de ſubſtantia dicitur eē cõſideratio, ut poteris uidere inter. 2. & 3. Etiã animaduerte, & conſidera diligenter ꝙ non inuenies in ſcientia diuina, quæ eſt de ſubſtantia, & ente Ariſto. prius determinaſſe de ente, & demonſtrando proprietates de ipſo in propria forma, & deinde de ſubſtantia, ita ꝙ ex entis cognitione deducat nos ad cognitionem ſubſtantiæ, ſed potius econtra, quia natura entis ſaluatur in ſubſtantia principaliter, & ex eius cognitione deducitur intellectus ad cognitionem entis, & accidentium, licet ſecundum rationem paſſiones ille competant ſubſtantiæ ratione entis, & iſta eſt opinio ponentium entis analogiam.

K

Alber. ma.

Et Albertus magnus longe ante nos iſtam limitationem poſuit dicens. ꝙ in multipliciter dictis incipiēdum eſt ab eo quod principalius eſt, quia cognito eo de quo per prius dicitur natura illius comunis redditur manifeſta.

ADDItio Vide ēt cõtra Alber. Auer. pri. de aĩa cõ. 7. et pri. cœli Ariſt. de aĩe diffinitionibus.

✻ Licet Auer. in ſecundo phy. com. 3. oppoſitum teneat. inquit enim ꝙ definitio naturæ non dicitur uniuoce, nec æquiuoce, ſed ſecundum prius & poſterius, & in talibus incipiendum eſt a comunibus, & ueniendum ad propria, ſicut fecit in definitione motus & loci. & ad inſtantiam Alberti, de ente ſecundum iſtã uiam, dico ꝙ propter eius claritatem deſpicitur a ſcientia, & hoc poteſt eſſe, ut patet primo poſte.

Opĩo propria.

Mihi tamen uidetur ꝙ iſta propoſitio famoſa, ſicut multæ aliæ iſtius generis ueritatem habet ut in pluribus. Nam quandoque inuenimus oppoſitum obſeruaſſe Ariſto. nam primo cœli prius determinat ꝙ cœlum non eſt generabile neque corruptibile: deinde autem generaliter inquirit, utrum omne ingenerabile ſit incorruptibile, ut manifeſte fatetur Ariſto. ibi in tex. com. 109. ubi habet, ad quos naturaliter quidem de cœlo dictum eſt, uniuerſaliter autem de omnibus ſpeculabilibus erit, & de hoc manifeſtum. ubi manifeſte fatetur ſæpius diſputaſſe in particulari contra Platonem argumento cœli in particulari, quod non eſt generabile, neque corruptibile, & deinde uniuerſali. ubi ꝓbatur omne æternum a parte ante, eſſe æternum, a parte poſt, & econuerſo

L

ADDItio

✻ Et in. 3 phyſi. tex. com. 45. uſque ad tex. 48. prius diſputat in ſpeciali, contra ponentes aliquod corpus ſenſibile infinitum extra mundum, & contra ponentes unum ex elementis eſſe infinitum. deinde uero per rationes comunes utrique opinioni arguit generaliter, ꝙ uniuerſaliter nullum corpus ſenſibile poteſt eſſe infinitum, ſicut etiam teſtatur Ariſto. & Commen. expreſſe in principio com. 43. ibidem.

Cuaſa diffi cul.

Et ut ſcias quid eſt quod facit difficultatem in hoc eſt, quia ordo doctrinæ in ſcientijs præſertim, quæ non ꝓcedunt ex notioribus naturæ, & nobis, quales ſunt mathematicæ, quandoque attenditur ſecundum naturas ſcibiliũ, & quandoque attenditur penes habiliorem tradendi modum, ut talis ſcientia a nobis haberi poteſt.

Ordo doctrinę dupliciter.

Et ideo ordo ſcientiæ ex natura ſcibilium debet a prioribus, & cõmunioribus, & uniuerſalioribus proficiſci, ſed non ſemper ſic procedit, quando artifex tradens illam reſpicit modum quo faciliori, & expeditiori poteſt tradi per doctrinam nobis. & hoc ego colligo de intentione Philoſophi, & Commen. Auer. in. 5. meta. tex. com. 1. ubi inquit principium doctrinæ non eſt ſemper principium rei, ſed unde quis facillime addiſcens erit aliquando, ubi Commen. in com. 5. habet iſta uerba, principium doctrinæ in ſcientiis, eſt aliud ab eo quod eſt in rei ueritate principium, ſicut fecit Ariſt. in multis libris.

M

Conciliatio omniũ opinionũ.

Et ex hoc patet quomodo tot, & tantæ altercationes inchoatæ poſt Ariſt. in principio libri meteororum. Et motæ per Auicen. in. 6. naturalium, & per Auer. in lib. meteororum, Et per latinos noſtros in lib. de anima, conciliari poſſunt in ſe, licet non ad id quod de facto obſeruauit Ariſt. Auicē. enim et Auer. & Mag. Alber. & Diuus Thomas ex latinis in hoc ſunt concordes, & multi alij, quod in ordine doctrinæ ſcientia de uegetabilibus, & plantis debet præordinari lib. de animalibus. Nam procedunt ſuper propoſito fundamento ꝙ uniuerſaliora ſecundum ordinem doctrinæ præcedunt minus uniuerſalia: anima autem uegetatiua cõmunior eſt anima ſenſitiua, & natura prior in mortalibus. Et cũ hoc met fundamēto proceſſit Ariſt. in. 1. de anima, in tex. com 34. ubi inqt, quare primo de alimento, & generatione dicendum eſt. uegetatiua enim anima & aliis ineſt prima, & maxime communis potentia eſt animę, ſecundum quam ineſt uiuere omnibus ſuper quibus uerbis notat Commen. hæc uerba. Et innuit ꝙ



A

ADDItio. Animaduer[illegible] diffe[illegible] inter uniuerſa[illegible] eſt to[illegible] [illegible] integrale [illegible] ex toto uniuerſ[illegible] [illegible] de toto integrali [illegible] eſt, [illegible] cognitio partium ſecundum ordinē doctri-

B

ne precedere debet cognitionē totius: ita notabiliter. d. Boe. in ſecũda editione ſupra primo ꝑiber. ſuper. i. ca. Eſt autē ſimplex enuntiatio &c.

propter prioritatem, & eius uniuerſalitatem oportet præponi in conſideratione. uniuerſale enim eſt notius apud nos, quam proprium, ut dictum eſt alibi. Et tamen Ariſt. de facto in prin. lib. meteororũ hunc ordinem penes huiuſmodi fundamentum conſiderando prætermittit. Nam ut inquit Alexan. Aphrodiſeus in commēto illius libri Ariſto. in illo loco eſt tanquam arbiter, & tanquam in medio mari philoſophiæ conſtitutus. Nam cum in pręcedentibus libris de quorum ordine nullus unquam adhuc dubitauit. ſ. in libro de principijs, & de motu. uidelicet in libris octo phyſi. & de cœlo & mundo, & de generatione, & corruptione pertractauerit ſufficienter. nunc meteorologica ſecundum ordinem ſcibilium aggreditur, & hic decernit quo uelit dirigere intentionem ſuam, ut ad terminum nauigationis attingat. Manifeſtant autem uerba eius quod ipſe præordinat librum de animalibus libro de plantis. Inquit enim, pertranſeuntes autem de his ſpeculabimur, ſi quid poſſumus ſecũdum inductum modum aſſignare de animalibus, & plãtis, & uniuerſaliter, & ſigillatim ✻ Ad rationem autem Alberti uolentis ſcientiam de anima præcedere ſcientiam animatorum, quia unumquodque cognoſcitur per ſuam formam, reſpondetur, uerum eſt a priori, ſed ordo doctrinæ non ſemper eſt a priori ſecundum naturam, ſed quandoque quo ad nos, & compoſita quo ad nos ſunt notiora ſuis cauſis primo phyſi. tex. com. 3. unde etiam in ſecundo phyſic. tex. com. 80. ubi naturam agere propter formam probat, primo incepit ab animalibus, in quibus ut dicit eſt maxime manifeſtum, & demum a plantis in quibus magis latet, ut etiam fatetur Commen. ibi. & hoc etiam fatetur Philoſophis expreſſe ibidem, & Them. in tex. com. 83. Et in principio libri de ſenſu, & ſenſato. inquit. quoniam autem de anima ſecundum ſeipſam determinatum ē prius, et de uirtute qualibet ex parte ipſius, cõſequens eſt facere conſiderationem de animalibus, & uitam habētibus omnibus. Et in fine libri de cauſis longitudinis, & breuitatis uitæ expreſſe inqt. Sed de his in his q̃ de plantis determinabitur. nunc autem de alijs animalibus dicta eſt cauſa de magnitudine uitæ, & breuitate uitæ. reliquum autem nobis conſiderare de iuuentute, & ſenectute, & uita, & morte, his enim determinatis finem utique habebit de animalibus methodus. Vbi de facto Ariſtote. uult librum de animalibus præcedere librum de plantis.

ADDIT. Vide ꝓ his quę dixi de lib. de animalibus in ſecundo de ꝑtibus animalium capit. 10.

C

Nam hic ordo doctrinæ attenditur penes aliam cauſam. uidelicet penes illud, unde quis facillime poteſt addiſcere. Facilior autem traditu eſt ſcientia de animalibus, quam ſcientia de uegetabilibus, & plantis, tã quo ad organa, q̃ etiam quo ad operationes, & proprietates, unde Commē. in. 2. de anima inquit. & Ariſto. in tex. comen. 6. Organa autem & plantarum ſunt partes, ſed penitus ſimplices, ut folium fructiferi cooperimentum, ubi Commen. Et cum narrauit ꝙ omne corpus uiuum eſt organicum. & hoc fuit manifeſtum in animalibus, ſed latuit in plantis: incepit demonſtrare quod organa exiſtant in plantis. operationes ēt & proprietates animalium ſunt magis manifeſtæ, & ſenſatæ, q̃ operationes, & proprietates plantarum, & plures ſunt, q̃ in plantis, quia ſortita ſunt nobiliorem formam. et ut inquit Commen. in. 2. cœli, & mundi. in comen. 63. In rebus mortalibus quanto aliquid nobilius eſt, tanto pluribus actionibus conſequitur finem ſuum, & ſuam perfectionem, ſecus autem eſt in rebus ſeparatis a materia. Et ſic etiam fecit in. 2. de anima. ubi de ſenſibus prius incipit a uiſu, qui eſt poſterior tactu ſecũdum naturam. Nam tactus eſt primus inter omnes, & cõmunis omnibus animalibus, ſed uiſus non eſt niſi in perfectis tantum.

ADDItio.

✻ In primo cœli locuturus de partibus mundi incepit a nobiliori, unde Commen. primo cœli com. 5. idem in tractatu de infinito ibidem com. 35. Vnde etiam Ioan. Gran. in ſecundo poſter. in principio quærit, quare prius determinauit Philoſophus de quæſtionibus compoſitis, q̃ ſimplicibus. Reſpondet ꝙ hoc ideo eſt, quia uoluit reſpicere ad noſtram cognitionem, nam quo ad nos cõpoſita ſunt notiora ſimplicioribus, & in ſecundo de anima Ariſto.

D

Vtrũ uniuerſalia ſint priora natura ſingularibus.

Eſt tamen hic difficultas utrum uniuerſalia ſint priora natura ſingularibus, & uidetur ꝙ non, quia primæ ſubſtantiæ ſunt priores ſecundis ꝙ ſunt uniuerſales Ex aduerſo autem uidetur oppoſitum, quia deſtructis ſecundis primæ deſtruũtur & non econtra. Boethius in prædicamētis ita ſoluit, primo quidē quia in una prima ſubſtantia nõ tota natura ſimpliciter continetur, ſed in omnibus ſimul iunctis. ſed hoc non ſatisfacit, quia ut dicit Porphyrius in cõmunitatibus, genus eſt natura prius ſpeciebus, nam & ſi omnes ſpecies animalis deſtruantur, tamen ratio animalis poteſt remanere, ita a pari dicam ꝙ & ſi omnes primæ ſubſtantiæ auferantur, tamen ratio ſpeciei poteſt intelligi. ſecunda ſolutio eius eſt ꝙ primæ ſubſtantiæ ſunt ſenſibus proximę, ideo ſibi prius nomen ſubſtantię fuit impoſitum, ſed hoc non ſoluit utrum dicantur priores natura, an poſteriores.

Solo ꝓpria

Ideo aliter ſoluo & eſt ſolutio quæ elicitur authoritate Alexandri ut recitat Cõmen. 12. meta. com. 27. ꝙ uniuerſalia quo ad intellectum ſunt priora natura ſingularibus, ſed in eſſe ſingularia ſunt priora, & iſto modo Ariſtote. loquitur in p̃dicamētis. dũ dixit, ablatis primis ſubſtãtijs impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere. & illo modo animal uniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius eſt. primo de anima. 8.

E

Non igitur ordo ſcientiæ ſemper a cõmunioribus ad particularia proficiſcitur, immo uariat iſte ordo, quandoque reſpiciendo etiam capacitatem addiſcentis, ſecundum quem facillime poteſt addiſcere. Auicē. autem in. 6. naturalium noluit reſpicere hoc, ſed ordinem naturæ ſcibilium, & ita prius incepit a tactu, & ultimo deuenit ad uiſum, nam tactus eſt prior uia generationis, & uia uniuerſalitatis, licet uiſus ſit prior uia perfectionis.

Cauſa erroris multorũ in ſciētijs.

Et mirum eſt de uiris iſtis illuſtribus, quomodo tantam uim in illa quæſtione faciant, fundantes ſuas poſitiones ſuper propoſitiones, quæ uniuerſaliter uerificari nõ poſſunt, ut quod cõmuniora debent eſſe priora, & ſimpliciora compoſitis, & forma materia. & per uitã meam multoties uiri magni decepti ſunt ex hoc quia credunt famoſas propoſitiones in philoſophia, & in ſcientia diuina ſemper ueras eſſe, cum tamen plures ſint ueræ ſicut frequenter. Nam ſicut ea quę a natura ſunt, quędam ſunt ſemper, & quædam ſunt frequenter: ſic propoſitiones naturales, quædam ſunt ueræ ſemper, & quędam ſunt frequenter. nam ſicut res ſe habet ad eſſe ſic, & ad ueritatem, ex eo enim quod res eſt, uel non eſt redditur oratio uera, aut falſa. & ſi bene conſideras longe plures ſunt propoſitiones in ſcientijs de rebus in materia uariabili exiſtentibus quæ ſunt tales ut plurimũ, q̃ illæ quæ ſunt ſemper tales.

F

In prædicamētis in fi. cap. de ſubſtantia.

Cuius argumentum potiſſimum eſt ꝙ demonſtrationes ſimpliciter dantes cauſam, et eſſe in talibus ſunt rariſſimę, & ita eſt de propoſitionibus medicinæ, & in cõſimilibus ſine dubio, & multi ex hoc ſunt decepti.

Cõciliatio omniũ iſtorum.

Dicamus igitur ad eorum concordiam, ꝙ ſi ordo doctrinæ attenditur penes ſcibilia, liber de plantis debet præcedere librum de animalibus, ut reſpexit Auic. quem omnes fere latini ſequuntur, & Auer. in libro meteoro. Si uero conſideretur quo ad faciliorem modum traditionis, oppoſitum contingit, & hoc obſeruauit. Ariſt. ad hoc, & omnes græci expoſitores. Concludamus igitur ꝙ ordo doctrinæ nõ ſemꝑ a cõioribus ꝓficiſcitur. & hoc cõſiderans Aui. dixit ĩ principio lib. ſexti naturaliũ, placet aũt mihi ponere ipſu̾ ſextũ ĩ ordine. Et q uoluerit aliter ponere nõ ꝓhibeo ipſu̾.

Propõ. 15.

*Materia non eſt quid, nec quale, nec aliud aliorum, quibus ens eſt determinatum.*

PROPOSITIO Iſta eſt Philoſophi in ſeptimo primæ philoſophiæ, in tex. com. 8. & uolunt aliqui illam non eſſe de mente Ariſto. ſed de mente antiquorũ, quorum opinionem recitat ibi uolentium ſolam materiam eſ-

G

Scot. in. 7. ſup meta. q. 5. & Ant. And. q. 7.

ſe ſubſtantiam, & hoc uidentur prima facie perſuadere, ex epilogo Philoſophi in illo tex. inquit enim. Ex his ergo ſpeculantibus accidit ſubſtantiam eſſe materiam, ſed impoſſibile, etenim ſeparabile, & hoc aliquid ineſſe uidetur maxime ſubſtantiæ, quapropter ſpecies, & quod ex ambobus ſubſtantia uidetur eſſe magis, quam materia. Sed iſta poſitio ſtare non poteſt. Tamen quia antiqui contra quos arguit Philoſophus, non loquebantur de prima materia, quæ uere eſt in potentia ad omnia prædicamenta, quia illa non fuit cognita uſque ad tempora Platonis, & Ariſto. ut dicit Cōmen. in primo phyſi. immo ſolus Ariſto. potuit uere pertingere ad ueram materiæ primæ notitiam, quia Plato non diſtinxit inter materiam & priuationem, ut patet primo phyſi. tex. com. 79. immo ut recitat Ariſt. in principio. 2. libri de generatione, & corruptione. tex. com. 2. & patet etiam per longum proceſſum in erroribus primi phyſi. quod antiqui loquebantur de principio materiali, quæ erat ſubſtantia quædam in actu, & erat corpus, licet in illa fuerint diuerſificati, quia nonnulli dixerunt illud eſſe aquam, nonnulli aerem, & ſic de alijs. Amplius tex. dicit. Dico autem materiam quæ ſecundum ſe nullatenus ē, neque quid, neque quantitas. Conſuetudo autem Ariſto. eſt ubi habet conſimilem modum loquendi quod loquitur ex mente propria, ſicut notant in ſimili expoſitores græci in libro priorum. ubi Ariſt. inquit. terminum autem uoco in quem reſoluitur propoſitio, & ſuper lib. de interpretatione de nomine, & de uerbo infinito idē notāt. Amplius Commen. in com. dicit illam deſcriptionem eſſe de mente Philoſophi. nam epilogando ſecundum expoſitionem ſuam Auer. illas rationes antiquorum una cum concluſione, quæ ſequebatur ex illis. Dicit deinde incepit declarare qualis materia eſt iſta, & dicit. Et dico materiam, ideſt intelligo materiam illud quod eſt exiſtēs ꝑ ſe. i. ē ens abſolutum, iſte enim eſt modus loquendi Auer. in primo cap. de ſubſtantia orbis. dum loquitur de prima materia ponendo differentiam inter ipſam, & ſuam potentiam. inquit enim. ſed poſſe quo ſuſtētatur hoc ſubiectum, differt etiam a natura ſubiecti quod ſubſtantiatur per hoc poſſe in hoc, quod poſſe dicitur reſpectu formæ. Hoc autem ē ſubiectum elementum unum æternum exiſtentium per ſe, quorum ſubſtantia eſt in poſſe. Vult dicere ꝙ natura materiæ eſt una ſubſtantia æterna, & per conſequens eſt ens quoddam abſolutum in quo fundatur potentia quæ ē relatio. Et breuiter Cōmen. dicit. ꝙ materia nō eſt ſubſtātia nec accidens, ſed eſt in potentia ad omnia decem prædicamenta, ut declaratum eſt in phyſicis, ubi patet ipſum uelle illam declarationem eſſe de mente Ariſto. & ita ſequitur etiā Alber. cognomento magnus, & Diuuus Tho.

Impugnatio.

H

Cap. 1.

I

Amplius Ariſto. 10. meta. ex mente propria dixit materiam negatione cognoſci, ut patet tex. com. 24. Alij autem qui uolunt concordare illos qui uolunt eſſe diſcordes, dicunt ꝙ iſta propoſitio eſt de mēte Ariſto. & eſt ēt de mēte Platonis, & dicunt ꝙ ens ſumitur bifariam. Vno modo ut diſtinguitur contra nihil. Alio modo pro ente ꝙ diuiditur in decem prædicamenta. Et tunc dicunt Ariſto. dum dixit hic materiam non eſſe quid, neque quantum manifeſte negat ipſam eſſe ens iſto modo quo determinatur per decem prædicamenta, unde iſto modo dicitur nō ens, ſed ſumendo non ens, quod eſt idem quod nihil, ſic materia dicitur ens, & iſto modo dicūt Platonem etiam dixiſſe materiam eſſe non ens, ut diſtinguitur non ens contra ens, ꝙ diuiditur in decem prædicamenta, ſed non eſt non ens, ꝙ eſt idem quod nihil, immo iſto modo materia eſt ens.

Opi. moder.

Sed iſta poſitio nullo pacto ſtare poteſt, quia certum eſt ꝙ Ariſto. in. 6. metaphy. tex. com. 4. & in principio ſeptimi diuidit ens extra animam, in decem prædicamenta, propoſita autem multiplici ſeu quadruplici acceptione ſubſtantiæ, ſubſtantiam in quarta ſignificatione diuiſit in materiā & formā, & in ſubſtantiam compoſitam ex materia et forma. Manifeſtum eſt autem ꝙ ſubſtātia talis eſt ſub ente, quod diuiditur in decem prædicamenta. ut arguatur ſic, Materia eſt ſubſtantia, & ſubſtantia eſt ens. ergo materia eſt ens, per regulam maximam in logica, quando alterū de altero prædicatur, quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur & de ſubiecto, unde quærendū eſt ab iſtis, an ſubſtantia quæ eſt unum de condiuidentibus ens prædicatur de materia, aut non. Si prædicatur. ergo quicquid prædicatur de prædicato, ut ſupra deducatur. Si dicas non prædicatur talis ſubſtantia, ſed eſt alia ſubſtantia quæ eſt inferior ad ens, quod diſtinguitur contra nihil, & ita oportet ē dicere de accidente quod erit unum accidens quod condiuidit ens cum tali ſubſtantia quod diuiditur contra nihil, & ita erunt duæ diuiſiones entis in ſubſtantiā, & accidens. Et ita Ariſt. fuiſſet diminutus in prima philoſophia. Amplius hoc eſt contra Ariſto. in principio. 2. de anima qui diuidit ens in decem prædicamenta. & ſubſtantiam deinde diuidit in materiam, formam, et in ſubſtantiam compoſitā ex materia et forma. & Cōmē. ibi. et lucidiſſimus Them. fatētur hoc, & probant ꝙ tam forma, quam materia ſunt ſubſtantiæ, quia ſubſtantia nō fit ex non ſubſtantijs. Amplius Ariſto. 7. meta. tex. com. 8. uolens probare diuerſitatem materiæ ab alijs oſtendit id per hoc, quod omnia alia prædicamenta accidētium dicuntur de ſubſtantia. Subſtātia autem dicitur de materia. igitur ſubſtantia quæ eſt unū de condiuidētibus ens prædicatur de materia. ergo & ens tale prædicatur. Præterea. Quærendum eſt ab iſtis, cū omne ens, aut ſit reale, aut ſit rationis, aut in anima, aut extra animam, iſtud ens quod diſtinguitur contra nihil, quid eſt, aut eſt extra animam, aut in anima, uel ſub alijs uerbis ens reale, uel ens cauſatum ab opere animę. Si dicas quod eſt ens reale, tunc ſic ens extra animam diuiditur per ſubſtantiam & accidens. ergo materia iſto modo erit ens extra animam, & continebitur ſub ente quod diuiditur in decem prædicamenta. Si autem dicas, ꝙ tale ens non eſt aliquid reale, ſed rationis. ergo materia eſt ens rationis. Et ꝑ conſequens ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis, & pars ſubſtantiæ compoſitæ realis eſt aliquid ens rationis.

Impugnatio

K

In præſentis cap. 3

L

Præterea. Ariſto. reprehendit Platonem in primo phyſicæ auſcultationis. in tex. com. 79. quia non diſtinxit Plato inter materiam, & priuationem. Et ipſe oſtendit talem differentiam ſecundum rationem, quia priuatio, ut inquit per ſe non eſt ens, ſed materiam non eſſe ſecundum accidens. & materia eſt prope ſubſtantiam aliqualiter priuatio autem nullatenus. Tunc priuatio eſt per ſe nō ens, materia non eſt per ſe nō ens. ergo priuatio diſtinguitur a materia ratione. Tunc arguo ſic, quando non ens per ſe dicitur de priuatione in quo ſenſu ſumitur, aut pro eo quod ē nihil, aut pro eo quod diuiditur contra decem prædicamēta. ſi primum, tunc uera eſt maior, ſed minor erit hoc modo falſa, quia materia non eſt per accidens non ens, quod diſtinguitur contra nihil. quia eſt ens per ſe quod diuiditur contra nihil, modo in prædicatis quæ per ſe dicuntur, uel in primo modo, uel in ſecundo modo dicendi per ſe de aliquo, quia quæ per ſe inſunt, neceſſario inſunt oppoſita illorum prædicatorum non poſſunt. ineſſe nec per ſe, nec ꝑ accidens, ſicut ſi rationale per ſe dicitur de homine, irrationale nullo pacto, nec ꝑ ſe, ne per accidens dici poteſt de illo. Si autem dicas priuationem eſſe per ſe non ens quod diſtinguitur contra ens, quod diuiditur in decem prædicamenta, hoc eſt falſum, quia priuatio eſt non ens per ſe, ut eſt idem quod nihil, ſed aliud eſt hoc non ens, & illud ſecūdum uos, quare. Præterea. Dato ꝙ maior illo modo uera ſit, tunc minor ſecundum uos eſt falſa quia ſumēdo nō ens quod opponitur enti, quod diuiditur in decem prædicamenta, materia per ſe eſt non ens illo modo, & non pe accidens. ſi autem ſumatur non ens alio modo in maiori, & alio modo in minori. tunc argumētum Philioſophi erit in quatuor terminis. Amplius idem eſt ens extra animā

M

quod



A

quod diuiditur per ſubſtantiam & accidens, & quod diuiditur per potentiam & actum. Et quod diuiditur per unū, & multa, ut dicit Commen. in prologo paruo ſuper. 7. primæ philoſophiæ. ſed Ariſto. 12. meta. uolens inueſtigare cuiuſmodi eſſe, ſit eſſe materiæ, ideo præpoſuit diuiſionem entis qua diuiditur per potentiam, & actum in omnibus prædicamentis, & iſta etiam eſt opinio Alexan. ibidem. unde Ariſto. ibi in tex. com. 8. propoſita diuiſione entis quam poſuerat in nono de potentia, & actu, oſtendit ibi quomodo materia comprehenditur ſub altero membro illius diuiſionis. uidelicet quod eſt ens in potentia. Sed tale ens ut diximus diuiſum per potentiam & actum, eſt ens quod diuiditur per decem prædicamenta, nam ut inquit Cōmen. primo de anima. com. 6. actus & potentia ſunt differentiæ entis ualde oppoſitæ, & circuunt omne prædicamentum. Et confirmatur. quia Ariſto. 12. meta. inquirit per longum proceſſum an principia decem prædicamentorū ſint eadem, uel diuerſa. Et tandem concludit ꝙ ſunt eadē proportione, quia actus & potentia ſunt in unoquoque prædicamento proportionabiliter, & oſtendit ꝙ principia proxima decem prædicamentorum ſunt diuerſa, principia autem remota ſunt eadem, ut patet ibi in tex. com. 22. Talia autem ſunt principia prædicamenti ſubſtantiæ, ſcilicet potentia actus, ſed potentia in prædicamento ſubſtantiæ reducitur ad materiam, & actus ad formam, ut dicit Commen. expreſſe in. 12. meta. in com. 26. igitur ſub ente quod diuiditur in decem prædicamenta comprehenditur ipſa materia ſecundum ſententiam Ariſto. unde non eſt credendum, de tanto philoſopho ꝙ in ſcientijs ſpeculatiuis, quarum finis eſt ueritas aliud dixerit, & aliud ſenſerit, quomodo enim primo phy. tex. com. 79. inquit de Platone. Tangentes igitur & alij quidam fuerunt ipſam, ſed non ſufficienter. in quo. n. uel ad quid reprehēdit Platonē ſi illamet fuit eius opinio? Cōfirmatur quia Plotinus in tract. quem facit de materia cap. 13. expreſſe teſtatur Ariſto. a Platone in hoc diſſentire, & nititur ſoluere argumenta Ariſto. contra Platonē oſtendēdo materiam nullo modo diſtingui a priuatione, qui tamen præcipuus fuit inter ſectatores Platonis. Sed quid cauſæ fuit ꝙ aliqui decepti ſunt. eſt quia cum Ariſt. fuerit diſcipulus Platonis, quē. 24. annos audierat non poſſunt ſuſpicari illū potuiſſe ſecūdum rem contradicere magiſtro. Et mirabile eſt de multis illuſtribus doctoribus, qui uolunt concordare illos, qui uolunt eſſe diſcordes, & Boethius quandoq; promiſit ſe facturum hoc. Sed uideant iſti Ariſto. cœli. tex com. 101. ubi diſputaturus contra Platonem an mundus ſit generatus, præmittit ꝙ diſputatio debet eſſe remota ab amore, et odio, & Commen. in com. reddit cauſam. quia maxima cauſa diuerſitatis eſt amor, & odiū, et tertio cœli. tex. com. 61. reddens cauſam ob quam in pluribus errauerit Plato in naturalibus. inquit hoc fuiſſe propter amorē magiſtri, & geometriæ, unde plerunq; ipſum appellat iuniorem Socratē. Et primo ethi. cap. 7. inquit de quæſtione illa de ideis, quod illa quæſtio perardua eſt, ob amicos qui ideas introduxerunt. Sed pro defenſione ueritatis, etiam propria impugnare oportere, præſertim Philoſophos magis forſan exiſtimandum eſt. Nam cum ambo ſint amici, pium eſt ueritatem in honore præferre. & hoc multum accidit Conciliatori, & medicis, uolentibus Ariſto. cum Gal. concordare, cum tamen Gal. de compo ſito contra Ariſto. in illis quæſtionibus uelit eſſe diſcors. Et non eſt mirum, ſi hac noſtra tempeſtate ſit multitudo errorum in omni ſcientia, quia expoſitores faciunt quandam confuſionem ex diuerſis ſcientiis, ex quibus non poteſt prouenire unus actus. ſic damnauit. Auer. Auic. quia ſermo eius ſemper inuenitur medius inter Peripateticos, & loquentes. deus ſit dator auxilij in tanta confuſione. Reuertamur igitur ad propoſitum Theorema, & dicamus materiam ſecundū ſe nō eſſe quid. i. quiditatem in actu, nec quantitatem, nec

B

Cauſa erroris.

Boe. in. 2. editione. in lib. de interpretatione.

C

Solutio.

Cauſa erroris Conciliatoris.

Opio propria.

aliquod ex alijs accidentibus, per quę diuiditur ipſum ens. bone deus, quomodo hallucināur ingenia ī re notiſſima? ubi enim locum manifeſtum habemus, in ipſomet Ariſto. in quo ſeipſum declarat, manifeſtum eſt enim de mente eis in primo phyſicæ auſcultationis, ſoluens rationes antiquorum, negantium generationem propter rationem illam, quæ famoſa erat apud eos, quod ſi generatio eſſet, aut eſſet ex ente, aut ex non ente: non ex ente, quia ens non generatur, neque ex non ente, quia ex non ente nihil ſit, poſita prima ſolutione. deinde ponit ſecundam in tex. com. 78. inquiens. unus quidem igitur modus hic eſt, alius autem, quod contingit eadem dicere ſecundum potentiam & actum, hoc autem determinatum eſt in alijs, cum diligentia magis, ubi patet quod uult materiam non eſſe ens in actu, quæ eſt ſubiectum generationis, nec eſſe nō ens per ſe, & ſimpliciter, ſed eſt ens medium inter actum & purum, nihil uidelicet. eſt ens in potentia, & ideo quādo Ariſto. dicit materiam non eſſe quid, non intelligitur quod nullo modo ſit ſubſtantia, inquam diuiſum eſt ens, una cum accidente, ſed intellexit quod non eſt ſubſtantia in actu; hoc autem non eſt inferre ipſam non ens eſſe, et negare entis rationem, quod in decem ꝑdicamētis determinatum eſt, ſicut iſti inferebant. Sed obijcies. nam Cōmen. in primo metaphy. in com. 17. inquit. quod materia non habet aliquam diſpoſitionem, neque ſubſtantialem, neq; accidentalem, & per conſequens uidetur ꝙ non ſit, neque ſubſtantia, neque accidens. Niſi eſſet, ꝙ pro tanto dixit illud, quia nullam habet formam in actu de ſe ſibi propriā neque etiam priuationem, ut dicit expreſſe Philoſophus in meta., in tex com. 8. qa ut inqt Cōmē. ſi haberet aliquā ſibi ꝑpriā, nō eſſet igitur in potētia ad omnē formā. Vnde Pſellus inquit, materia eſt res quædam, ac ſi aliquis dicat immaterialis, quæ non poteſt ſenſu, ſed tantum conſideratione & intelligentia percipi deſpicatiſſima rerum, quoniam in formis eſt, atque in ordinata eſſentia, non exiſtens ſubſtantia, non ſubſiſtens, & ſi daretur a corporibus poſſe ſe iungi ſeparari que id quod eſt quantum, aut quale, aut reſpectus, aut habitus, aut regreſſiones, motuſue, aut alterationes, atque permutationes, omne aliud quodcunque remaneret, plane poſſet dici materia. Item ut dicit cit in libro de ſubſtantia orbis. nullam aliam poſſet recipere, niſi illa corrupta, quia non poteſt ſubiectum habere, niſi unam formam, & ita ſi eſſet aliqua forma ſubſtantialis coæterna materiæ, omnis tranſmutatio eſſet in accidentibus, ſicut deducit Commen. primo phy. in com. 63. & 69. Et in libro de ſubſtantia orbis. Sed adhuc remanet alia difficultas, quia ſi materia dicitur ens in potentia, ita ꝙ nullum habeat actum, tūc igitur materia nihil eſſet. Et confirmatur. nam Auer. tertio cœli et mundi. in com. 29. inquit. quod ens in potentia, fundatur in ente in actu. ergo materia prius eſt aliqua actualitas in ſe, et deinde fundatur potentia in actualitate eius. Et confirmatur etiam per lucidiſſimum Themiſtium, in primo phyſicæ auſcultationis, ubi expreſſe teſtatur, ꝙ materia in ſua prima notione conſiderata eſt quoddam ens actu. Confirmatur. quia certum eſt, ꝙ ſi materia dicitur eſſe in potentia ad omnia, non intelligitur quod ſit in potentia ad ſeipſam. nihil enim poteſt reſpectu ſuimet eſſe in potentia, unde prius materia ſecundum naturam eſt actu materia, deinde eſt potentia ad alia. Et confirmatur. quia certum eſt, ꝙ materia cum ſit ingenerabilis, & incoruptibilis, præcedit uia generationis omnem formam quomodo igitur intelligūt Peripatetici dum dicunt materiā nō eſſe quid, nec quantum, aut quale. ſed eſſe ens in potētia? Et præterea ens in potentia, non eſt ens niſi ſecundum qd, ut dicitur in. 5. meta. tex. com. 7. qa ſunt entia in anima, aut cogitatiua, aut appetitiua: ſed ens in anima eſt ens diminutum. 6. metaphy. tex. com. ulti. & ideo ſi materia eſt ens in potentia. ergo nō eſt ens, aliter arguēdo eſſet fallacia a ſecūdū quid,

D

Materiam non eſſe qd quomodo intelligitur.

Obiectio.

E

Solutio.

ADDItio

Difficultas

F

G

ad ſimpliciter,& ita iterum uidetur ſequi,ꝙ materia ſit nō ens. Forte propter iſta motiua,Henricus de Gandauo, & Scotus coacti ſunt ponere actum entitatiuum, diſtinctum ab actu formali:unde Scotus in.7.meta.q.5.& in.2.ſententiarum diſt.12.q.2.& ante ipſum Henri. de Gandauo in quolibetis,uidelicet quolibeto.4.q.16.in qua quęrit, utrum angelus ſit compoſitus ex materia & forma. in fine illius quæſtionis,expreſſe habet iſta uerba. Et quod aſſumitur quod diſtō,ſiue differentia,eſt per actum, uel per formam qualem non habet aliquam materiam,de ſe. Dicendum ꝙ licet materia non habeat de ſe actum formæ, habet tamen actum ſuæ eſſentiæ,& exiſtentiæ. inquantū eſt effectus dei, non exiſtens pure nihil. Sed aliquid in ſua eſſentia,& inexiſtentia ſua,differens a formæ exiſtentia,& ab eius eſſentia, licet incompoſito ſuper actum ſuæ exiſtētiæ nata ſit recipere actum formæ, inquantum forma eſt actus compoſiti, & materiæ incompoſito, hæc ille. Et Grego. de Arimi. idem ſequitur in ſecundo ſentētiarum, in præallegata diſtin. 12.q.2.artic.3.

Sco.i.7.meta.q.5.et in 2. ſen. diſt. 12.q.2. Opīo Hēri. quoli.quol.4.q.16.& Gre. de Arimin.

Propria opinio. Diſtō de duplici actu entitatiuo.

Dicimus nos, ne ſint contentiones de nominibus,ſi per actum entitatiuum ipſi intelligant gradum entitatis, ut idem ſit dicere aliquid eſſe in actu entitatiuo, quod eſt participare entitatem, ita ꝙ tale ſit quędam entitas,aut natura. Tunc ſine dubio nō eſt negandum materiam eſſe actū entitatiuū,quia eſt quædam entitas,& alia entitas,& alia natura, & alia ſubſtātia

H

quam forma aut ſubſtantia compoſita ex materia,& talis actus entitatiuus,ſpecialiter dicitur materia.nam materia, actu eſt materia,non enim materia dicitur eſſe in potentia ad omnia ſimpliciter, ita ꝙ intelligamus ipſam eſſe in potētia ad ſeipſam, nam tunc omnino nihil eſſet materia igitur,ex ſua intrinſeca ratione,eſt materia,ſicut forma eſt forma,& ideo materia non eſt forma.

ADDItio.

✠Hoc confirmatur auctoritate Commen.in.3.de anima.com.5.in ſolutione.q.3.ubi dicit ꝙ propoſitio dicens recipiens debet eſſe denudatum a natura recepti, non intelligitur ſic,ꝙ recipiens omnino nihil ſit actu,ſed reſpectu eorum quæ recipit.& ita materia prima, ex quo recipit omnes formas,ſequitur ꝙ nō habet de ſe aliquam primam,propter hoc tamen non tollitur, quin ipſa materia aliquid ſit actu, quia materia eſt actu materia,licet ſit potentia ad alia a ſe. Sed ſic materia actu materia,ente eſt in ſecūda ſui notione potentia ad alia,puta ad omnem formam, tam ſubſtantialē ꝗ accidentalem,ita pulchre declarat lucidiſſimus Them. in primo phyſicæ auſcultationis, in digreſſione de potentia,& priuatione materiæ,quia inquit.ꝙ materia in ſe conſiderata,eſt quædam ſubſtantia abſoluta,et eſt quoddam ens actu,non intelligas quod habet de ſe actum exiſtendi ſed eſt quędam entitas,& quædam entitas materiæ.nam materia eſt ſubſtantia quædam, quæ non eſt forma, nec habens formam,& ſic ut alias declaraui,iſta conſideratio pertinet ad primum Philoſophum.in tali autem ſubſtantia materiæ,inſurgit potentia ad omnem formam, & hoc ſibi contingit, dum conſideratur in ſecunda ſui notione, quando.uidelicet comparatur ad alia,& ſic intelligunt Peripatetici,dum dicūt materiam eſſe in potentia ad omnia, uidelicet.quia eſt in potentia ad alia a ſe,non quia materia ſit potentia materia,hoc enim intellectus non capit,ſi bene conſideras.

Themiſt.

I

Materiā eē in potentia ad oīa qūo intelligitur. Intellectus in quo Sco. ponit actū entitatiuū.

Alius intellectus eſſe poteſt, ꝙ per actū entitatiuum intelligamus actū exiſtendi, in quo ſenſu ipſi capiunt,quia ponunt actum entitatiuum opponi potentiæ obiectiuæ,& actum formalem opponi potentiæ ſubiectiuæ,nam iſtæ potentiæ ſeparantur. quia alicubi eſt potentia obiectiua,ubi non eſt potentia ſubiectiua,ſicut in creatione mundi ubi ante ſui creationem erat in potentia obiectiua,et nullum tamen erat ſubiectum,ex quo fieri poſſet. Sed quia erat in uirtute actiua creatoris, inquantum poterat eſſe terminus creationis, ſic erat in potentia obiectiua. Et etiam diſtinguuntur iſtæ potentiæ alia ratione,quia potentia ſubiectiua non multiplicatur ad multiplicationem formarum,ſicut obiectiua,& etiam potētia obiectiua nō eſt ſubiectum tranſmutationis,ſed terminus, ſed potentia ſubiectiua bene eſt ſubiectum tranſmutationis. & ita omne quod eſt extra cauſam,et intellectum,ſecundū iſtos eſt in actu entitatiuo,ita quod eſt idem quod actus exiſtētiæ,& ita ponunt triplicem actum entitatiuum in compoſito.uidelicet unum reſpectu materiæ, alium propriæ formæ,alium reſpectu tertiæ entitatis, & iſta eſt uia iſtorum ſine dubio.

K

Impugnatio ponentiū actum entitatiuū ut Sco. poſuit.

Dicamus nos,ꝙ huiuſmodi intellectus non fuit de mente Peripateticorum,ut alias declaraui. Nam ſecundum ipſos quicquid eſt poſſibile ex parte agentis, eſt poſſibile ex parte paſſi,unde ipſi.9.met.in tex com.2.diffiniunt potentiam paſſiuam per actiuam, & actiuam per paſſiuam,alterum enim ſequeretur aliquam potentiā fruſtrari in natura,quod ipſi multum abhorrent. unde Ariſt. in ſecundo cœli & mundi.in tex.com.50.inquit,ꝙ ſi natura tribuiſſet aſtris uirtutem reſpectu motus progreſſiui,utique tribuiſſet ſibi pedes & organa,quia deus,& natura,nihil fruſtra faciunt primo cœli & mundi.tex. com. 32. & ideo in quolibet ſubiecto tranſmutationis naturalis,eſt reſpectus & ad ſubiectum & ad ipſum agens, unde omnes formæ ſunt in potentia paſſiua materiæ, per reſpectū ad potentiam actiuam primi motoris.12.meta.com.18 et ſecundum ipſos actus exiſtēdi a forma eſt,quia forma eſt, per quā eſt hoc aliquid & in actu,& quod uere eſt, actus eſt,ex.2.de anima.tex.com.7.ſicitaꝗ materia prima de ſe non exiſtit,nec exiſtere poteſt ſine forma, & iſto modo nullum habet actum,unde Commen.5.phyſico.com.8. ubi Ariſto. ponit differentiam inter generationem,& motum,penes ſubiecta,quia quod generatur nō eſt,ſed quod mouetur eſt.inquit,quod in eſſe primæ materiæ non admiſcetur actus omnino.& ideo impoſſibile eſt ut moueatur. & hoc dicit diuinus Boe.in libro de unitate & uno,ꝙ omne eſſe in rebus creatis,eſt a forma, quod etiam Philoſophi deſcribentes dixerunt,quod eſſe eſt exiſtentia formæ in materia.

L

Euaſio.

Impugnatio.

Nec ualet reſponſio,& gloſſa iſtorum, ꝙ intelligitur ſolum de eſſe ſpecifico,immo loquitur uniuerſaliter de actu & eſſe exiſtendi,ſicut patet inſpicienti uerba eius.unde dicimus nos.ꝙ deus glorioſus cum ſit actus purus,cui nulla eſt permixta potentia,ideo eſt per eſſentiam, unde ut inquit.etiam Damaſcenus,uidetur quidem principalius omnium,quæ de deo dicuntur nominum, eſſe qui eſt,totum enim in ſe comprehendit eſſe, uelut quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum,& interminatum. ſic etiam per oppoſitam rationem in nuda eſſentia materiæ, nulla eſt actio,unde actum iſtum exiſtendi,recipit ex præſentia formæ in ea,& ſic intelligitur dictum Auer.in lib. de ſubſtantia orbis.ubi habet ꝙ natura materiæ ſubſtantiatur ꝑ poſſe,quia de ſe nullum habet exiſtere in effectu, ſed a forma.unde licet forma non ſit cauſa ꝙ materia ſit materia, eſt tamen cauſa, ꝙ materia ſit in effectu. Nā ut inquit Ariſto.in.2.de anima.tex.com.7.unū enim & eſſe cum multipliciter dicatur,quod proprie eſt,actus eſt, unde Themiſtius ibidem, & Commen.a forma eſt eſſe, & unum eſſe.

M

Amplius in uia Peripateticorum non oportet multiplicare entia ſine neceſſitate, ſi igitur poſſumus ſaluare materiam,et ſubſtantiam compoſitam,unomet eē exiſtētiæ exiſtere,quod acquirunt a forma cui per eſſentiam cōpetit exiſtere,materiæ autem, & compoſitæ ſubſtantiæ ꝑ participationē:ideo Philoſophus bene dixit, ꝙ illud quod uere eſt, actus eſt, unde forma rectius dicitur exiſtentia, ꝗ exiſtens,ſicut albedo dicitur albedo,non alba ꝑ formā. igitur eſt in actu materia,& per formam eſt in actu cōpoſitum,& ſic concluſit Ariſt.7.et.8.met.utrobiꝗ tex.com.7.ꝙ forma eſt magis ens,quam materia, & quam ſubſtātia compoſita,ex utriſꝗ,& ideo non oportet addere aliud proprium exiſtere materiæ ab illo quod habet a forma.

Et confirmatur.quia Commē.dicit in.2.de anima.com.7.ꝙ materia non differt a forma in compoſito, niſi potētia & compoſitum



A

& compoſitū non eſt in actu,niſi per formam,& tūc compoſitum nō dicitur unum,niſi quia ſua forma eſt una,& iō Cōmentator animaduertēs ad id quod modo dixi, quod actus exiſtendi quilibet a forma eſt,intulit in 2.phy.quod ſi materia exiſteret ſine oī forma,tunc quod nō eſt in actu eſſet in actu.manifeſte aūt patet,quod nūꝗ iſta cōſequentia poteſt deduci, niſi innitatur huic medio, uidelicet ꝗd oīs actus exiſtēdi a forma ꝓficiſcitur.

Cōtra ponentes actū entitatiuū ī uia Ariſto. & Cōm.

Vnde mirū eſt, quo modo aliqui in uia Peripateticorū, & p̄cipue in uia Auer. nituntur tenere actum exñtię,non ſemper eſſe a forma,ꝗa tribuunt primæ materiæ actum entitatiuū,in ſenſu quo illi Theologi attribuūt,cum hoc ſit ualde remotum,in doctrina eius,et ſui magiſtri,unde Ariſt.8.meta.tex.cō.15.nullā aliam aſſignat cām, quare ex mā & forma fiat per ſe unū, niſi quia materia eſt potētia,& forma ē actus,& ideo inqt. in 2.de aīa.ꝙ non oportet ꝗrere ſi unum eſt aīa et corpus, ſicut neꝗ cera & figura,neꝗ oīno uniuſcuiuſꝗ materia,et id cuius eſt materia,unum.n.& eſſe,cum multiplr̃ dicanē, quod uere eſt,actus eſt. Et ibidē in principio diuiſit ſubāꝫ, in materiam & formā,& in ſubam cōpoſitam,& deſcribē do materiā,inquit.quod materia eſt quę ſm ſe quidem,nō eſt hoc aliquid: ubi Cōmē.inqt. ꝗd materia nō eſt forma, nec aliquid per ſe in actu,ut dictū eſt in p̄ phyſico.& īmorari amplius in hoc, eſt ſuperfluū.

L

Expō auctoritatis Cōmen.

Ad auctoritatē igitur Cōmē.in 3.cœli & mundi.in cō.29.dico ꝙ noluit Cōmē. dicere.ꝙ ens in potentia,fundetur in ente in actu, per ens actu intelligens actū entitatiuū,eo mō quo ipſe exponit uidelicet in actu exñtiæ,qui ſit ipſius materiæ.

B

Sed fundatē in ente in actu exiſtētiæ,ipſius compoſiti, quia non pōt materia eſſe,niſi in compoſito ꝗd exiſtit per ſe, per formam, & iſta eſt mens eius.dicit.n.ens in potētia nō inuenitur niſi in ente in actu,& ſi ſepararet̃,eſſet ens. Differentia inter non eſſe,& eſſe in potentia,eſt quia non eſſe nō eſt in actu ens, neꝗ in aliquo in actu,non diſtinctū ab eo, & hoc intendimus, cum diximus in hoc loco de prima materia, quod non eſt in actu,& ens ē in ente in actu, nō diſtincto ab eo, & hæc eſt intentio mei ſermonis,ꝗd eſt in eo in potētia. Et hoc clare etiam colligit̃ ex mente Auer.in cō.31.ibidem. ubi oñdit,quomodo el'ntum æquiuoce dicit̃ de primis elementis.ſ.de prima materia,& forma, de ꝗbus egit Ariſto. in lib.phy.& de el'ntis ꝗ ſunt corpora, quia ut aſſerit,quādo cōpoſitum corrūpitur,nō exiſtūt in actu,forma.n.corrumpitur,& materia induit aliā formam, pro hoc uide clariſſime ipſum in.3.phy.tex.cō.65.ubi inuenies quomodo materia ſemper inuenit̃ in alio,& qūo differt in hoc ab accidentibus & formis & quod inuenitur ſemper in compoſito,quod eſt per formam,inuenitur ſemper cum aliquo:i. cum forma.

C

Et ad auctoritatē Themiſtij dico,ut ſupra dixi,ꝗd materia eſt quoddā ens actu, iſto modo, quia ſm ſe conſiderata,eſt quædam entitas, & quędam ſuba, & deinde cōpetit ſibi potentia,quia ſm primā eius notionē, prius natura dicitur eſſe ens,& ſuba,quam quod dicatur eſſe in potentia ad formam.ſed non eſt in actu exiſtētiæ, quia illū habet in cōpoſito,cuius eſt pars,& hoc rōne formę.

Sūma toti⁹ ꝓpōnis.

Sic igitur propoſitum Theorema de mēte Ariſto. intelligitur materiam non eſſe quid, nec accñs,quia non eſt quiditas, nec quiditatem habens in actu, nec ſubalem,nec accidentalem,ſed eſt entitas quædam in potentia,ad omnem formam.ſimiliter eſſe ens in potentia, nō diſtrahit intellectū materiæ,quia materia in ſecunda ſui notione, conſtituitur per potentiam,ut dicit Cōmen.in libro de ſubſtātia orbis, & Themiſtius in primo phyſicorum.

Propō. 26.

## *Conueniens fit a conuenienti.*

VVLGATA eſt propoſitio & habetur in.7.primę philoſophię.tex.cō.28.& gloſſatur per Auer.12.met. in cō.13.ubi per alia reſidua exponit accidētia, & uult quod in accidentibus ueritatem non habet, ſed in ſubſtantijs,& pariformiter dixit iuxta hoc in.2.cęli & mūdi.in cō.42.

D

Inſtantia.

Sed eſt inſtantia de igne,quia ignis generat̃ a motu. Amplius ſi in ſubſtātijs habet locum, ꝙ ſimile fit a ſimili, aut hoc eſt ſm ſpēm,& tunc uniuerſaliter uera non eſt niſi in ſubſtantijs genitis ex ſemine: aut intelligitur a ſimili,& conuenienti, quātum ād uirtutem, & tunc uniuerſaliter uidetur eſſe uera in omnibus.

Pō modernorum.

Quidam autē in uia Auer. dicunt ad primum de gñatione ignis, quod ſil'e fit a ſimili, uel quo ad ſpeciem,uel a ſimili in gradu prædicamenti.& tunc dicunt quod ignis non generatur a motu diſpoſitiue, ſed generatur a ferro,lapide,& principal'r,et quia iſta ſunt ſubæ,ſic eſt ſimilitudo in gradu prędicamēti ſubſtātiæ.

Replica ipſorum.

Quod ſi replices, quia ita erit etiam de accidentibus, quia poſſunt ſemper dici,quod generātur a ſimili,dant rōnem diuerſitatis,quia accidentia non ſemper ab accidētibus generantur,īmo quādoꝗ generātur a ſuba, quæ nō eſt eiuſdem prędicamenti,& ideo eſt ratio diuerſitatis.

Solutio eorūdem.

Sed iſta ſolutio ſtare non poteſt,in uia Cōmen.quia.7.meta.cōtra Auicē.cō.31.inquit.quod idem eſt agens diſponēs materiam,et inducens formā,nam inter alia motiua ꝗ mouerūt Auicē.in ponendo datorem formarū,fuit illud de motu generante ignē,quia dicebat quod motus cum ſit accñs,non poteſt generare ſubſtātiam,& uoluit quod agens materiale ſolum,diſponebat materiam,& agens ſeparatum largiebatur formam,ſed Auer.ibi obuiat illi,quia tunc ſequeret̃ quod generatuꝫ nō eſſet unum ens in actu, ſi aliud eſt alterans,& aliud generans.

Impugnatio pōnis.

E

Amplius iſta ſolutio manifeſte contradicit Auer.12.meta.in cō.18.ubi expreſſe dicit,ꝗd ignis generatur ab ipſo motu,ſicut generat̃ ab igne, patet autem quod ab igne non generat̃ diſpoſitiue. Amplius ſi ferrum,& lapis generāt ignem principaliter, aut hoc eſt in genere cauſæ materialis,aut hoc eſt in genere cauſæ efficientis.ſi primum ergo uniuocatio erit penes materiā,non penes agens, quod eſt cōtra oēs. Si penes efficiens. Tunc igitur unius effectus numero,erūt duæ efficiētes cāæ,in eodem genere cauſæ,æque primo concurrentes ad eundem effectum numero,cuius oppoſitum aſſerit Ariſt.12.meta. in tex cō.27. Amplius in genitis ex putri materia, quomodo ſm iſtā gloſſam locū habet,quod fiāt a ſimili in genere p̄dicamētiꝫ cum talia generentur a uirtute caloris cœleſtis,& ſtellarum, diffuſa in aere & aqua, ut uult Cōmē. 12.meta.in cōmen.18.

Pō ꝓpria.

Dicamus igit̃,ꝙ illud quod mouit Auer.ad ponendum hoc,fuit,quia tenuit nullam ſpeciē in genere ſubſtantiæ eſſe a caſu, & ideo dixit illud ueritatē habere in ſubſtantijs,non autem in accidentibus,unde tales ſunt per ſe intentę a natura. nam ſi quæ ſubſtātiæ a caſu eſſent, maxime eſſent animalia, & plantæ quæ ex putri materia generantur:& tamen non ſunt a caſu, quia habēt

F

ordinem,& habent cās determinatas, ita ꝙ fiunt in certis tēporibus determinatis,et in locis determinatis,unde Themiſtius recitat primo de anima. cap.24.quod in Aegypto ex putri materia generantur mures,& in noſtro cœlo uermes,& locuſtæ. Amplius habent determinatas materias,nam ex cadauere equi generantur ueſpæ,& ex cadauere bouis,generantur apes. Talia autem non competunt rebus factis a caſu,uel a fortuna,ut inquit Cōmē.12.met. cōmen.13.&.18.&.8.phy.cōm.46.&.7.meta.cōm.31. & propter hoc quia ſubſtantiæ ſunt entia perfecta, & requirunt determinatas cauſas,ſic in ſubſtantijs conueniens fit a conuenienti.

Limitatio ꝓpōnis ſm Cōmen.

Tamen limitat eam Cōmen.12.meta. cōm.18.quod non eſt omnibus modis iſta conuenientia, ſed oportet ut iſta conuenientia ſit iſto modo, ut agens ſit tale in potentia,& uirtute,quale eſt effectus in actu. Nam operatio agentis,nihil aliud eſt quam extrahere rem de potentia ad actum,& ideo dixit Cōmen.12.meta. cōmē.24: quod primus motor, eſt oēs formæ quoquo modo. Nam in calce cō.18.dixit ꝙ omnes formę ſunt in potētia in materia. Et ſunt in actu in primo motore.pro quanto igitur in qualibet generatione ſubſtantiæ,inter ſuā cauſam,& effectum ipſum requiritur determinatum agēs, uirtute cuius

G poſſit extrahi de potentia ad actũ,talis intelligitur eſſe con
uenientia,& ſimilitudo,quæ currit in generatione ſubſtan
tiæ,inter cauſam & effectum, & nõ oportet quod currat
quãtum ad omnia,& quod ſimilitudo ſit omnibus modis.
Nam ut inquit Cõmen. domus in materia generatione cõ
uenienti,& uniuoca fit a forma domus, exiſtente in anima
artificis,& tamen non eſt omnimoda ſimilitudo,inter for
mam domus in anima,& domum in materia, quia illa eſt
in potentia,& iſta eſt in actu. Sed in accidentibus propter
imperfectionẽ ſuæ naturæ,non ſequitur unum certũ agens
determinatum, quia talia poſſunt primo uenire ex diuerſis
cauſis agentibus,& diuerſis modis,& iſta eſt mens Auer.
ſine dubio. Si autem uelis ulterius inueſtigare,ſimilitudi
nem quo ad ſpeciem inter gñans & genitum, oportet tũc
recurrere ad illas tres conditiones poſitas ab Auer.in.12.
meta.in cõ.24.ex mente Alexan. uidelicet quod agens de
bet eſſe principale,non inſtrumentũ,& quod ſit agens ꝓ
pinquum,& non remotũ,& quod ſit agens per ſe,non per
accidens,& in hoc non diſcrepat Auer. ab Alexã.ut patet
ibi.& clare ponitur alia conditio in cõ.28.7.meta.in his q̃
generantur generatione actuali.i.non ceſſabili propter ge
nerationem muli, ut notat etiam Ariſt. in tex. Et ꝑ hoc
patet ſolutio ad argumentum de igne,nam ſecundũ men
tem Auer. formæ elemẽtales,quia ſunt multum ꝓpinquæ
materiæ,non ſunt uere ſubſtãtiæ, nec uere accidentia,ſed
H mediant inter ſubam & accidens. quia poſuit quod inten
duntur,& remittuntur ſicut accidẽtia,& ſic uidentur ſape
rę naturam accidentis,& ideo quãdo Cõmen. gloſſauit ꝓ
poſitum Theorema, quod ſimile fit a ſimili, & dixit quod
habet ueritatem in ſubſtantijs,per ſubſtantias intellexit ue
ras ſubſtantias,ſicut ſunt ſubſtantiæ perfectæ, quæ non re
cipiunt intẽſionem & remiſſionem. ignis igitur quia eſt de
numero formarum imperfectarum, quæ ſunt ualde pro
pinquæ materiæ,potuit generari tam a motu,quam etiam
ab igne. Ad aliud reſpõdetur,ut ſupra dictum eſt, nãq;
uniuerſaliter intellecta propoſitio,habet locum in ſubſtã
tijs q̃d conueniens fit a conuenienti,pro quãto non quod
libet fit ex quolibet,ſed determinatum, ex determinato, ta
men non oportet quod iſta conuenientia ſit omnibus mo
dis.Sed ſi requiris conuenientiam ſecũdum ſpeciem, inter
generans & genitum,tunc oportet q̃d concurrant illę tres
conditiones,poſitæ ex mente Alex.12.meta.in cõ.24. Ad
de etiam,quod ut inquit Ariſto.primo de gñatione & cor
ruptio.tex.cõ.30.generatur aliquid ab aliquo ente ĩ actu,
aut homogenos, aut homoidos. Ignis enim generatur ab
igne,qui eſt eiuſdem ſpeciei,& ſic ſunt homoidea,ſed durũ
generatur a non duro, puta dum generatur a frigido,talia
ſunt homogenea,quia ſemper generans eſt in actu, & qua
tenus eſt in actu,generat,& genitum ẽ in actu,et ſic coue
I niunt in genere actus, qui eſt genus ambiguum ſecũdum
Peripateticos.& ſic dicit ibi litera. Et ſic generatio ranæ a
ſole,licet non ſit ab homoideo, eſt ab homogeneo ſub tali
ratione generis,multipliciter dicti. Conſidera etiam,ꝙ
ſi propoſitio locum habet de ſimilitudine quantum ad ſpe
ciem,fallit in qualitatibus præſertim,quia Cõmen.dicit in
7.meta. in cõmen.32. aliqua qualitas generatur a ſibi ſĩ
in ſpecie.Et alia eſt,cuius gñatio ſequitur formam mixtio
nis primarum qualitatum.Fallit illo modo in cauſa mate
riali,quia quod generatur non generatur ex materia ſibi ſi
mili in ſpecie, imo requiritur quod materia ex qua aliquid
generatur,habeat diſpoſitiones oppoſitas generãdo. Et
uniuerſaliter propoſitio dicens etiam quod cauſa et cauſa
tum debent eſſe proportionata,intelligitur quo ad uniuer
ſale,& particulare quo ad per ſe,& per accidẽs,quo ad po
tentiam,& actum,quæ ſunt diuiſiones per modos cauſa
rum,ut patet 2.phy.ſic enim dicimus quod effectuũ uni
uerſalium cauſæ ſunt uniuerſales,& particularium cauſæ
ſunt ꝑticulares,& effectuũ in potẽtia,cauſę ſunt in potẽtia,
& effectuũ in actu cãæ ſunt ĩ actu, & effectuũ per ſe,cãæ
ſunt per ſe. Alber.uero magnus ſup.12.met.tra.1.cap.
8. uult ꝙ omne quod fit,fit ab uniuoco,uel formaliter,uel
in uirtute,& ita dicit etiam in cap.11.ibidem.

Propõ ñ hʒ ueritatẽ ĩ oĩ bꝰ ſubſtãtijs ſed ĩ ꝑfectis

Aliq̃d gñari ab aliq̃ dupliciter.

K Albe.mag.

Propõ 17.

## *Calidi eſt rarefacere, & frigidi eſt condenſare.*

PROPOSITIO famoſa eſt,& eſt de mente Ariſt.
in ſecũdo de generatione & corruptione,& quarto me
teororum. & eſt Auer.in propria forma in 7.phyſi. in
cõ.15.ubi habet denſitas & raritas ſunt apud rerum qua
litates,inſequentes calidum & frigidum. Prima pars de
calore,intelligitur de calore elementali,p̃ſertim in ſua natu
ra conſiderato,fallit autem de calore naturali regulato ab
anima,& de calore cœleſti,nam calidum naturale in gene
ratione,& digeſtione, & in alijs operationibus animæ,ca
lor agit,prout eſt concauſa,& inſtrumentum 2. de anima
tex.cõ.24.contra Empedoclem,& agit ut eſt ordinatũ ad
diuerſos fines,ſm exigentiam animæ,pro ſuis actibus exer
cendis.unde ſic plerũq; condenſat, ſicut dum ex ſanguine
menſtruo generat oſſa,& mẽbra ſolida, ſimiliter digeſtio
quæ ab innato,& naturali calido procedit,quarto meteo
rorum ingroſſando procedit calidum etiam elementale, li
cet per ſe rarefaciat,per accidens tamen quãdoq; conden
ſat,ſicut conſumptis humiditatibus exiſtẽtibus in poris, ui
demus quod accidit cõſtipatio,ſicut uidemus in rebus quę
aſſantur ab igne,quæ teſte Pħo in quarto meteo. habẽt in
teriora humidiora,q̃ elixata,exteriora uero magis ſicca,cõ
cluſis enim ut inquit exterioribus poris, non põt ſegregari
intus exiſtens humidum. Sed includitur, cum pori recluſi
fuerint, & ideo prĩceps medicorũ Gal.in 7. de inge.ſanit.
cap.6.ubi tractat de cura malæ cõplexionis ſiccæ ſine ma
teria,præcipit ægrum nõ debere poni in aqua frigidiori tẽ
perata,quia latentem frigiditatem in imbecillibus corpori
bus operatur.Nec etiam in calidiori temperata,quia cogit
& ſtringit poros, & denſat. ſed aqua debet eſſe eucrata.i.
temperata,quia illa dilatat.non igitur,ut uides, caliditas ſm
omnem menſuram rarefacit,nec quodcunq;.unde Auicẽ.
dicit,ꝙ natura ſagax eſt, & diſtribuit calidum quod ẽ na
turæ inſtrumentum, & carnem quidem complet per cali
dum,& humidum,& oſſa per calidum & ſiccum, & char
tilaginem per medium, unde cum epſeſis,& opteſis fiãt a
natura,generatio oſſium erit per opteſim, quæ fit a calido
ſicco,& ita calidum inducit duritiem,& denſitatem in hoc
caſu. Vnde animaduerte,& conſidera,quod actio alicu
ius agentis,dum ipſum ſit inſtrumentum,põt habere ope
rationes ſpecie differentes, ab operationibus quæ ſibi cõ
petebãt,in rõne principalis agẽtis.unde ſicut ſcribit Cõm.
in 2.de anima. ignis ſeu calor eius, q̃tenus igneus ẽ, habet
mollificare ferrum,ad faciendum aliquod inſtrumentum,
ſed inquantum illa mollificatio ꝓgreditur,ad certũ termi
num notum,in unoquoq; inſtrumento ſic attribuitur uir
tuti artis,a qua regulatur. ✲Nota etiam hic,ꝙ nõ omne
denſum eſt graue, licet frigiditas operetur denſitatem, gra
uitatem,& quietem,nam nubes ſunt denſæ,& tamen ſunt
leues. Similiter non omne rarũ eſt leue, licet caliditas ope
retur modum & raritatẽ,nam lapis diaphanus eſt grauis,
& tamen eſt rarus,ita dicit Cõmen.in.3.cœli com.10.
Animaduerte etiam,ꝙ raritas poteſt prouenire ab humi
ditate,ſicut patet in conuerſione terræ in aquam.Et Aui
cenna in prima Fen primi,in capitulo de elemẽtis, inquit.
quod humidum largitur ſicco extẽſionẽ. Vide igitur,quo
modo raritas cum ſit accidens, a pluribus agentibus põt
prouenire,quia in accidentibus,ut dixit Auer.ſuperius,lo
cum non habet uniuerſaliter,ꝙ omne quod fit,fiat a ſuo ſi
mili. Secunda uero ꝓpoſitio, ꝙ frigiditas condenſat,ue
ra eſt,tamen ut ſupra declaraui,põt etiam a calore proue
nire,regulato ab agente,quod agit ſm exigentiam finis.&
ideo ceſſet admiratio quorũdam, querentium ꝓpter quid
mares cum ſint fœminis calidiores, nõnulla tamen mem
bra in mulieribus ſunt latiora,& maiora,q̃ ſint in uiris, ut
mãmillæ

Limitatio ꝓpoſitionis.

L

Gal.i.7. de inge.ſa.c.6.

M

ADDItio

Auicen.

Scd̃a ꝑs ꝓpoſiti Theorematis.

Solo diffi cultatis et incidenti.



A mãmillæ & inſtrumenta urinæ.Nam audiant Galenũ di
centem,ꝙ compoſitio inſequitur complexionẽ & rem di
uinam.i.uirtutem informatiuam, de qua ipſe dubitauit,ut
inquit Cõmẽ.in.7.meta.an eſſet Deus,aut creatura. unde
uirtus informatiua,directa ab intelligentia non errante,ꝓ
pter finem largitur unicuiq; mẽbro accidentia terminata,
ut expediũt ipſis membris, in ordine ad actus. ✲Et ꝓpter
hoc etiam prouenit,ꝙ licet digeſtio perficiatᷓ calido & hu
mido,uirtutes tamen puerorũ non digerũt res duras, ſicut
contigit in iuuenibus quia ut Auic. dicit in prima Fen pri
mi,doc.6.in ſumma de uirtutibus ĩ cap.3.de uirtutibus na
turalibus miniſtrantibus,non enim pueris ꝓuenit nõ poſ
ſe illud,& iuuenibus poſſe,ꝓpter hoc,ſed ꝓpter homoge
nea,& homogeneæ elongationem,ꝙ enim ex rebus durũ
exiſtit,complexioni puerorum non eſt homogeneum.
Condenſatio etiam poteſt prouenire ab impulſione.ut in
quit Ariſt.in primo meteororum. ꝙ in Aegypto flãtibus
uentis eteſijs impellentibus aerem , & uapores ad Arabi
cos montes,aer ex tali impulſione conſtipatur, & in aquã
conuertitur,& hoc etiam apparet experimento ſenſato in
balneo,in quo uapor eleuatus uſq; ad tectũ balnei, a quo
repercutitur, uidemus tamen ipm̃ in aquam conuerti,quã
do enim aer uenerit ad tantam paruitatem,cum qua ſalua
B ri nequit,neceſſe eſt ut corrumpatur, quia res naturæ ter
minum habent,& ſm qualitatem,& ſm quantitatem.

Gal.c.31.

ADDItio

## *Remiſſio fit per admixtionem contrarij.*

Propõ.18.

FAMOSA eſt propoſitio, & colligitur ex mente Pħi
in 5.phyſi.tex.cõ.9.&.2.cœli tex.cõ.37.uera tamen eſt
in habẽtibus contrarium,nam in contrarietate carenti
bus,locum non habet,lumen enim intenditur & remittiᷓ,
propter uirtutem, aut debilitatem agentis. In habentibus
etiam cõtrarium uniuerſaliter, etiam locum non habet,nã
in ſimplicibus in ſua puritate cõſideratis, unum elementũ
in una qualitate eſt remiſſum,reſpectu alterius.Et uidetur
eſſe intentio Ariſto.in.2.de generatione, & corrup.in tex.
cõ.22.&.23.ubi habet, ꝙ ignis eſt plus calidi q̃ ſicci, &
aer plus humidi,q̃ calidi,tamen caliditas aeris non eſt re
miſſa propter admixtionẽ frigiditatis,ut dixit Iaco.de For
liuio,& multi iuniores,nã tunc Ariſto.non ſufficienter ue
natus fuiſſet in 2.de generatione & corruptione, ex combi
nationibus quatuor qualitatum primarum,ſufficienter nu
merum quaternarium elementorum, cum in quolibet ele
mento ſint ſm illos tres qualitates,& non duæ,ſic Pħs ibi
teſtatur. Et Alexan.Aphrodiſieus in cõ.ſuo ſuper lib.p̊
meteo.inquit cap.4.Magis quidem frigida eſt aqua terra,
C ſed non mixtura alicuius caliditatis terra,eſt minus frigida
» q̃ aqua,& magis ſicca quidem eſt terra, q̃ ignis, ſed non
» mixtura alicuius humiditatis ignis,eſt minus ſicca quã ter
» ra.Et aer quidem magis humidus eſt aqua,ſed non mixtu
» ra alicuius ſolidi aqua eſt minus humida q̃ aer: non enim
utiq; aliquod ſimplicium corporum eſſet . hæc ille. Bene
uerum eſt, ꝙ elementa dum miſcẽtᷓ, tunc remittuntur in
ſuis qualitatibus,per actionem inuentam in eis,merito cõ
trarietatis.illa igitur remiſſio in altera qualitate in elemen
tis,non eſt per admixtionem aliquam cum contraria qua
litate,ſed inſequitur debilitatem uirtutis agentis. nã ꝓpin
quitas motui cęli,largitur caliditatem ,leuitatem & motũ.
Et remotio a motu.cœli,largitur frigiditatem ,grauitatẽ,&
quietẽ.2.cœli & mundi.cõ.94. Et iſta etiã fuit opĩo Auic.
in ſuo libro de cœlo & mundo.cap.ulti. unde etiã Cõmẽ.
4.cœli & mundi.cõ.39.inquit.aeris grauitas,eſt maior q̃
leuitas,quia cauſa leuitatis in eo eſt calor, & cauſa grauita
tis in eo eſt humiditas,& omnes conueniunt in hoc, quod
humiditas in eo eſt maior q̃ caliditas, cũ uidetur eẽ humi
dior elementis,ex diffinitione humiditatis, ut declaratũ eſt
in libro peri geneſeos.Ariſto.etiam 4.meteo.tex.cõ.10.di
cit ꝙ aqua eſt magis frigida, q̃ aer ſit calidus.Et ex illo lo
co manifeſte patet,de mente Pħorum,& eius, fuiſſe quod

Coarctatio ꝓpõnis.

Cõtra Iac. de Forl. & alios.

Ale.aphrodiſieus.

Qualitates prię nõ ſũt oẽs ĩ ſũmo in elẽtis.

D non omnes qualitates ſunt in ſummo in elementis. Et iſtã
opinionem imitatur etiam Cõmen.in 4.meteo.in cõ.10.li
cet alibi contrariam ſentire uidentur. Et collige ex illa au
ctoritate grauitatem, & leuitatẽ,in elementis inſequi qua
litates primas,quarum duæ ſunt actiuę,& duæ paſſiuę.
Et tunc eſt difficultas.quia ſi ĩ ſimplicibus ſumma leuitas
inſequitur ſummam caliditatem,ſic ſumma grauitas inſe
quitur ſummam frigiditatem,ſed ſũma frigiditas,iuxta illã
uiam,eſt ipſius aquæ.igitur aq̃ eſt grauior terra. cuius op
poſitum habet Pħs in libro primo meteo . Grauiſſimum
autem omnium terra,quæ eſt in medio.Et tunc terra eſſet
magis frigidi,q̃ ſicci,contra Ariſt. in 2. de generatione &
corruptione in tex.cõ.23. Niſi eſſet,quod ut inq̃t Cõm.
grauitas & leuitas nõ ſunt eiuſdem rationis in mixtis, & in
ſimplicibus,nec etiam ĩ ſimplicibus omnibus modis, ſunt
idem 3.cœli cõ.9.unde dici poteſt, ꝙ licet ſumma leuitas
in ſimplicibus inſequatᷓ ſummã caliditatem, ſumma tamẽ
grauitas in ſimplicibus,inſequitur ſummam ſiccitatem,&
non ſummam frigiditatem.Et ratio eſt,quia caliditas & fri
giditas non ſunt æqualiter actiuæ.nam formalior eſt cali
ditas ipſa frigiditate,& ideo non ſequitur,ſi ſumma calidi
tas eſt cauſa ſummæ leuitatis, igitur ſumma frigiditas erit
cauſa ſummæ grauitatis,licet enim cõtrariæ cauſæ ſint cõ
trariorum effectuum,tamen non oportet quod hoc ſit inę
E qualitate graduũ,præſertim ubi contrariæ cauſę non ſunt
æqualis uirtutis,nec adæquatæ cauſæ.Dico igitur ſummã
grauitatem inſequi ſummam terrę ſiccitatem.in aere aũt,
qui contrariatur terræ in ambabus qualitatibus, inſequitᷓ
humiditatem. Sed dicęs quid cauſæ fuit, quod cum gra
uitas in ſimplicibus ĩſequatur humiditatem, & ſiccitatem,
cur cũ aer ita ſit primo humidi, ſicut terra eſt primo ſicci,
non potius iſta ſumma grauitas,ĩſequitur humidum aeris,
ſicut ſiccum terræ? Niſi eſſet,quod non ſunt cætera pa
ria,tum ratione diſtantiæ maioris a motu cœli,quæ largi
tur grauitatem,tum quia humiditas aeris coniuncta eſt ca
liditati,a qua prouenit rarefactio, & in terra eſt coniuncta
frigiditati,& ita non ſunt cætera paria, ſi bene conſideras.
✲Quod aer ſit ſumme humidus,oſtenditur ex definitione
humidi,in.2.de generatione & corruptione. tex.cõ.8.q̃a
eſt id quod eſt male terminabile, termino alieno. mõ hoc
magis competit aeri q̃ aquæ, ut dicit Iohan.Grãma.& ꝙ
unum elementũ primo,unam ſibi qualitatem appropriet,
uide tex.29.7.phy.uide etiã in.4.meteo.in.c.1.ubi Cõmẽ.
ſcribit,ꝙ ſiccitas & humiditas aliter ſuæ definitiones ueri
ficantur in compoſitis,& aliter in ſimplicibus.Ex iſtis igiᷓ
patet,quod grauitas & leuitas in ſimplicibus ita ſe habẽt,
F quod grauitas ex diuerſis cauſis poteſt ꝓuenire,quia quã
doq; inſequitur humiditatem,& quãdoq; ſiccitatẽ,in mix
tis autem eſt alia ratio,ut dicit Cõmen.in.3.cœli.cõmẽ.9.
& in primo canticæ.cõmen.13.inquit.quod qualitates pri
mæ aliter attribuuntur elementis,& aliter animalibus, &
tempori,& loco, & tunc iuxta iſtum dicẽdi modum, ſicut
leuitas in igne inſequitur caliditatem , ſic grauitas in aqua
inſequitur frigiditatem.nam omnes conueniunt in hoc,q̃d
aqua eſt magis grauis, quam leuis, & quod aqua ẽ magis
frigidi,quam humidi , unde inquit Cõmen. in primo cœli
& mundi. cõmen.17.quod aqua eſt magis grauis, quam
leuis,quia deſcendit in duobus elementis.ſ.igne & aere,&
aſcendit in uno tantum,nam ſi eſſet in centro mundi,ideſt
in loco naturali terræ, moueretur ad cõcauitatem aeris.
Aduerte igitur,quod in elementis contrarietatem haben
tibus ,in ambabus qualitatibus, ſicut ignis & aqua, graui
tas & leuitas,inſequuntur contrarias cauſas,uidelicet cali
ditatem,& frigiditatem:in habentibus autem ſymbolum
ſecus eſt,nam grauitas in aere,qui ſymbolum habet cum
igne in caliditate,& cum aqua in humiditate, grauitas inſe
quitur humiditatem aeris, in aqua uero frigiditatem. & in
terra ſiccitatem, ut bene demonſtrat ratio. & ratio totius
eſt,quia elementa non ſunt eiuſdẽ rationis inter ſe, nec cõ

Obiectio.

Solutio.

Dubitatio

Solutio.

ADDItio

G poſitis comparata, ut dicit Cōmen. loco præallegato. Et
ita dicēdum eſt de leuitate, quia in elementis contrarijs in
ambabus qualitatibus inſequitur contrarias cauſas. nam
in igne eſt leuitas merito caloris, & quia caliditas eſt ſum-
ma in igne, ideo eſt ſumma leuitas, in aqua autem gra-
uitas inſequitur frigiditatem, non humiditatem, quia ad hu
miditatem ſequebatur in aere. & quia aqua eſt plus frigi-
Dubitatio da, quam humida, ideo eſt plus grauis, quam leuis. Sed
dices quod aqua ſit ſumme frigida, igitur debuit eſſe ſum
Solutio. me grauis. Negatur conſequentia. tum quia non ſequitur,
ſumma caliditas eſt cauſa ſummæ leuitatis, igitur ſumma
frigiditas eſt cauſa ſummæ grauitatis, quia frigiditas non
eſt tantæ formalitatis, quantæ eſt caliditas, ſed ſolum ſeq-
tur, quod ſumma frigiditas eſt cauſa grauitatis. Tum etiā
quia ſumma leuitas ſequitur ſummam caliditatē, cum tan
ta diſtantia, & non abſolute, ut dicit Cōmen. in prima diſ-
puta. ad. xj. & cauſa grauitatis terræ, eſt maxima diſtantia,
& ideo minor frigiditas intenſiue eſt ſufficiens. Tum etiā
quia non ſunt cæteris paria, quia frigiditas aquæ, eſt iuncta
humiditati, quæ, habet rarificare aliquo modo, & ex con-
ſequenti impedit ſummam grauitatem. Ideo dicimus gra-
uitatem ſummam, īſequi ſummam ſiccitatem, ſicut illam
quæ eſt in terra, præſertim cum illa ſit aſſociata frigiditati.
Dubium. Sed dices, cum aqua ſit grauior aere. igiť aqua eſt humi-
H. dior aere. Patet quod cōſequentia nulla eſt, quia grauitas
Solutio. in aqua nō prouenit ab humiditate, ſed a frigiditate. Sicut
in igne quod eſt elementum contrarium, leuitas prouenit
Replica. a caliditate. Si autem replicetur, ſummus effectus ꝓue-
nit a ſumma cauſa, ſed leuitas in ultimo, prouenit a calidita
in ultimo, igitur grauitas in ultimo, proueniet a frigidita-
te in ultimo, ſic enim contrariorum effectum erunt cōtra
Solutio. riæ cāæ. Soluitur q̄d uera eſt propoſitio, q̄d effectus in
ultimo prouenit a cā in ultimo: ſed tunc dico, q̄d in ſimpli-
cibus grauitas ī ultimo, ꝓuenit a diſtātia, & ſiccitate in ulti
mo q̃ debeť ipſi terrę, unde Cōmen. in ꝑcanti. cātic. Auic.
ingt terra eſt ſiccior igne, & aer ē humidior aqua. ſic itaq;
effectus intenſus in ſummo, inſequitur ſummam cauſam,
unde quando cauſæ contrariæ aliquorum effectuum, non
ſunt æque potentes, nec ſunt cauſæ adæquatæ illorum ef-
fectuum contrariorū, qui ſunt intenſi in ultimo, non opor-
tet quod habeant, ut ſic, attribui contrarijs cauſis ſub tali
gradu ſummo, quod ſufficit eo modo, quo poteſt eſſe, mo-
do grauitas & leuitas in ſimplicibus non ſolū actiuas qua-
litates inſequi poſſunt, uerūetiam paſſiuas, ut uidiſti. Et iſta
uidetur eſſe uerior opinio, quæ teneri poteſt in hoc, in uia
Ariſto. & Cōmen. in uarijs & diuerſis locis. & nō mihi in-
notuit, niſi in longo tempore, & non ſine maximo labore
Dubitatio uitæ meæ. Et ſi obijciatur contra iſtam opinionem, per
I auctoritatem. Cōmen. in tertio cœli & mundi. in cōm. 67.
ubi habet quod ignis in actu, habet caliditatem, & ſiccita-
Solutio tem in ſummo. Poſſum dupľr reſpondere. primo qui-
dem quia arguit ad hominem. nam Auicen. contra quem
Auicen. arguit, ibi tenebat ꝙ ignis habet ambas qualitates in ſum-
mo, ut eſt uidere in libro de cœlo ipſius Auic. cap. ultimo.
ubi ponit modum generationis ignis, ex motu cœli, ubi ex-
preſſe ponit calorem, & ſiccitatē ignis, eſſe in ſummo. Et-
enim ipſemet Cōmen. oppoſitum tenuit in alijs locis, ut in
4. meteororum cōmen. 10. & in cō. 15. ſuper primo canti-
ce canticorum Auic. ubi habet quod aer eſt humidior aq̄,
ſed aqua eſt potentior ad humectādum corpora, & ibidē
dicit, ꝙ terra eſt ſiccior igne. ✠ Et iſtius oppoſitionis etiam
fuit magnus Baſilius, in examero i ſuper primo uerbo. &
uocauit Deus aridam terram, ubi reddens rationem illius
nomenclaturæ aſſeruit, quod ſiccitas eſt proprietas terræ,
ADDItio & uult ꝙ unumquodq; elementum, in ſua ſimplicitate cō
ſideratum, habet unam qualitatem ſibi propriam, ut terra
ſiccitatem, aqua frigiditatem, aer humiditatem, & ignis ca-
liditatem, & hoc ratione cognoſcitur, quia elementa inexi-
ſtentia rerum conſiderata, ſunt permixta adinuicē, ſed ſim
plicitas eorum, ratione capitur ſolum. Et iſta uidetur fuiſ-
ſe ſententia Ariſto. in ſecundo de generatione & corrup-
in tex. cōmen. 22. & 23. ubi Ariſto. unicuiq; elemento ui-
detur attribuere unam qualitatem in ſummo, propter na-
turam iuſtitiæ diſtributiuæ inuentam in entibus. creden-
dum enim eſt, cum elementa ſint de partibus quæ ſunt de
integritate uniuerſi, quod maximo ordine inuicem con-
nexa ſunt, iuxta illud diuini Boethij in tertio de philoſophi-
Scđa ſoľo. ca conſolatione. Tu numeris elementa ligas. Aut aliter
dici poteſt, ꝙ Auer. uult ibi ponere differentiam inter ele-
menta exiſtentia in ſuis locis, ubi dicuntur habere eſſe in
actu, uel eſſe liberum, & ut ſunt in mixto, in quo dicunť ha
bere eſſe ligatum, & cōfuſum. nam in mixto ſunt refracta,
& qualitates eorum ſunt ambæ remiſſæ a contrarijs. Sed
in proprijs locis, hn̄t q̄litates in ſummo. i. non remiſſas per
contrarium. noluit autem dicere propter hoc, quod elemē
tum habet ambas q̄litates in ſummo idest in ultimo gra-
du, quia oppoſitū dicit in pleriſq; locis. Et ideo una uni-
cuiq; elemento in ſummo debetur, altera uero eſt remiſſa,
non tamen eſt per admixtionem cum contrario. nō enim
ſemper remiſſio fit per contrariū, ut Alexan. dixit in mul-
tis locis, ut ſcribit Cōmē. ſecundo cœli & mundi. cōmen.
25. quod dicit, quia in cœlo eſt differentia ſecūdum magis
L & minus in nobilitate, quia una pars eſt nobilior alia. nam
ſtella eſt nobilior pars ſui orbis, & propter hoc non ſequi-
Cā erroris. tur, ut ſit cœlum compoſitum ex contrarijs uirtutibus.
Quod autem multi decepti ſunt in credēdo oppoſitum, &
quod terra ſit ſumme frigida, propter maximam remotio
ADDItio nem cœli, quæ largitur frigiditatem & grauitatem & quie
Nā unicui- tem, ut dicit Cōmen. 1. cœli & mundi cōmē. 94. nihil eſt,
q; corpori quia actus actiuorum fiunt in patiente diſpoſito, & poteſt
ſimplici de aliquis effectus ex diuerſis cauſis uariari, unde terra nō eſt
bet una q̄li capax ſummę frigiditatis, quia illa fuit ꝓoccupata ab aqua
tas ſimplex quæ non potuit habere ſummam humiditatē, quia illa fuit
appropari. præoccupata ab aere, qui non potuit habere ſummam ca-
liditatem, quia ignis præuenit aerē in hoc. natura enim eſt
cauſa ordinis & tribuit unicuiq; quod ſuū eſt. Amplius
illa diſtantia non ſufficit, quia eſt cauſa priuatiua, & ſi inue
Terrā eſſe nitur locus in quo Ariſto. & Cōmen. aſſerat terrā eſſe fri-
fridiſſimaȝ gidiſſimam, ut in primo meteo. gloſſa ad intellectum da-
q̄uo gloſſa tum, quia uidelicet frigiditas eius nō eſt admixta calori, nō
ri debet. tamen in gradu frigiditas terræ eſt maior frigiditate aquę,
imo aqua eſt illo modo primum frigidorum, & iſta fuit ſi
ne dubio mens Ariſto. & Auer. in ſecūdo de generatione
& corruptione. & Alexan. Aphrodiſiei in cōmen. ſuper li-
bro meteo. Et quod dicit Auic. in hoc non eſt ſufficiēs,
Cōtra Aui. qui reſpiciens ad ſolam diſtantiam a motu, dixit terrā eſſe
M frigidiſſimam, & non inſequitur conſequenter Auicē. ſua
principia. nā ipſe tenuit in prima Fen primi, doctrina pri-
ma. in cap. de complexionibus humorum, quod frigidius
quod eſt in corpore noſtro eſt phlegma, & tamen attribui
Opío diui tur aquæ a prædominio, & melancholia attribuitur terræ
Thomæ. a prædominio. Similiter etiā quod dixit diuus Thomas
ibi, quod ignis eſt ſiccior terra, propter caliditatem conſu-
mentem & adurentē humiditatē. nam motus cœli, eſt cau-
ſa caloris in eo quod poteſt calefieri, & ideo neceſſe eſt, ꝙ
in illa materia maxime ꝓfundet, quæ ſemper eſt iuxta ue-
lociſſimum motum. unde hęc eſt materia ignis, unde ignis
eſt calidiſſimum omnium calidorum, ut dicetur ſecundo
meta. & ideo potentior eſt caliditas ignis ad cōſumendum
humidum quam terræ frigiditas, & ideo cōcludit, ꝙ ignis
Contra S. eſt ſiccior terra. Sed cum reuerentia hoc non mouet, q̄a
Tho. caliditas illa ignis, non eſt in actu, ut dicit Alexā. & Cōm.
ex mente eius in cōmento allegato ſuꝑ lib. canticę. & in 4.
cœli cōmen. 32. ibi enim eſt maxima raritas, & non eſt ca
liditas illa combuſtiua. ſicut ē caliditas iſtius ignis, qui eſt
in extranea materia, iſte enim eſt, qui eſt in fine ebullitio-
nis, & feruoris, ut dicit Cōm. in ſecūdo de generatione, &
corrup. in cōmen. 21. ubi expreſſe inquit. & Alexan. dicit
quod



A ꝙ hoc non inuenitur niſi in igne, qui eſt hic. ignis autē qui
eſt hic in ultimo cōtinentis, non ē in fine caliditatis, & ebul
Q̄uo cľitas litionis. Et hoc ut alias declaraui, intelligitur quātum ad
ſit in ſūmo actum ſecundum, quia non ſumme calefacit ille ignis pro
in igne, & pter maximam raritatem, nam ut inquit Cōmen. 2. de ani-
q̄uo non. ma. cōmē. 97. maxima dimenſio quam recipit materia, eſt
raritas cum qua ſtat forma ignis, tamen bene caliditas illa,
quātum ad actum primum illo igne, eſt ſumma in gradu.
& ideo Cōmen. ibi dicit, & in hoc eſt quæſtio de qua per-
ſcrutabimur. Dico igiť, ꝙ illa caliditas ignis, licet ſit ſuffi
ciens ad conſumendum omnem humiditatem, tamen nō
eſt ſufficiens ad largiendum ſummam ſiccitatem, quia il-
lius non eſt capax materia ignis, ſed materia quæ ſtat ſub
forma terræ, unde in gradu, terra eſt ſiccior igne, licet ſicci
tas ignis non ſit permixtione alicuius humiditatis, facta re-
miſſior. unde imaginari debemus, cœlum & naturam lar
giri ordine quodam huiuſmodi formas & qualitates, quia
ADDItio. bonum uniuerſi conſiſtit in ordine. ✠ Iſta in ueritate uide-
tur eſſe principalis cauſa quod formæ proueniunt ab agē
te, eo modo quo aptę ſunt ꝓuenire, unde ſicut dicūt Medi
ci & Gale. compoſitio inſequitur cōplexionem & rem di-
uinam, mulier habet inſtrumenta urinę latiora maribus, &
ubera maiora, & tamen mas eſt calidior fœmina, natura
enim cum minori inſtrumento, poteſt ſecūdum exigentiā
B finis ꝓducere in materia perfectiorem effectum, & ita q̄a
formæ elementorum ſunt diuerſæ, & requirunt diuerſas
proprietates emanare a corpore cœleſti, ſicut ſua natura
requirit, & ita qualitates primæ non uidentur eſſe cauſa ad
æquata grauitatis & leuitatis, & Cōmē. in tertio cœli dicit
illam rationem eſſe a ſigno, de aere ꝙ ſit grauior quam le-
uior, quia uidit quod nō eſt cauſa adæquata in ueritate.
Aegidi⁹ R. Et quod dixit etiam dominus Aegidius Roma. in illa quę-
ſtione, diſtinguendo de duplici frigiditate inuenta in elemē
tis uirtuali uidelicet ſeu cœleſti & elementari. Non uidetur
ꝯtra Aegi. cum ſupportatione dictum rationabile in uia Peripatetico
rum, præſertim ponentium corpora cęleſtia agere lumine
& motu, ut declarauit Cōmen. egregie in. 2. cœli & mū-
di. in cō. 41. tum etiam quia non oportet multiplicare en-
tia ſine neceſſitate, in uia ipſorum, unde ipſi omnem alte-
rationem in ſubſtantia in iſtis inferioribus, reducūt ad qua
tuor primas uirtutes ſeu qualitates elementorum, ut eſt ui
dere a Philoſopho in ſecundo de generatione & corruptio
ne, & in quarto meteororū. Et ſimiliter non ſufficienter
ex combinationibus uirtutum iſtarum, Philoſophus uena
tus fuiſſet numerum quaternarium elementorum, unde ra
tiones iſtorum reſpicientium ad diſtantiā cœli, in hac ma-
teria uidentur peccare per fallaciam conſequentis, ſi bene
conſideras. Pręterea. Etiā ſenſus tactus de qualitatibus
C tangibilibus, eſt uerus iudex, & non uidemus aliquā diffe-
rentiam inter frigiditatem, quam Aegidius nūcupat cœle-
ſtem, & illam quæ eſt elemētalis. Sed remanet una diffi-
Difficultas cultas, contra iſtam deciſionem, quia Ariſto. in 4. meteo.
contra deci in tex cōmen. 39. inquit. dicuntur autem elementorum ꝓ-
ſionem. prijſſime, ſicci quidem terra, humidi uero aqua. & ita uide
tur quod aqua erit primum humidorum. Niſi eēt quod
Soľo pría. Ariſto. loquitur ibi de iſtis elementis, ut ueniunt ad com-
poſitionem mixti. in mixtis enim uniuerſaliter reſidētibus
Duplex ꝯſi circa medium iſta duo elementa quantum ad molem do-
deratio de minantur terra & aqua. unde memoriæ manda hoc, quod
elľtis habę ſecus eſt de elementis in ſe conſideratis, & ſecus ut ſunt in
ri poteſt. mixto, unde ſimilem ſolutionem dat Cōmen. in 4. meteo.
in cōmen. primo. de qualitatibus primis, cum tamen dicā-
tur a Philoſophis omnes eſſe actiuæ, & tamē ibi dicitur ꝙ
duæ ſunt actiuæ, & duæ ſunt paſſiuæ. inquit enim ꝙ licet
quatuor qualitates in ſe cōſideratæ, ſint actiuæ, quia ſicut
calor generat calorem, & frigus generat frigus, ſic humidi
» tas generat humiditatē, & ſiccitas ſiccitatem, tamen ſi con
» ſiderentur in generatione mixti, quia duæ iſtarum inueniū
tur dominari & obtinere, duæ uero dn̄atæ. Unde Ariſto.
ibi diffiniens mixti generationem dixit. tex. cōmē. 2. Eſt au D
tem ſimplex & naturalis generatio ꝑmutatio ab his uirtu
tibus, cum habeāt rationem ex ſubiecta materia unicuiq;
naturæ in ſe. igitur aer eſt humidior aqua, tamen in ordine
ad mixtum, plus operatur humidum aqueum, & ſiccū ter
reum, quo ad molem. Aut aliter ſolui poteſt, ꝙ quo ad Soľo alia.
ſenſum aquæ humidum eſt manifeſtius. plus enim hume-
ctat aqua, quam aer in ſe, tamen aer eſt humidior, & ita
etiam dicit Cōmen. in prædictis locis. Prima tamen ſo
lutio, eſt de mente Philoſophi, ut patet ipſum inſpiciēti ibi,
quia inquit ꝙ aqua, & terra materia ſunt corporum com-
poſitorum. paſſiuę autem qualitates ſunt aquę humiditas,
& terræ ſiccitas, quia iſta quo ad molē in mixtis dominan-
tur, præſertim perfectis, & reſidentibus circa medium. Sic
igitur intellexiſti, quomodo non eſt ſemper uniuerſaliter
uerum, remiſſionem fieri per admixtionem contrarij, quia
non omnia contrarietatē habent. Nec uniuerſaliter res ha-
bens contrarium, remittitur per ſuum contrarium, niſi ubi
adinuicem miſcentur, & agunt inuicem.

*Nullum violentum perpetuum.* Propō 19.

VULGATA nimis eſt propoſitio, & ſcribitur in 2. Gloſſa Cō
cœli & mund. in tex. cō. 19. Gloſſant nonnulli iſtā ciliatoris in
propoſitionē, ut Conciliator in differentia 14. & ſequa drīa. 14.
ces, dūmodo cauſam non habuerit ſempiternā, & hoc ad- E
dunt propter motum perpetuum ignis circularem, et aeris
in propria ſphæra, & propter fluxum & refluxum maris,
& propter mediam aeris regionem, quæ perpetua frigidi-
tate affecta eſt. Similiter etiam propter terram, quæ cōtra
propriam nām, detecta eſt in ſui cōuexo. Et hoc, ut aiunt,
cōtingit propter ſtellas quaſdam, quæ ſunt extra çodiacū,
prohibentes oceanum, & ſunt in polo ſeptentrionali, quæ
quidem omnia uiolenta ſunt & perpetua, quia cauſam ha Auer. opío
bent ſempiternam. Auer. autem in 3. cœli & mundi in
cōmen. 20. & in. 2. meteo. aliter ſentire uidetur, uult enim
huiuſmodi motus in talibus elementis inuētos non eſſe na
turales, quandoquidē non ſunt a principio intrinſeco, quia
fieri nō poteſt, ut duo motus naturales uni corpori ſimpli-
ci debeantur. Sed dicit iſtos motus etiā uiolentos non eſſe,
cum ſint perpetui, & ſic imaginatus eſt dicere, ꝙ tales mo
tus ſunt neutri. In conſimilem ſolutionem deuenit beatus
Tho. in primo cœli & mūdi. in lectione quarta. dicit enim Opío beati
ꝙ ille motus non eſt naturalis, neq; uiolētus, ſed eſt quodā Thomæ.
modo ſupra naturā, quia talis motus eſt ex impreſſione ſu »
perioris agentis, puta corporis cœleſtis. Et quia aliq̄s obij- »
cere poſſet, ꝙ tunc igitur talis motus eſſet uiolētus, cum ſit »
ab extrinſeco motore, ideo ſubdit ꝙ talis motus uiolentus »
non eſt, q̄a talia corpora apta nata ſunt moueri, ſecūdum F
ſui nām a ſuperiore corpore. Sed contra iſtos uiros, no Contra
bis occurrit multiplex dubitatio. Primo quidē quia nullibi Auer. & di
apud Ariſto. legimus dari aliquem motum ſimplicem, ꝑ- uū Tho.
ſertim, qui neq; naturalis ſit, neq; uiolētus. nā 7. de phyſico
auditu, omne quod mouetur, aut mouetur ab intrinſeco,
aut mouetur ab extrinſeco. Si ab intrīſeco, patet quod ille
motus ſit naturalis, quia natura eſt prīcipium motus eius,
in quo eſt per ſe, & non ſecūdum accidens. Si autem talis
motus fuerit ab extrinſeco, tunc talis motus eſt uiolentus.
unde ibi diuidit ſpecies motuum uiolentorū, ut pulſio, uer
tigo, tractio, uectio, & expulſio, ſicut patet tex. cōmen. 10.
unde in motoribus & motis corporeis, de quibus loqui ui
detur ibi, ſequitur ꝙ omne corpus quod ab extrinſeco mo
tore mouetur, ꝙ tale uiolenter moueatur. & ita uidetur ſe
qui, ꝙ ſi talia corpora a motore extrinſeco perpetuo mo-
uentur, quod uiolēter moueantur. Nec uidetur dictum
ſancti Thomæ, ſalua pace, ſatisfacere in hoc, dum dicit, ꝙ
talia corpora ſunt apta nata moueri a ſuperiori corpore,
nam quæramus ab ipſo, talis aptitudo in eis inuenta, ut ſic
moueantur, aut eſt ex parte materiæ, aut ex parte formæ,
aut eſt ex parte coniuncti. non primū, neq; ſecundum dari
Theorema. 

G poſſet, quia tūc talis motus eſſet naturalis, quia eſſet a principio aliquo intrinſeco, unde dicimus ꝙ elementa naturaliter alterantur, licet non habeant principium intrinſecum ſuæ alterationis actiuum, ut dicit Themiſtius & Cōmen. in principio ſecundi phyſicorum. quia tamen habent principium intrinſecum paſſiuum, ideo natura dicimus talia alterari, non uiolentia. & præterea ſequeretur, uni corpori ſimplici, duos motus ſimplices a natura competere. Si autem talis aptitudo non eſt ex parte principiorū intrinſecorum, ſed eſt merito compoſiti, tunc iſta rectius dicitur potentia, quam aptitudo, ſicut dicimus, quod lapis poteſt moueri furſum, licet nō ſit aptus natus illuc moueri. Patet autem, quod omnis potentia inuenta in aliquo mobili, ſi reducatur ad actum ab extrinſeco motore, ad aliquam formam, ad quam ab intrinſeco inclinationem non habet, dicitur reduci per uiolentiam, unde etiam motus ferri ad magnetem, ſimpliciter eſt uiolentus, & ſecundum quid naturalis dici poteſt. Amplius contra Cōmenta. & diuum Thomam data illa reſponſione, quod dabilis eſt motus, q non eſt naturalis neq; uiolentus, tunc ſolueretē ratio Ariſt. in primo de cœlo & mundo. in tex. cōmen. 76. & 77. & infra, ubi demonſtrat quod non poteſt eſſe alius mundus. Nam unum de ſuppoſitis, & præcipuis fundamentis illius

H demonſtrationis eſt illud, quod omnia quę mouentur, aut natura mouentur, aut uiolentia mouentur. unde inquit, ꝙ ſi eſſet alius mundus, eſſet alia terra, & tunc illa, aut moueretur ad medium iſtius mundi naturaliter, aut uiolenter, & quodcunq; datum fuerit, ſemper ſequitur inconueniens, ut deducit. modo dicam ſibi illam rationem procedere ex inſufficienti. & per conſequens peccat per fallaciam conſequentis, quia non aſſumit omnes cauſas ueritatis.

Euaſio.

Nam talis terra poteſt moueri motu, qui non eſt n[aturali]s, neq; uiolētus, ſed motu neutro, ut loquitur Auer. uel motu ſupra naturam, ut loquitur diuus Thomas. Niſi uelint dicere illam rationem non demonſtrare ſimpliciter, ſed ad hominem, quia procedit ex datis, ꝙ nullus unquam ex expoſitoribus dixit, imo illa ratio innuit ſuper principia data, & conceſſa in philoſophia Ariſto. tam in libris de motu, quā etiam in libro cœli & mundi.

Opio ꝓpa.

Et ideo aliter mihi occurrit dicere in hoc, quod propoſitio propoſita locum habet per ſe, ſed poteſt contingere oppoſitum per accidens, unde nulla cauſa naturalis per ſe, producit effectum uiolenter perpetuo duraturum. Sed ſi euenit, eſt per accidens. unde quia corpus cœleſte per ſe mouetur motu circulari, cui accidit, inquātum ſic mouetur, quod ignis locetur ſub eo, inde prouenit quod ignis locatus perpetuo mouetur tali motu, unde etiam ignis per accidens ſic mouetur, quia nō ratione ſui habet illum motum, ſed quia eſt ſub cœlo lo-

I catus, & ſimiliter cœlo inquantum circulo mouetur accidit, ut ſic quod ſub eo ſit corpus rectarum dimenſionum locatum ſub illo, & ideo gloſſa Conciliatoris, & aliorum non procedit, quia illi imaginantur aliquam cauſam per ſe intendere aliquod uiolētum perpetuo duraturum, ſed hoc non eſt uerum. Vnde Ariſto. ratio in ſecundo cœli ſic ꝓcedit ſecūdum uiam noſtram. nam ibi probat, quod neq; cœlum, neq; cœli pars aliqua uiolenter poteſt quieſcere, quia tunc non poſſet eē ſempiternus motus. loquitur. n. in his quæ ſunt per ſe, non per accidens, quia per ſe in omni moto circulari requiritur aliquod per ſe quieſcens in medio. Nam multa per accidens intenta a natura ꝑpetuo durant. Nam corruptio perpetuo durat, tamen per accidens eſt intenta a natura, & generatio per ſe, ad ea autem quæ ſunt ſimpliciter uiolenta non poteſt eſſe per ſe naturæ intentio. Natura enim ſemper rei melioris, quo ad eius fieri poteſt authrix eſt, ut ſæpe dixit Ariſto. Nam ſi quid uiolentum per ſe perpetuari poſſet, tunc aliqua potentia fruſtra eſſet in natura, quia ſi aliqua natura habet appetitum naturalem ad aliquam formam, qui appetitus nunquam reducetur ad actum. tunc igitur Deus & natura fruſtra illū appetitum indidit illi rei. Cuius oppoſitum dicunt Philoſophi. nam primo cęli. tex. cō. 32. Deus & natura nihil fruſtra faciunt. Pro complemento tamen, & pro excludēdis multis obiectionibus, quæ fieri poſſent contra nos. iuxta iſtam uiam, aduerte ꝙ talia elementa, licet in ꝓprijs ſphęris per accidens uiolenter moueantur, tamen quando ſunt extra ſua propria loca, mouenē ſuo motu naturali, qui rectus eſt.

ADDItio.

✲ Vbi aduerte, ꝙ ſicut anima in animalibus & plantis, eſt illa quæ dat terminum in motu augmenti non ignis, quia ipſe appoſito combuſtibili augetur in infinitum, ſed in hoc regulatur ab anima, ita eſt in uniuerſo, ꝙ Deus glorioſus eſt forma cōmunis & uniuerſalis, imponens terminum & legem corporibus cœleſtibus & elemētis, quia ſunt partes primariæ uniuerſi, & ideo ſcriptura dicit ꝙ ſapientia Dei, legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. Et ſic etiā dicimus de terra, ꝙ licet ſecūdum aliquam ſui partem, non ſit naturaliter locata, quia hoc præcipue eſt ratione finis & Dei, diſponentis ꝓpter habitationem, tamen pro maiori ſui parte, non caret ſua diſpoſitione naturali. Pro hoc facit auctoritas Cōmētatoris in ſcđo cœli & mundi. cōmē. 108. ubi habet ꝙ omnis res ſemper aut pluries inuenitur in ſua diſpoſitione naturali non uiolēta, & forte ita eſt de figura terræ, quæ eſt ſeparabilis a parter, non a toto, ſicut eſt de generatione. unde Philoſophi

L nullum uiolentum per ſe, & ſimpliciter, & ſecundum totū negarunt poſſe perpetuari, tamen ſecundum quid, & per accidens, illud non incōuenit. Nec uideatur tibi nouū hoc, quia multæ ſunt propoſitiones per ſe ueræ in ſcientia naturali, quæ tamen ſunt falſæ per accidens, ſicut dicit Cōmē. in ſexto phyſi. in cōmen. 15.

Propō 20.

## *Vnum ſubiectum habere niſi vnam formam, eſt impoſſibile.*

Rō & ꝓbatio ꝓpōnis.

PROPOSITIO eſt Auer. in libro de ſubſtātia orbis. Ratio eſt. quia unius rei eſt unum eē. Nam id quod eſt unum, eſt unum per ſuam formam unicā, quia eſt unum per id quod eſt, ſed habet eē per formam ſuam, qa ſi non daretur una forma non daretur per quod eſſet unū, niſi per aliquod poſterius ad ſuum eſſe, quod eſt ipſa materia. iſta eſt probatio Cōmen. in 3. de partibus animaliū. in cap. de corde.

Limitatio ꝓpoſitionis.

Intelligitur autem ꝓpoſitio de forma ſubſtantiali, quia per formam ſubſtātialem, res eſt hoc aliquid, & in actu 2. de anima. tex cōmen. 2. Et ideo quicqd aduenit enti in actu eſt accidens. unde Cōmen. 1. phyſic. cō. 63. & 69. inquit ſi materia haberet aliquam formā ſubſtantialem ſibi propriam, nullam aliam poſſet recipere illa remanente, & tota tranſmutatio eſſet in accidentibus, et

M generatio eſſet alteratio.

Inſtantiā.

Sed eſt inſtantia in uia eius, de elementis quæ ſecūdum ipſum in 3. cœli & mundi. in cō. 67. ſunt in mixto formaliter.

Solo pria & aliorū.

Ad hoc aūt dupliter reſpōderi poteſt. primo quidē, ꝙ tales formæ in mixto ſunt quaſi in eſſe medio, inter ſubſtantiam & accidens, ſed propoſitio allegata, locum habet de formis, quæ ſunt ueræ ſubſtātię, quæ uidelicet, non intenduntur nec remittūtur quoad eſſe ſubſtātiale, & cum hac gloſſa proceſſit Burlæus in primo phyſi. in expoſitione tex. cō. 69. & multi pręclari Auerroiſtæ poſt ipſum, unde formæ elementales, cum ſm̄ Auerroem ſint multum imperfectæ, & intendantur, & remittātar, poſſunt eſſe in una & eadem parte materiæ. ſecus autem eſt de formis completis, & perfectis, & iſtum modū dicendi, nos etiam imitati ſumus in pleriſq; locis.

Solo ꝓpria

Nunc tamē occurrit mihi ſubtilicior dicendi modus, & eſt ꝙ ſemper unum ſubiectum non habet niſi unam formam. & ad argumētum de mixto, dico ꝙ ſubiectum receptiuum formæ mixti, quod eſt unum, non habet niſi unam formam. tale autem ſubiectum non eſt niſi prima materia informata per quatuor formas elementales. nam elementa cōcurrunt ut ſubiectum, & forma ſola mixti, cōcurrit in rationē formæ. & iſta eſt uera mens Auer. in 3. cœli & mundi. cō. 67. ſi



A 67. ſi bene aduertis. Nam ibi mouet dubium cōtra ſe, qūo fieri poteſt, ꝙ materia habens formas elementarias, poſſit recipere ulteriorem formam, cum recipiens debeat eſſe denudatum a natura recepti. Et ſoluendo dicit, gloſſando ꝓpoſitionem illā, ſi ſubiectum fuerit receptiuum oīum formarum oportet tale ſubiectum eſſe denudatum ab omni forma, ſicut eſt prima materia, quæ ſecūdum ſui naturam eſt receptiua omnium formarū, & ideo nullam habet formam de ſe, ſed eſt in potentia ad omnem formam. Si autē ſubiectum nō fuerit receptiuum omnium formarum, ſed alicuius nō oportet ipſum denudatū eſſe ab omni forma, ſed ſolūmodo a forma, reſpectu cuius eſt in potentia receptiuum, ſicut dicimus de organo tactus, quod nō oportet ipſum eſſe denudatum ſimpliciter a qualitatibus tangibilibus, ſed reſpectu illarum, reſpectu quarum eſt in potentia, ideo enim æqualiter calida, & æqualiter frigida nō ſentimus, ut patet. 2. de anima tex. cōm. 118. Elemēta autem, ut inquit, ſunt ſubiectum receptiuum, nō omnium formarum ſimplr̄, ſed reſpectu mixti, ideo non oportet ꝙ ſint denudata ſimpliciter ab omni forma, ſed a forma mixti tātum. in hac igitur ſolutione concedit elementa eſſe ſubiectum mixti, & ſic ſemper unum ſubiectum recipit unam formam.

ADDItio.

B ✲ Confirmatur, quia natura, ut dicit lucidiſſimus Them. in 3. de anima. cap. 27. ſemper imperfectioribus utitur loco materiæ, reſpectu perfectorum, & ſemper utitur perfectioribus loco formarum, reſpectu īpfectorum, & ideo dicit intellectum agentem eſſe ſupremā hominis formam. deforis tamen perficiētem & dantē eſſe, & eſt forma formarum, ut dicit. Et confirmatur, quia certum eſt ꝙ mixtum componitur ex quatuor elementis, nō tanquā ex partibus ſm̄ quantitatem, ſed ſm̄ qualitatem. Non enim mixta, ut inquit Cōmen. in 2. de generatione et corruptione. cō. 49. ſunt in elementis in potentia, ſicut partes in continuo quæ ſunt in potentia, ſicut partes quouſq; diuidantur, & fiant partes in actu. Sed differunt, quia iſtæ ſunt partes in quātitate, & illæ in qualitate.

ADDItio

✲ Amplius Cōmē. 3. de anima. cō. 36. omnia quorum ſubiectum eſt unum, & quorum unum eſt perfectius altero, ſemper reſpectus perfectioris ad imperfectius, eſt reſpectus formæ ad materiā, ſed formæ mixti & formæ elemētariæ eſt ſubiectum unum, quia materia recipit utrūq; ordine quodā. 12. meta. cō. 11. & 3. cœli. 67. & forma elemēti eſt imperfectior forma mixti. igitur forma elementi reſpectu mixti, cōcurrit ut materia, et forma mixti ut forma reſpectu eius. Amplius Cōmen. 1. phy. cōm. 82. ponit cōuenientiam

C & differētiam inter ſubiectum primum & ſecundū. dicēs ꝙ ſubiectum ſecundū, & primum. cōueniunt in hoc, quia ꝙ generatum ex eis inuenitur per ſe, ſed differunt quia primum eſt in potentia pura, & ſecūdū in actu, aut modo medio, & per cōſequens mixtum cum generetur ex pluribus uno ſubiecto, ut dicit ibidem primo, & ſecundo ex utriſq; per ſe generari dicitur, licet unum ſit remotum, & aliud ꝓpinquum.

Cōtra modernos.

Quod autem moderni dicere uoluerunt elementa in mixto non concurrere in ratione ſubiecti deriſio eſt, quia dicunt ꝙ concurrunt ut diſpoſitiones ſubiecti. nā aperte contradicunt Auer. in ſolutione prædictę dubitationis. Nam illa ſolutio manifeſte declarat elementa eſſe uerū

Cā erroris.

ſubiectum reſpectu mixti, ſicut patet recte pōderanti uerba eius. Sed cauſa erroris eorum fuit, quia Ariſt. in primo de generatione et corruptiōe, aperte dicit in tex. cō. 24. generatio eſt tranſmutatio totius in totū, nullo ſenſibili remanente, ut ſubiecto modo ſi elementa in mixti generatione, ut aſſerunt, remanerent ut ſubiectū, tunc quando mixtum corrumpitur, tunc in tali trāſmutatione remaneret aliquod ſenſibile, ut ſubiectum. elemēta enim ſunt ſenſibilia corpora.

Solo motiui eorum.

Sed hoc dictum eorum nullum eſt. nam mixtio non eſt generatio ibi diffinita, ſicut clare teſtatur Ariſt. in fine primi de generatione & corruptione. in tex. cōmen. 83. nam mixtio eſt miſcibiliū alteratorum unio, unde mixtioni non opponitur corruptio, ſed diſſolutio: generationi uero oppoſita eſt corruptio. & hoc etiam expreſſe teſtatur Cōmen. in 2. de generatione & corruptione. in cōmē. 48. Vnde æquiuocatio decepit eos. Nam generatio diffinita in libro de generatione & corruptione, eſt alia a generatione diffinita in quarto meteo. ubi dicitur. Eſt autem ſimplex & naturalis generatio, ꝑmutatio ab his uirtutibus, cum habeant rationē ex ſubiecta materia unicuiq; naturæ, & alia eſt diffinitio generationis, data in libro de morte & uita a b Ariſto. in qua dicitur generatio eſt prima participatio animæ, in calido naturali, & uita eſt eius permanſio.

Aequocatio ē ī uarijs diffinitionib⁹ gn̄onis.

Manifeſtum eſt enim, quod diffinitio prima data in libro de generatione & corruptione, competit generationi, in qua unū fit ex uno, quia ibi agitur principaliter de generatione, & modo generationis elementorum, ſicut bene notauit Ioā. Gramma. in primo illius libri, & ſicut eſt rei ueritas. unde Ariſtote. librum illum in ſecundo de anima appellat librum de elementis, ut patet in tex. cōmen. 117. ut exponit ibi Commentator & Themiſtius. in tali autem generatione unius ex uno fit tranſmutatio totius in totum, nullo ſenſibili remanente ut ſubiecto. Et ratio eſt, quia ut teſtatur Commentator in pleriſque locis, elementa non diuiduntur, niſi in primam materiam & in formam. unde Cōmētator tertio cœli & mundi cōm.

E 31. inquit quod elementum æquiuoce dicitur de elementis ſimplicibus ſcilicet de prima materia & forma de quibus Ariſto. egit in phyſicis, & de elementis quæ ſunt corpora, quia dum compoſitum diuiditur, non remanent, ſed forma corrumpitur, & materia induit aliam formam. ſecus autem eſt de elementis, quæ ſunt corpora, quia quando mixtum diuiditur talia remanent. Generatio autem diffinita in quarto meteororum eſt illa, in qua unum generatur ex pluribus, & illa eſt idem ſubiecto cum mixtione, & in tali eſt neceſſarium, quod aliquid ſit ſenſibile, quod concurrebat in ratione ſubiecti. Dicas igitur, quod omne corpus & ſubſtantia compoſita, aut eſt de numero ſimplicium, aut eſt mixtum. ſi fuerit ſimplex, ut ſunt quatuor elementa, tunc prima materia dimenſionibus interminatis, & qualitatiuis diſpoſitionibus prædiſpoſita, non habet niſi unam formam a qua ipſum elementum fit hoc aliquid, & in actu. ſi uero fuerit mixtum, tunc ſubiectum eſt totum, reſultans ex materia & quatuor formis elementorum ibi refractis, & ibi eſt una forma ſola, uidelicet forma mixti.

Difficultas

F Sed dubium pulchrum eſt de homine in quo eſt anima cogitatiua, & anima intellectiua, quæ ſunt formæ ſubſtantiales, perfectæ, & ſunt diſtinctæ ſecundum perfidum Auer.

Solo pueniens ſecūdū aliquos.

Dicimus nos, quod illi qui ponunt de mente eius animā intellectiuā, habent maximam difficultatem, dicendo ipſam dare eſſe formaliter homini, & oporteret iſtos dicere conſequenter quod totum aggregatum ex elementis, & anima cogitatiua, ſit uere ſubiectum, & anima intellectiua ſit ſola forma hominis. ſic enim unum ſubiectum habebit ſemper unam formam, tamen illi habent uarias reſponſiones, & extraneas a mente iſtius hominis, ut alias probaui.

Solo ꝓpria

Nobis autem tenentibus mentem eius fuiſſe animam intellectiuam eſſe poſtremam hominis perfectionem, ſicut nauta nauis, nullū inconueniens contingit. nam homo habet eſſe per unam formam, quæ eſt anima. A forma autem quæ non eſt anima, ſed intellectus, aut ſi eſt, eſt aliud genus animæ, habet ſolum operari. Vnius igitur rei, eſt forma perficiens, quia eſt unū eſſe.

ADDItio

✲ Quod autē anima intellectiua ſm̄ Auer. non ſit uera forma homini dans eſſe deducitur, quia nullū corruptibile eſt uera mā æterni, gloſſa eſt Cōmen. 3. de anima. cōm. 36. licet corruptibile reſpectu æterni, poſſit habere reſpectum, & propoſitionē naturæ, ſed non uere, ſic enim Cōmenta. ibi ſoluit inſtantiam de intellectu in habitu, & primis propoſitionibus & intellectu agente, ut patet intuenti, & in eodem cōmento

G dicit,quod poſtrema forma quæ eſt ĩ nobis,eſt compoſita
ex intellectu in habitu,& intellectu agente,per quam crea
mus intellecta,& intelligimus ea,& eſt opinio Alexan. &
Dubia ut inquit Cõmen.etiam eſt opinio Ariſto. Et ſi arguatur
contra hoc.nam Cõmen. primo phyſic.cõmen.primo.in
quit. quæcunq; ſunt prẽter primam materiam, & ultimã
formam cuiuslibet rerum naturalium, ſunt materiæ com
poſitæ,& formæ cõpoſitæ. Amplius primo metaphy.
cõ.17.inquit,ꝙ prima materia non habet aliquam formã
in actu,& ex eis quæ recipit nullam habet formam omni
no,neq; uniuerſalem,neq; particularem,ſed primo recipit
formam uniuerſalem,& poſtea mediante forma uniuerſa
Solutio ad primum. li,recipit formas alias,uſq; ad indiuiduales. Dicimus ꝙ
prima materia,quæ eſt prima in uia compoſitionis,& ul
tima forma in uia compoſitionis,iſtæ dicuntur cauſæ ſim
plices ipſius mixti. elementa autem in mixto remanentia,
ſunt materiæ compoſitæ,& formæ compoſitæ, quia talia
non ſunt naturę,ſed naturata,ideo nuncupantur per Auer
roem talia materiæ compoſitæ,& formę compoſitæ,quia
non ſunt materia,neq; forma, ſed ſunt materia compoſita
cum forma,& ſunt forma cõpoſita cum materia.unde ma
teria prima in ſe conſiderata,eſt materia ſimplex, & cauſa
ſimplex,& forma ultima in uia compoſitionis, quæ perfi
cit & dat eſſe,etiam eſt forma ſimplex, ſed elemẽta media
H quæ ſunt proximum ſubiectum formę mixti,ſunt materia
compoſita cum forma,& ſunt forma cumpoſita cum mã.
Vnde Cõmen.3.cœli cõmen.29.ens in potentia non in
uenitur niſi in ente in actu.3.phyſi.cõmen.65.ſcribit de
clarando hoc.& debes intelligere hic per delatum,non il
lud quod dicitur ĩ ſubiecto, aut de ſubiecto, materia enim
non dicitur de ſubiecto,nec in ſubiecto:ſed delatum acci
pitur hic, loco eius quod non inuenitur niſi in alio, & hæc
eſt diſpoſitio materiæ,& diſpoſitio accidentium, & forma
rum,ſed accidẽtia & formæ differunt a materia in hoc, ꝗd
ſunt in ſubiecto,aut de ſubiecto. materia autem eſt ipſum
ſubiectum.intendebat igitur per delatum illud,in quo ma
teria conuenit cum accidentibus,& formis. Et quod nõ in
uenitur per ſe, ſed in aliquo ſcilicet in compoſito, & cum
aliquo ſcilicet cum forma.& iſta eſt melior expoſitio,quæ
ADDItio dari poteſt ſuper illa auctoritate,quicquid dixerit Burlęus
& alij ibi.✲Sed in expoſitione mea remanet difficultas,qa
propoſitio Com̃.eſt uniuerſalis reſpectu cuiuslibet rei na
turalis,ut dicit,modo expoſitio ſaluat dictum Cõmenta.in
mixtis tantum.Reſpõdetur,ꝙ ſic debet intelligi, ꝙ forma
ſimplex in omni habente formam, eſt illa quæ dat eſſe,&
talis in elementis eſt forma ipſa,unde in elementis non eſt
aliquid præter naturam primam,& ultimam formam,qa
ſunt ſimpicia,ſed mixta inter primã materiam, & ultimã
I formã,habẽt mãs cõpoſitas, & formas compoſitas modo
prædicto.in ſaluando igitur Auer. ſufficit ꝙ ultima forma
eſt illa quæ perficit. Ad ſecundum dico,ꝙ non fuit mẽs
Solutio ad ſecundum. Auer.ꝙ formæ multiplicatæ ſint realiter in rerum natura,
ſicut ſunt prædicata quiditatiua,quæ plura ſunt,& de uno
Cõtra Ioã. de gãdauo. dicuntur, ut uoluit Iohannes de Gandauo. Nam non per
aliam formam homo eſt uiuens,& per aliã eſt animal,ue
getatiuum eni eſt in ſenſitiuo,ſicut trigonum in tetragono.
ex 2.de anima.in tex. cõmen.31.nec per aliam formã ſor
tes eſt ſortes,& per aliam eſt homo. Nam ut colligitur ex
7.ex primæ philoſophiæ,tex.cõ.11.quæcunq; per ſe qui
ditatiue prædicatur de aliquo, illa ſunt eiuſdem naturæ,&
eiuſdem rei, quia non oportet ꝙ entia multiplicentᷣ ſine ne
ceſſitate,in uia Philoſophorũ,quia natura nihil fruſtra ope
ratur.ſed per eandem formam realiter loquendo,idem re
ponitur in genere generaliſſimo, & in genere ſubalterno,
& proximo,& in ſpecie, tamen forma illa ſecundum
naturam, quæ non facit ſaltum, nec progreditur de ex
tremo ad extremum,ſine medio & eſt cauſa ordinis,prius
intelligitur coafficere materiã & informare illam, ſub gra
du abſtractiori, quam ſub gradu minus abſtracto. donec
deueniat ad ultimum gradum completum, quia ordo na
K turæ ſecundum uiã generationis attẽditur iſto modo uide
licet ꝙ imperfectiora in tali ordine,præcedũt perfectiora.
uidemus enim ꝙ natura prius dat uiuentibus quantitatem
imperfectam,quam perfectam. Vnde Ariſtote. 9.primæ
philoſophiæ tex.cõmen,15.loquendo de tali ordine,dixit,
ꝙ puer eſt prior uiro.& etiam in primo de generatiõe ani
malium dixit, ꝙ homo prius uiuit uita plantæ, quam uita
animalis, & prius uita animalis, quam uita homins, quia
prius uidemus ipſum uegetare,quã ſentire,ſicut ĩ embryo
nibus & in pueris ſunt magis ſenſatæ operationes,uirtutis
uegetabilis,quam operationes uirtutis animalis, unde uir
tutes naturales in pueris ſecũdum Medicos ſunt multipo
tentes.unde Hippocrates in prima particula ſeparatorum
ſermonum ſcribit,qui creſcunt,plurimum habẽt calorem
innatum.plurimo igiᷣ indigent nutrimẽto. Similiter prius
apparent opera uirtutis ſenſitiuæ in homine, ꝗ intelligere
quod eſt opus intellectus,ut clarum eſt. ſic igitur Philoſo
phi ex ſenſatis cognouerunt naturam uia generationis pro
cedere ab imperfectioribus ad perfectiora, & quia forma
materialis quanto eſt uniuerſalior, tanto eſt imperfectior,
ideo materia prius dicitur recipere formam ſub gradu uni
uerſaliori,quam ſub gradu minus uniuerſali, non tamẽ ꝙ
L iſtæ formæ in eodem ſint realiter diſtinctę,ſed ſunt unum
in re, & non diſtinguuntur niſi ratione, & iſta eſt uia uera
Auer.& Ariſtote.ſine dubio,quia ipſi multum abhorrent
multitudinem entium & principiorũ. ubi paucitas eſt ſuf
ficiens ad ſaluanda apparentia,ſicut patet exercitatis in do
ctrina eorum. Et Cõmen.7.meta.tex.cõ.11.inquit.præ
dicata ſubſtantialia adunantur cum ſubiectis, & adunan
tur iter ſe.uñ infert ibi,ꝙ ſi nouem prædicamẽta acciden
tium per ſe,& eſſentialiter dicerenᷣ de ſubſtantia, tunc eſ
ſent eiuſdẽ naturę,cum ipſa ſubſtãtia.idem habet.7.meta.
cõmen.17.de genere & differentia.

Propõ 21.

*Omne quod eſt ſenſibile,eſt ſenſibile per ma teriam,& omne intelligibile,eſt in telligibile per formam.*

ELICITVR propoſitio iſta ex mente Philoſophi p̊
cœli.cex.com̃.92.ubi dicit,ꝙ qui dicit cœlum dicit for
mam, quæ ut dicit Cõmen. ibi in cõmen. eſt ſubiectũ
uniuerſalitatis.Qui autem dicit cœlum hoc, dicit materiã,
quæ eſt ſubiectum ſenſibilitatis,ut colligitur de intentione
Cõmen.12.meta.cõmen.14.ubi inquit.materia eſt illud
ad quod innuitur ſecundum ſenſum.forma enim non cõ
prehenditur ſecundum ſenſum,ſed ſecundum ſuam actio
M nem.& ideo non comprehenditur niſi ab intellectu.✲Ca
ADDItio ueant qui tenent intelligẽtiam dare eſſe orbi formaliter,qa
tunc cœlum per idem eſſet ſenſibile & intelligibile, quia
non eſt ſenſibile niſi inquantum eſt in actu, & per te eſt in
actu per intelligentiam,& per illam etiam intelligitur.igi
tur per idem ſentitur,& intelligitur.ſi dicatur ſentire inquã
Cõtra illos q tenẽt ĩtelligẽtiã dare eẽ formalr orbi. tum materia cœli eſt actuata per intelligentiam. Contra,
quia ſic etiam intelligitur,ſic arguit Cõmenta.3.cœli.cõ.
28.contra illos qui dicunt elementum moueri per ſe paſ
ſiue,& moueri per ſe actiue.quia dicunt inquãtum eſt ma
teria elementi informata forma, ſic eſt ſubiectum motus,
quia ſubiectum motus eſt in actu.et mouetur actiue a for
ma,contra inquit ibi Cõmenta.tunc idem eſt ratio per ſe
motionis paſſiue,& actiue, ſi argumentum hoc ualet pro
Commenta. etiam & hoc ualet. Amplius Commenta.
primo cœli 92.dicit cœlum ſentiri per materiam, & in
telligi per formam, ſic enim probat ipſum eſſe compo
Obiectio. ſitum. Sed eſt inſtantia manifeſta, quia materia ſecũ
dum ſe eſt inſenſibilis, ſed ſi efficitur ſenſibilis, hoc eſt
per aliud,quia hoc non habet niſi per formam,per quam
eſt in actu.& ideo uideᷣ ꝙ id ꝗd ſm ſe inſenſibile eſt, nul
lius ſenſibilitatis rõ eſſe uidetur.unde Ariſto.in 2.de parti



A Solutio. bus aĩaliũ.cap.7.dicit cerebrũ nullã habere cõtinuitatẽ,cũ
reliquis particulis ſentiẽtibus,quę ſenſu caret. Niſi eſſet,
quod ut ſcribit Cõmẽ.in ulti.cap.de ſubſtantia orbis.ma
Materia habet gradus. teria habet gradus. multiplex eſt enim materia, quædam
enim eſt ſenſibilium & quædã intelligibilium, ſicut enim
ſcribit Cõmẽ.tertio de anima.in cõ.5.in ſolutio.3.quæſti.
intellectus poſſibilis eſt materia intelligibilium. mã etiam
rerum ſenſibilium,gradus habet, quia quædam eſt in po
tentia ad eſſe,& ꝗdam eſt in potentia ad ubi. Sumitur etiã
materia apud Phos,in rebus ſenſibilibus, pro proprietati
bus inſequentibus materiam,& pro appendicijs materiæ,
ſicut eſt quantitas.nam primũ de accidentibus receptis in
ſubſtantia materiæ eſt quantitas, ut dicit Cõmen. in libro
de ſubſtantia orbis. ſimiliter etiam qualitates ſenſibiles
materia ſenſibilis nuncupantur. ſenſibilitas igitur non
prouenit a materia prima,ꝗ eſt in potentia ad eſſe, niſi tan
quam a cauſa remota in generabilibus & corruptibilibus.
nam talis cum ſit ens in pura potẽtia,de ſe ignota eſt,qua
cunq; cognitione.& ſic intelligitur dictũ Cõmen.12.met.
cõ.14.ubi dicit ꝙ materia eſt hoc ſm ꝙ uidetur. Mate
ria autem quæ eſt in potentia ad ubi,eſt illa per quam ali
quid conſtituiᷣ in eſſe mobili.et de hac locutus fuit Ariſto.
in 2.meta.in tex.cõ.12.ubi ſcribit. oportet imaginari ma
B teriam in re mota,& ſic orbis cœleſtis dicitur mã in actu,
ſeu ſubiectum,ut uult Auer.9.met.cõ.12.& in .2.cap.de
ſubſtantia orbis. Sumendo autem materiã ultimo mõ,
ſic illa eſt per quam aliquid efficitur ſenſibile, & talia ſunt
accidentia terminata,ut quantitas,& qualitates ſenſibiles,
talia autem ſunt tam in rebus habentibus materiam, quæ
eſt in potẽtia adeſſe,ut ſunt generabilia & corruptibilia,ꝗ
etiam in rebus in quibus eſt materia quę eſt in potentia ad
tantum,ut corpora cœleſtia,& ſic intelligitur rem eſſe ſen
Inquiſitio ſibilem a materia. Sed eſt pulchrum uidere,cur contin
git ꝙ ad hoc quod res ſit ſenſibilis cum duo cõcurrant.nã
oportet id ꝗd ſenſu capi poſſit ſit in actu,ut patet.9.meta.
tex.cõ.7.&.20.& etiam requiritur ꝙ tale ſit ſignatũ. cum
autem primum habeat a forma,quia forma eſt per quã eſt
hoc aliquid & in actu.2.de anima.tex. cõ.2.&7.eſſe autẽ
ſignatum eſt a quantitate,quę eſt de conſequẽtibus mãm.
propter quid igitur Philoſophi ſenſibilitatem ſimplr attri
Solo pria. buunt materiæ,& intelligibilitatẽ ſimplr formæ attribue
runt? Niſi eſſet,ꝙ ratio adæquata ipſius,intelligibilitatis
eſt ipſa forma,quę eſt quiditas.ſicut ſupra dictũ eſt. Ratio
autem formæ cõmunis,eſt in abſtractis & ſenſibilibus.nã
formæ liberatæ a materia ſunt intellectæ in actu.in rebus
C etiam ſenſibilibus, quæ ſunt intellectæ in potentia, forma
eſt tota quiditas.ſenſibilitas autem non inuenitur niſi in re
bus corporeis,& inexiſtentibus in materia. Et hoc,ut mihi
uidetur,fuit in cauſa quare Phi attribuunt ſenſibilitatẽ ipſi
materiæ.intelligibilitas autem iure merito attribuitur for
mæ,quia ipſa eſt ſubiectum uniuerſalitatis,& uniuerſale ẽ
obiectum intellᷤs.ideo Arabes,intelligere appellant forma
re per intellm̃. Vnde Cõmẽ.1.cœli & mundi.cõ.92.dixit
ꝙ ille eſt intellectus cuiuslibet formæ,ſed ſi iſtæ duæ cãæ
adinuicem comparentur,in re quæ ſentitur.v3.materia &
forma,utiq; talis res quantũ ad hoc magis dependet a for
Solo ſcd̃a. ma,per ꝗ ẽ in actu,ꝗ a materia ꝑ ꝗ eſt in potẽtia. Aut
aliter dici poteſt,iuxta doctrinã Auer.12.met.cõ.14.in ſe
cunda ſua expoſitione,ꝗ fuit tertia illarum quæ fuerunt ad
ductæ per Alexan.ꝙ materia ꝗ eſt per ſe ſenſibilis eſt ma
teria propinqua,non remota,ſed forma eſt per ſe intelligi
bilis.Forma.n.non ſentiᷣ per ſe,ſed merito ſuæ opationis.
ideo appropriate forma diciᷣ ĩtelligibilis,& mã ſenſibilis,
& hoc intelligitur de mã propinqua,non de remota.

Propõ 22.

*Motus vnus ab vna natura prouenit,et vna natura eſt principium vnius motus.*

COLLIGVNTVR iſtæ ꝓpoſitiones ex p̊ cœli
& mundi.in tex.cõ.7.& 8.declarat in cõ.18.Cõmen.
in primo cœli de motu uno in ſpecie debere intelligi, in
D quit enim, motus unus ſpecie eſt unius corporis in ſpecie.
Dubium. Sed eſt dubiũ de motu aeris,& ignis,qui ſunt motus ad
ſuperius,& uidetur eſſe unus motus ſpẽ,& tamen inſequũ
tur diuerſas naturas ſpecie differẽtes,& eſt obiectio Iohã.
Grãmatici,ut dicit Cõmẽ. ibi in cõ.8.& uult ꝙ illi motus
Solo alioꝝ. differunt ſpecie,quia proueniunt a naturis ſpecie differenti
bus,mouentibus a loca ſpecie differentia.& iſta eſt ſolutio
Obtio ꝯtra ſolutionẽ. Auer.in cõ. Sed nec ipſe ſatisfacit in hoc, quia quid di
cemus de motu aeris,ut eſt ĩ ſphęra ignis,& de motu eiuſ
dem,ut eſt in ſphæra aquæ.in igne enim aer deſcendit, &
in aqua poſitus aſcendit. aſcenſus autem & deſcenſus
ſunt motus ſpecie differentes, ut patet ex quinto phyſico.
nam ſunt contrarij motus, ſunt enim ex contrarijs & ad
Solutio. contraria. Soluitur quod iſti motus ſunt eiuſdem ſpe
Obiectio. ciei, ratione eiuſdem termini. Sed contra nam oppoſi
ta non poſſunt eſſe in eodem natura, modo aſcenſus &
Solo alia aliorum. deſcenſus ſint motus oppoſiti. Alij aliter dicunt,ꝙ non
inconuenit ꝙ aliqui motus ſm unam rationem ſint diuer
ſarum rationum,& ſm aliam rõnem ſint eiuſdem. Di
Solo ꝓpria cimus nos,ꝙ Ariſto.in 5.phy.de motu generalr loquutus
eſt,cõſiderando ea ꝗ cõpetũt motui inquantũ motus, non
applicando ad aliquam ſpecialem naturã mobilis nec mo
toris,& illa rõne uniuerſali, dicit motus quoslibet qui ſunt
ex contrarijs terminis,in contrarios,eſſe contrarios.& iſto
E modo quilibet aſcenſus contrarius eſt cuilibet deſcenſui.
In libro autem cœli & mundi, & in alijs particularibus li
bris,unitas ſpecifica motus, attẽditur particulariter penes
unitatem principij actiui,naturaliter mouentis ad unũ finẽ
intentum,& ad unum terminum naturaliter intentum.Et
quia aer,ſiue in igne,ſiue ĩ aqua,uel in alio quouis loco cõ
ſtitutus,extra ſuum locum nãlem ſemꝑ appetit ad illum
reuerti cum ſemper illo modo ſit p̃ter propriam diſpoſitio
nem naturalem diſpoſitus,ideo per eandem formã deſcen
dit ab igne,& per eandem etiã aſcendit ſemper eundẽ ter
minum appetendo.licet igitur aſcenſus ſm rationem cõe3
opponatur ſpecie cuilibet deſcenſui, non tñ quilibet aſcen
ſus determinatus ſpecie opponiᷣ cuilibet deſcenſui deter
minato.Multa enim uerificantur rõne generis, ꝗ nõ ueri
ficantur ratione ſpeciei. Et hãc noſtram ſnĩam adiuuat
Btũs.Tho. dictum ſancti Thomæ in.1.cœli & mũdi ſuper expoſitio
ne tex.cõ.20.prope finem.inquit enim.ad id aũt quod dici
tur de aere,dicendũ, ꝙ contradictio ꝗ includitur in oĩbus
oppoſitis habet in ſui ratione ꝙ ſit,& ſm idem & ad idẽ,
& reſpectu eiuſdem.motus aũt nãlis aeris ſurſum,& deor
ſum nõ eſt reſpectu eiuſdẽ,ſed eſt ſurſum qdem reſpectu
F aquæ & terræ,deorſum aũt eſt reſpectu ignis. unde hmõi
motus non ſunt contrarij,quia non ſunt ad contraria loca,
ſed ad eũdẽ locũ qui.ſ.ſupereminet aquæ,& ſubſidet igni.
Et ex hoc pulchre colligi põt,ꝙ ſimplicitas motus,et uni
tas,non attenditur penes principiũ paſſiuum, quod nõ ha
bet nãlem aptitudinem,ut moueatur contrario motu ab il
Penes ꝗd attẽdaᷣ unitas & ſimplicitas motus contra Iohan. lo,qui naturaliter mouetur,ut dicit Iohã. de Ianduno.Sed
intelligitur penes unitatem formæ,mouentis ſecũdum ſpe
ciem in ordine ad unum finem. Et ita licet diſtinctio mo
tuum in genere,attendatur penes diſtinctionem termino
rum in particulari,tamen attenditur penes formas mouen
tes ſpecies diſtinctas,ut mouent ad terminos ſpecie diſtin
ctos,aliter motus ignis,& aeris,eſſent eiuſdem ſpeciei con
trã Cõmenta.& ueritatem. Et ſi motus aſcenſus aeris exi
ſtentis in aqua,& deſcenſus eiuſdem exiſtentis in igne, eſ
ſent ſpecie diſtincti, cum ambo ſint naturales ipſi aeri,ſe
queretur igitur quod uni corpori ſimplici, naturaliter in
eſſent duo motus ſimplices,ſpecie diſtincti, quod eſt con
tra Philoſophum & ueritatem,primo cœli locis adductis.
✲Amplius 6.phyſi.tex.cõ.39.ubi inueſtigauit iam omnẽ
ADDItio diuiſibilitatis motus cauſam,ſiue ſit ex parte moti,ſiue tem
poris,finaliter concludit,ſecutum autẽ maxime hoc diuidi
omnia,ab eo ꝙ mutatur.i.a ſubiectum ꝙ mutatur,nã mo

G
Vide c̃t.6. phy.te. cõ. 49.et.c.66.

ti diuiſibilitas infert uniuerſaliter diuiſibilitatem, in reliquis aut per ſe, aut per accidens, ut dicit Cõmẽ.ibi. Et aduerte hic, ꝙ diuerſitas partium motuum, non facit diuerſitatẽ formarum ſpecificarum, in corporibus cęleſtibus, ſicut in animalibus, quæ ſunt hic, ut dextrum, & ſiniſtrũ, etiam talem diuerſitatem non efficit, ſed bene diuerſitas cẽtrorum facit diuerſitatem in corporibus ſimplicibus, ut diuerſitas ignis & aeris, ſicut.d.C.õmen 2.cœli & mundi.cõ.49.

## *Motus ſpecificatur a terminis.*

Propõ 23.
Limitatio ꝓpõnis.

PROPOSITIO iſta elicitur de mente Phi 5.phy.tex.cõ.21. Intelligo ꝙ non in omnibus diſpoſitionibus motus principaliter inſequitur naturam terminorũ, ſed ſolum quo ad illas diſpoſitiones, quæ primo inſequuntur ipſos terminos. ✲ Amplius ꝓ opione mea facit.tex.70.in 3.phy.ubi Ariſto.dicit ꝙ infinitum non eodem modo reperitur in motu, tempore, & magnitudine, ſed tempus eſt infinitum propter motũ, & motus propter magnitudinẽ, & dicit quia prius eſt in magnitudine in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur. unde lucidiſſimus Them. ibi exponit ſubiectũ motus, oĩs.n.motus, ſiue localis, ſiue augmenti, ſiue alterationis, in magnitudine quæ corpus eſt tãquam in ſubiecto fundatur, et ita exponit etiam Cõmen.ſi enim intelligatur de termino, falſum eſt, alterationẽ eſſe in magnitudine. Amplius ſtat motum eſſe continuum, licet ſpatium ſuper quo fit, ſit interruptum, ut patet ex ſententia Phi in 5.phy.tex.cõ.23.ubi habet. continue autem mouetur, ꝙ nihil aut pauciſſimum deficit rei, & nõ tempori, ubi (ut notat ibi lucidiſſimus Themiſtius) continuitas motus, non omnis hinc prouenit uidelicet ex ſpatio. nam illo quidem mõ, decurſus equorũ in ſtadio, laceſſitus erit, & diſſitus. num igitur rectius fuerit continuationem motus, ex ſerie temporis accipi, ita ut his uideat̃ continuus, qui nihil tẽporis interceperit, nam rei quidem, per quam fit motus hiare aliquid, atꝗ intermitti poſſe pars uidetur, & tñ nihilominus iugis & continuus motus, intelligitur. Nam cõtinuitas, & diuiſibilitas, in infinitũ competit motui, intimius per ſubiectum motus quam ratione terminorum, ſicut colligitur de mẽte Philoſophi in 6.de phyſico auditu.tex.cõ.39.ubi dicitur. ſequutum eſt autem maxime hoc, diuidi omnia, & infinita eſſe, ab eo quod mutatur.i.ab ipſo ſubiecto, quod mutatur. unde licet motus, poſſit dici diuiſibilis, rõne terminorum, tamen hoc primo non habet motus a terminis, ſed a ſubiecto, quod oſtẽditur, quia quilibet motus, inquãtum motus eſt, habet ſubiectum diuiſibile. nam quod mouetur, partes habet, ut demonſtratum eſt 6.phyſi.tex.cõ.32. Indiuiſibile enim, nullo mõ motus per ſe moueri poteſt. Non tamen quilibet motus eſt ad terminos, per ſe diuiſibiles. Nam licet termini motus ad quãtitatem, & ad locum ſint diuiſibiles per ſe, motus tamẽ alterationis terminatur ad qualitates, quæ non diuiduntur niſi per accidẽs, ut dicit Ariſto.in 6.phy.tex.cõmen.37. Et Cõmen.3.cęli cõmen.8.ubi uult ꝙ diuiſibilitas cõpetit qualitati per aſſimilationem, & quantitati eſſentialiter. Et eodem modo ſimplicitas motus, licet competat motui, & ratione ſubiecti, & ratione termini, ſiue ſpatij, intimius tamen competit propter ſubiectum, ꝗ̃ propter ſpatium, ut recte opinantur Auerroes & magnus Alber.ſuper primo cœli, & mũdi.tex.cõmen.5. Licet beatus Thomas oppoſitum teneat ibi, propter propoſitam propoſitionem, quæ dicit, ꝙ motus ſpecificatur a terminis, motus enim ut dicit Cõmen.in 5.phyſi.tex.com̃.9.non differt a termino motus, niſi ſicut perfectũ a diminuto. Amplius uidetur eſſe mens Ariſt. in 5.meta.tex.cõmen.18. & eſt capitulum de quanto.ubi Ariſto. declarando quomodo motus & tempus dicuntur continua, & quanta. Dicit, alia uero ut tempus, & motus. etenim huiuſmodi quædam quanta dicuntur, & continua, eo quod illa diuiſibilia ſunt, quorũ ſunt hæ paſſiones. Dico autem, non quod mouetur, ſed per quod motum eſt. ubi expreſſe determinat per opinione diui Thomę. Et licet iſtud problema ſit ſatis arduum, & difficile. Nam ubi eſt diſcordia in philoſophia, inter Auerroem & Thomã, difficile eſt uidere ueritatem, præſertim concurrente ſententia Alberti, qui fuit re, & cognomento magnus. Tamen dicã id quod mihi uidetur in tam ardua quæſtione, pro ueritate perſcrutanda, ſicut eſt natura Philoſophi. 2.meta. tex. cõmen.15. Ariſto.enim in ſecũdo de generatio. & corruptio.ſuper tex.com̃.62, de cõpoſito mouet hanc quæſtionem, de motu dicens. Cõtinuus autem motus, utrum quia quod mouetur continuum eſt, aut in quo moueť, uelut locum. Dico autem paſſionem, & ſoluendo inquit. Manifeſtum autem utiꝗ, quia in eo quidem, quod id quod mouetur, quomodo enim paſſio continua eſt, niſi quia res cui accidit, continua eſt; Si autem & hoc, eo quod in quo ſolo loco exiſtit. magnitudinem enim aliquam habet, huius autẽ, quod circulo ſolum continuũ, quo circa idem ſibi ipſi ſemper continuum. hoc igitur eſt quod facit cõtinuum motũ, quod in circuitu corpus fertur. motus autem tẽpus. Et beatus Doctor ibi exponendo, expreſſe dicit, quod manifeſtũ eſt, quod motus cœleſtis eſt continuus, quia id quod mouetur, eſt continuum, & non quia locus in quo eſt motus, eſt continuus. quia primus orbis nõ eſt in loco per ſe, nec eſt motus cõtinuus ab eo loco, in quo mouetur, motus.n. in genere non habet continuitatem ab eo, in quo moueť, quia aliquando eſt motus in paſſione, quæ non eſt continua, niſi per accidens, quia id cui accidit eſt continuum. Si autem aliquis motus habet cõtinuitatem ab eo in quo mouetur, hoc ſolum habet motus localis, quia locus habet aliquam magnitudinem, ſed nec omnis motus localis, ſed circularis, quia quod mouetur circulariter eſt idem ſemper, & ſeipſo cõtinuum. Et ideo facit motum ſempiternum, & continuum, & motus ſempiternus facit tempus ſempiternum. Et ita etiam dicit Cõmen.ibi in cõmento. Et Albertus, & omnes. Et ideo bene dixit Cõmen. & Alber. in primo cœli.ſuper tex.cõmẽ.5. quod ſimplicitas motus, principaliter cauſatur ex ſimplicitate magnitudinum motorũ, ut quia magnitudines ſimplices motæ ſunt duæ, ideo motus ſimplices ſunt duo. Amplius motus etiam diſtinguitur a mutatione, & per ſubiectũ, & per terminos. per ſubiectum quidem, quia ſubiectum motus eſt in actu: ſubiectum autẽ mutationis, eſt in potentia, quia quod mouetur eſt, & quod generatur non eſt. 5.phy.tex. com̃.8. per terminos autem, quia motus eſt de affirmato in affirmatum, ſed mutatio eſt de affirmato in negatum, aut econtra. ſunt enim primi termini mutationis oppoſiti ſecundũ affirmationem, & negationem, & tamẽ magis per ſe & intima cã diſtinctionis, inter generationẽ & motum, eſt illa quæ ſumitur ex ſubiectis, quam illa quę ſumitur ex terminis, quia quod generatio ſit ex ſubiecto ente in potentia, hoc per ſe competit ſibi: ſed quod ſit ex non ente, hoc eſt per accidẽs. Nam primo phy. priuatio eſt prĩcipium generationis, per accidens. materia autẽ, & forma, ſunt principia gñationis per ſe. Et hoc tenet Cõmẽ.5.phy.cõ.8. licet Scotus, & ſequaces oppoſitum teneant in hoc. ✲ Amplius Cõmen. 7.phy.cõ.29. dicit ꝙ ſimplicitas motus nõ attendit̃ principaliter in motu, qa fit per breuiorẽ lineã ad medium mũdi, uel a medio, qa large dicit̃ lineã rectam eſſe breuiſſimã, nam linea recta & curua, non ſunt comparabiles, qa ſunt diuerſarum ſpecierum. Amplius Cõmen.in 4.cęli.cõ.32. dicit ꝙ ſi terra moueret̃ ad medium, ſm ꝙ medium ẽ extremum lineæ rectæ, & interim grauis eſſet, id quod mouetur ſm lineam rectam, poſſibile eẽt inueniri corpus grauius ipſa, deſcendens ſub ea. Amplius etiã motus prius, quantum ad denominationẽ, attribuit̃ mobili, ꝗ̃ terminis, aut motori. unde Com̃.5.phyſi.cõ.3. inquit. motus in ſua ſubã ex iſtis tribus integrat̃, uidelicet ſubiecto, termino a quo, & termino ad quem. & primum quod diſponitur ꝑ motum, ex iſtis tribus ẽ ſubiectũ, deinde terminus ad quẽ & poſtremo terminus a quo. unde non oportet ꝙ omnes diſpoſitiones competentes motui, prius competãt motui per terminos, ꝗ̃ per ſubiectum, ſed ſolum illę quæ primo inſequuntur motum, merito terminorũ. Et ideo uidet̃ mihi, ꝙ magis intima, & prima cauſa cõtinuitatis motus, & diuiſibilitatis, & ſimiliter ſimplicitatis generaliter, ſumĩ debet ex ſubiectis, ꝗ̃ ex terminis, quia non quilibet per ſe terminus motus, ẽ per ſe diuiſibilis, ſed bene q̃dlibet ſubiectum cuiuslibet motus ẽ per ſe diuiſibile ſm naturales. Vnde Ariſt.in 2.de generatione, & corruptio.tex.cõ.52. dicit ꝙ magis nãliter loquuti ſunt, qui aſſignauerunt principium materiale generationis, ꝗ̃ illi qui aſſignauerunt formam. & Cõmen.ibi reddit cauſam, quia forma cum inuenitur, ceſſat trãſmutatio. ✲ Confirmatur. qa motus materialiter ſumptus, pertinet ad naturalem, formaliter autẽ ad logicum. 3.phy.cõ.4. & 5.phy.cõ.9. Vnde Ariſto.in primo de aĩa.tex.cõ.16. uult diffinitiones naturales, darĩ per materiam, & diffinitiones datas per formam, appellat dialecticas, quia dialecticus diffinit per formam. qui igit̃ inueſtigant ſimplicitatẽ, & cõmunitatem a terminis, magis dialectice loquuti ſunt. Et qui ſcrutantur iſta ex ſubiectis, magis phyſice. Ad auctoritates aũt Philoſophi. 5. meta.cap.de quãto. reſpondeo, ꝙ ibi loquitur de motu, ꝓ quanto eſt in pręd icamento quãtitatis, & ſic uerum eſt, ꝙ per ſe habet hoc a termino, non a ſubiecto. Nam 3.phyſi. tex.cõ.4. quot ſunt ſpecies entis, totidem & motus.

ADDitio
H
Motᵒ ꝙ ſit diuiſibil' ꝑ hꝫ a ſubto.
ADDItio
Vid̃ ꝓ hoc c̃t Auer. i ꝑ de aĩa i.ca. 38.ubi uult
I
ꝙ ĩ ſolo motu locali iuenit̃ motᵒ eẽntial'r oĩbus modis, ſꝫ alteratio aliq̃ mõ ẽ i alterabili eſſential'r, & aliq̃ mõ ẽ i eo accñtal'r qa albedo nõ trãſmutat̃ i nigredinẽ, qa ſit ꝑ ſe diuiſibilis, ſed qa corpᵒ ꝙ alterat̃ ẽ ꝑ ſe diuiſibile.
Opĩo beati Tho.
k
Opĩo ꝓp̃a & peripatetica.
L
M
ADDItio
A
ADDItio
B
Soľo ad auctoritatem phi i.5.me.

## *Vni vnum dicitur eſſe contrarium.*

Propõ 24.
Limitatio ꝓpõnis.

PROPOSITIO iſta eſt Philoſophi. 10.meta.tex.cõ.14. ubi iſta ꝓpoſitio demõſtratur, ut uult ibi Com̃. licet Ariſto. utatur ea, ut ſuppoſitione in primo cœli, & mundi.tex.cõ.10. Nam non inconuenit, ꝙ id quod demõſtrat̃ in ſcientiã diuina, ſit ſuppoſitio in naturali phia, ſicut etiam eſſe ſubſtantiarum ſeparatarũ, demonſtratur in ſcia naturali, & eſt ſuppoſitum in ſcia diuina. Propoſita tamen propoſitio, ab Auerroe duabus conditionibus limitatur, in 8.phy.in cõ.62. prima quidem, ꝙ ſit maxima diſtãtia, unde maxima diſtantia, unum contrariatur uni tãtum, ut albedo nigredini. talis autem eſt extremi ad extremum. & iſta uidetur ratio Phi ibi. Nihil tamen, propter hoc prohibet, ꝙ uni & idem plura ſint contraria, ſed unum erit cõtrarium ut extremum, & aliud ut me diũ. auaritiæ enim aduerſatur liberalitas, & etiam prodiga litas. medium enim inter extrema, licet ſit unum ſm ſubiectum, tamẽ pro quãto comparatũ ad unum extremorũ, ſubit rõnem alterius, ſic quodãmõ eſt duo, & cõtrariari põt duobus. Secũda cõditio eſt, ꝙ uni unum eſt contrariũ, ſm unum modum, tñ diuerſis modis unum poteſt plura habere contraria. Nam motui contrariatur motus, & contrariatur etiam quies, tñ alius modus oppoſitionis, inter motum et motum, & alius inter motum, & quietem. ✲ Genitum opponitur corruptibili contrarie, & ingenito contradictorie, primo cœli Simplicius in.113. uide etiam Alexan.in 2.topi.in cap.20.in loco qui eſt ex coniugationibus cõtrariorum, ubi Phs infert. Palam autem, qm̃ eidem ſimul contraria accidit fieri, nam & ei ꝙ eſt amicis benefacere, ei ꝙ inimicis benefacere, & id q̃d eſt amicis male, contrarium eſt. ubi Alexan. dicit, ꝙ quãdo hoc ſumitur ſimpliciter, ſic uni unum eſt contrariũ, ſed qñ non intelligitur ſimpliciter, non incõuenit, uni plura eſſe contraria, nam aliquid ſm aliud & aliud, licet numero ſit idem, põt plura habere cõtraria. nam eadem nix numero, alba & frigida eſt, & habet calorem, & nigritiam cõtraria, reſpectu alterius, & alterius, ſic & in ꝯiugationibus cõtrariorum, ſecundum aliud huic, amicis eſt benefaciẽdum, contrariatur iſta, amicis eſt malefaciendum: & ſecundum aliud iſta, inimicis eſt benefaciendum. nam in prima eſt cõtrarietas prædicatorum contrariorum, reſpectu unius, in ſecunda uero coniugatione eſt, quia contrarijs ſubiectis attribuitur idem prædicatum.

C
ADDItio

## *Finitum eſt, cui poteſt fieri additio.*

D
Propõ 25
Propõ nõ eſt ulr uera.

VVLGATA nimis eſt ꝓpoſitio, ſed non eſt uniuerſaliter uera. non enim omni finito additio fieri poteſt. Nam circulus, figura finita eſt, non tamen ſibi additio fieri poteſt, primo cœli.tex.cõmen.12. & 2.cœli tex.com̃.23. quod aũt circulus ſit figura finita, manifeſtum eſt, quia eſt uno contenta termino. Sed eſt obiectio. nam Ariſto. primo cęli. ubi ſupra, probat ꝙ nulla linea recta, perfecta eſt. nam ſi infinita fuerit, caret fine, & per conſequens perfectione. ſi autem fuerit finita, imꝑfecta eſt, quia recipit additionem. Niſi eſſet, quod illa non ꝓcedit ex ratione formali finitatis, inquantum finitas eſt, quia tunc quodlibet finitum, eſſet imperfectum: ſed procedit, ut concernit materiam, puta magnitudinem iunctam rectitudini, talis enim eſt, cui additio fieri poteſt. Sed tũc iterum eſt difficultas, quia ſi infinitum, quatenus infinitum imperfectũ, cum motus cœli circularis ſit infinitus, tũc igit̃ eſſet imperfectus.

Obiectio.
Solutio.
Dubium.

Dixerunt quandoꝗ quidam ad hoc, ex amicis noſtris, ꝙ motus cœli non dicitur eſſe perfectus ea ratione qua eſt infinitus, ſed alia ratione, quia coniungit finem cum ſuo principio. & iſta uidetur eſſe ratio Ariſto. in 8.phyſi. & in 12. meta. Sed iſta ſolutio ſtare nõ poteſt. nam licet uera ſit, ratio illa adducta per Philoſophum, nihilominus nũquam Ariſto. fateretur motum cœli eſſe imperfectum, ex parte qua caret fine: ĩmo iſta eſt alia ratio, ad eandem concluſionem, ut eſt uidere tex.com̃.75. ubi habet textus. Amplius autem prior eſt, quem contingit perpetuum eſſe, non contingente, & ut inquit ibidem. prius autem, & natura, & ratione, & tempore, eſt perfectũ imperfecto, corruptibili autem incorruptibile. unde iſta eſt ſine dubio, alia ratio a ꝑdicta. nam ex hoc, ꝙ motus circularis cœli, poteſt eſſe perpetuus ideſt infinitus in duratione, eſt perfectior quocunꝗ non contingente, ideſt non potente habere perpetuitatem. Et ratio eſt, quia perpetuum natura, rõne, & tẽpore prius eſt non perpetuo, et corruptibile, incorruptibili. Et ideo dic reſolute in hac materia, dum quæritur an infinitum ratione, qua infinitum ſit imperfectum diſtinguendo. nam q quæſtionem multiplicem, ut unam interrogat, aut male interrogat, aut captioſe interrogat. Dico ꝙ duplex eſt infinitas, quædam enim eſt ex materia, & quædam eſt a forma. licet Ariſto. uideatur dicere 3.phyſi.tex.cõmen, 60. & 65. q̃d materia eſt infiniti, & forma eſt cauſa finitudinis. Vbi aduerte, quod infinitas in diuiſione magnitudinis, phyſice loquendo, eſt a materia. & ideo Cõmen. inquit in 3.phy. quod naturalis conuenit cum geometra, in hac propoſitione, dicente continuum eſt diuiſibile in infinitum, quia diuiſibilitas in infinitum, competit magnitudini, ſiue ſit in materia, quemadmodum contingit dum a phyſico conſideratur, ſiue abſtrahat a materia, ſicut accidit, dũ a geometra ſpeculatur. Sed non conuenit in hac propoſitione, quæ dicit, continuum eſt augmentabile infinitũ. quia ire ad augmentum, eſt ire ad formã. & a forma eſt finitudo & terminatio. infinitas igitur cõtingens magnitudini permanenti, eſt a materia, & atteſtatur imꝑfectioni. & finitas eſt a forma, & atteſtatur perfectioni. Quædam autem eſt infinitas inſequẽs formam, & iſta poteſt dici infinitas actionis, in duratione, & talis prouenit a forma liberata a materia, & iſta arguit perfectionẽ. nam ꝙ operatio alicuius formę ſit finita in duratione, hoc ꝓuenit merito, quo eſt forma in materia cui. ut ſic accidit, ꝙ ſit conſtituta in eſſe per ſubtũ. Vnd Cõmen.in 2.cęli & mundi.in cõ.38. cauſa abſciſſionis eſſe cõtinuitatis, & æternitatis, eſt materia. Non enĩ eſt dignũ, ut inquit Aui. ut forma, quę eſt in mã, perpetua ſit. unde Cõmen.12.meta.cõ.41. uult quod æternitas, & infinitas motus cœli, eſt a motore tantũ. nam in cœlo, ut ingt, nulla alia eſt potẽtia, niſi ad quietem. & ideo cœli motus de ſe ẽ poſſibilis, & aliunde conſequitur ſuã neceſſitatem, & ꝑpetuitatẽ eſſendi, uidelicet ab ipſa intelligẽtia mouẽte,

Soľo alior̃.
Impugna.
E
Soľo ꝓpria.
Duplex eſt infinitas.
F

Nota ex eo quod ait hic determinationem fieri a forma probat paulus Soncinas in queſtionibus in lib. 9 ad ... de quamateria difficultas eſt lib. 1 de ortu corp. ubi queritur an auctio fiat ...

*G* *Inſtantia.*

quæ non eſt conſtituta in eſſe per ſuum ſubiectum. Sed ſi inſtes Ariſt. iſto modo arguere uidetur, ꝙ linea recta, qa finita eſt, poteſt recipere additionē, & ideo ē imperfecta: linea uero infinita, quia caret fine, caret perfectione, ergo oē infinitum, quatenus infinitum, imperfectum ē. Et etiam ex hoc ſequi uidetur, ꝙ omni finito quatenus finitum eſt, poteſt ſibi additio fieri.

*Solutio.*

Niſi eſſet, ꝙ rōnes illæ Philoſophi ꝓcedunt ſm mathematicā rationem. nam licet Cōmen. dixerit in ſecūdo cœli, & mundi. cō. 59. ꝙ demōſtrationes doctrinales non ſunt innatæ poni in ſcientia nāli. & eſt etiā doctrina Ariſto. in primo poſteriorum analyticorū, ꝙ nō licet demonſtrantem tranſcendere de genere in genus. nā ut inquit Cōmen. 4. cœli. cō. 20. demōſtrationes naturales debent eſſe ex cauſis naturalibus. unde in hoc plerūq; taxantur antiqui, & Plato ab Ariſto. quia uoluerūt reddere cauſas rerum ſenſibiliū, ex rebus & cauſis mathematicis, & intelligibilibus. Tū aduerte, ꝙ ſunt aliq̄ cāæ, ꝗ q̄dāmō ſunt naturales, quodammodo ſunt mathematicæ. accidit enim cauſis mathematicis. ſ. propinquis in matheſi, ut ſint cauſæ primæ plurium rerum naturalium, ſicut accidit ſciētijs ſubalternantibus cum ſubalternatis, ſicut arithmetica cum muſica, & geometria cum perſpectiua, ſicut teſtatur Cōmen. in. 8. phyſi. in cō. 76. & in. 3. cœli, & mundi. cō. 6.

*Diu° Tho.* *H*

unde etiam in caſu noſtro diuus Tho. in primo cœli ſuper expoſitione tex. cō. 2. & clarius in lectione tertia, in expoſitione tex. cō. 5, inquit reſpondēdo ad obiectionem factam contra Ariſto. qui probauit duos eſſe motus ſimplices, qa „ ſolum duæ ſunt magnitudines ſimplices, cum hoc mediū „ ſit mathematicū, inquit. „ Sed dicendū ꝙ ſcientia ꝗ ſe habet additione ad aliā, utiē principijs eius, ſicut geometra utitur principijs arithmeticæ. Magnitudo enim ſe h3 per additionem ſupra numerū, unde punctus dicitē eſſe unitas poſita, ſimiliter corpus naturale addit materiam ſenſibilem, ultra magnitudinem mathematicā, & non eſt incōueniens, ſi nālis in ſui demonſtrationibus utatur principijs mathematicorum. non enim eſt oīno aliud genus, ſed quodammodo ſub illo continetē.

*Coarctatio dicti Tho. ſm Cōmē.*

Qđ dictū diui Thomæ moderandū ē, nam certum eſt, ꝙ ſcientiæ naturales nō ſunt ſubalternatę mathematicis, ut patet ex. 6. primæ phiæ. tex. cōm. 2. ſunt enim tres ſcientiæ ſpeculatiuæ, diuina, naturalis, & mathematica, nō ſubalternatim poſitæ, ſed diſtinctę penes diſtinctos modos abſtrahendi, & diffiniendi. ſed debet intelligi ſicut dixit Auer. in illis. ubi contingit ꝙ cāę ꝓpinquę in matheſi ſunt cauſæ primæ. i. remotæ reſpectu eorū quæ ſunt in naturali philoſophia, quia eædem ſubiecto ſunt lineę naturales, & mathematicæ, ſed alia ratione formali conſiderantur in naturali philoſophia, & alia in mathematicis. ✻

*I*

*ADDItio* {Similiter definitio lineæ quæ eſt longitudo ſine latitudine, eſt ſecundū geometricam imaginationem, ſed non eſt ita in ſenſu. ita dicit Philoſophus & Cōmen. in primo priorū. tex. cō. 24.} Quo ad accidentia igitur inſequentia magnitudines, cōmunicāt iſtæ ſcientiæ, & quia talia prius fluunt ſm naturam a magnitudine ſimplici, ꝗ3 a magnitudine, ut eſt in materia. ſic enim entia naturalia, & magnitudo naturalis ſe habent per additionem, ad magnitudinem mathematicam. unde Cōmen. 3. cœli & mundi. cō. 6. inquit in fine cōm. ꝙ cauſa diuiſionis qualitatum, eſt quantitas in eo ꝙ quātitas, & ita mathematicus dicit ꝙ magnitudo recta eſt imperfecta, quia ē, aut finita, & ſic recipit additionem, uel infinita, & ſic caret fine. Figura autem, & magnitudo rotunda, eſt perfecta, quia coniungit finem ſuo principio. Non tamen ſm naturalem conſiderationem omni finito poteſt fieri additio, ſm rē ipſam, quia res naturales ex hoc ſunt finitæ, quod habent formam, & ab ea eſt terminatio. unde ut bene notauit Cōmen. in hac propoſitione naturalis non concordat cum geometra, ꝙ continuum eſt augmentabile in infinitum, quia ire ad augmētum, ē ire ad formam a qua ē terminatio, & finis.

*Notabile.*

Nec uideatur tibi mirum hoc, quia multa uerificātur ſm unā conſiderationem, in aliqua ſcientia, quæ tamen in alia ſcientia quæ procedit ſm aliud genus abſtractionis, non uerificantur de eodem. nam dum ens diuiditur ſecundum diuiſionem demonſtratiuam, non incōuenit ut una & eadē res ingrediatur duas, aut plures artes, ut colligitur de mente Philoſophi 2. phy. tex. cō. 18. et ē etiam ſententia Auer. in. 2. phy. in cōm. 61. naturalis dicit, ꝙ motui circulari nullus motus poteſt eſſe contrarius, & tamen mathematici in motibus circularibus imaginarijs factis ſuper eiſdem polis & eodē axe, ſub oppoſitis modis ponunt cōtrarietatem, quia ſe impediunt, ut expreſſe dicit Cōmē. in primo cœli & mundi, in cōm. 32.

*K*

*ADDItio* {✻Similiter dici poteſt, ꝙ rectum & rotundū ſunt contraria, ut dicit Ariſt. primo phy. 41. in figura, licet 3. cœli. 75. dicatur contrarium, & licet Cōmen. dicat ꝙ illud eſt ſecūdum famam, & in primo aſpectu. & Them. dicit ꝙ illud eſt ad hominem, quia Democritus talia pro contrarijs accipiebat. poteſt tamen dici, ꝙ illud eſt mathematice, licet phyſice rotundo nihil ſit contrarium.} Similiter mathematici imaginantur corpus ſphæricum, motum ſuper plano, contangere illud in puncto, ſed naturalis negat contactum corporum fieri in puncto, ut patet primo de anima. tex. cō. 13. Et ſimiliter Logicus dicit quantitati non eſſe contrarietatem. Et tamen naturalis, qui dicit motū eſſe de contrario in contrarium ponit in prædicamento quantitatis eſſe contrarietatem, & uerum non contradicit uero. ſed hoc eſt ſecūdum diuerſas rōnes, & abſtractiones.

*L*

Similiter mathematici inſequentes imaginationem, quę eſt fundamentum ſuarum propoſitionū, dicunt, ꝙ ubi datur maius, & minus, ibi dat æquale, & tamen, hoc naturalis dicit non habere ueritatem uniuerſaliter, quia datē corpus in natura minus luna, & datur corpus maius, & tamen non datur æquale. Sic igitur in ſimili nō cuilibet finito additio fieri poteſt, naturaliter loquēdo, nec quodlibet tale imperfectum ē. Ex his igitur modo intelligere potuiſti, quomō infinitas in duratione perfectioni, atteſtatur & non imꝑfectioni, quia inſequitur uim formæ, nō uim materiæ, qualis erat infinitas in magnitudine.

*Dubium.*

Sed ē difficultas de finitate, & infinitate uigoris, an talia atteſtentē perfectioni, aut imperfectioni, & utrum cuilibet finito, ut ſic, poſſit fieri additio, & an quodlibet tale ſic finitū, imperfectū ſit. Et præſertim hoc difficultatem habet in intelligentijs apud Philoſophum.

*Solutio.*

Et ad hoc quādoq; Auer. conatus eſt cito aufugere difficultatē, innuēdo in 8. phy. cō. 79. q: in talibus nō non ē finitum, nec infinitū. finitum enim & infinitum ſolū de corporibus dici poſſunt. Ratio autem ē, qa primo phy. tex. cō. 15. ratio finiti & infiniti, ſoli quātitati congruit.

*M* *Impugna.*

Sed illa ſolutio eſt una fuga. nam certum ē in uia Ariſt. ꝙ ſpecies entium ſunt inæquales, in perfectione & uigore. nā ſunt ſicut numeri, ut dicit ex mēte etiā Platonis in. 7. met. tex. cō. 10. & ſm ipſum. 10. met. tex. cō. 7. in omni genere eſt unum primum, quod ē metrum & menſura oīum, quę ſunt in illo genere. & in 2. primę philoſophiæ. tex. cōm. 4. unūquodq; ē maxime tale, propter quod alijs ineſt uniuocatio, ſimiliter indiuidua in eadem ſpecie ſm Ariſto. ſunt equalis perfectionis. unde 3. meta. tex. cō. 11. in indiuiduis eiuſdem ſpeciei, non eſt hoc prius, & illud poſterius. unde non negaret Ariſto. quin in abſtractis ſubſtantijs, ſit inæqualitas in ꝑfectione. & hoc teſtatur etiā Cōmē. 12. met. cō. 44. & in 3. de aīa. cō. 19. & in libro deſtructio deſtructionum diſputa. tertia. in ſolutione. 18. dub. Immo etiam ipſe Auer. ab ipſa tandē ueritate coactus mutauit reſpōſionem ad illam obiectionē motam, in. 8. phy. Et diſtinguit finitatē, & infinitatē, in duratione a finitate, & infinitate uigoris, ut patet in 3. cap. de ſuḃa orbis. et in. 2. cęli, in cō. 71. expſſe teſtatur in cōſimili dubio, ꝙ qn̄ nō fuerit facta talis diſtinctio, tūc accidit iſta perplexio.

*ADDItio* {✻Si qs aūt ſuſtinendo illam ſolōnem Auer. in 8. phy. c. 79. dicat illā eē ex mente Phi in. 3. phyſi. tex. cōm. 35. ubi arguit cōtra antiquos. ꝙ non poteſt eſſe aliqua ſuḃa infinita, ſeparata a ſenſibilibus quia



*A*

quia finitum & infinitū ſunt paſſiones numeri, aut magnitudinis, dic ꝙ arguit ad hominē, quia antiqui & ipſe, ut patet in illo tex. loquuntur de infinito, ut eſt imperttranſibile.} Conceſſa igitur iſta diſtinctione, quicquid aſſerant Philoſophi de altero mēbro, uidelicet, de infinito in uigore. dico ꝙ entia finita in uigore, quæ ſunt citra primū, non poſſunt recipere additionem ſecundū rem in propria natura, quia unūquodq; ens emanat a primo principio, ſecundū ꝙ eſt aptum natū emanare, & non aliter. unde diſtantiæ entium in hoc ſunt ualde diuerſæ. ut ſcribit Cōmē. in. 2. cœli & mūdi. in cō. 63. & ideo talia ſunt perfecta in genere, ſed nō ſunt perfecta ſimpliciter, quia perfectio ſimpliciter nō cōpetit niſi Deo glorioſo, ſicut dicit Cōm. 5. meta. in cap. de perfecto. tale autē eſt ens infinitū in uigore, quicquid in hoc ſenſerint Philoſophi, nō nobis curæ de hoc. Sic igitur infinitum in duratione, nō arguit imperfectionem, nec proprie loquendo dicitur ex priuatione finis, qui eſt perfectio, ſed potius ex priuatione ultimi. unde. 2. phy. tex. cōm. 23. deriſorie appoſuit dicere hunc finem, cuius quidē cauſa factus eſt. uult enim non omne ultimum eſſe finem, ſed optimum, ſed infinitū in magnitudine, dicitur ex priuatione finis, qui eſt perfectio, quia tale inſequitur potentialitatem materię, ab illa enim progreditur, ut patet. 3. phy. tex. cōm. 65. infinitū etiam in uigore ſecundum theologos, & ueritatem nullam potentialitatem inſequitur, quia eſt proprietas, uel modus primæ formæ, qui eſt Deus ſublimis.

*B*

*Propō. 26.*

## *Grauiſſimum omnium, quod eſt in medio.*

PROPOSITIO Iſta eſt Philoſophi in primo meteororū. terra. n. eſt graue ſimpliciter, quia reſidet ſub omni corpore, ut patet. 4. cœli & mundi. tex. cōm. 26.

*Intellectus propōnis.*

Intelligitur inter corpora ſimplicia, ſed fallit cōparando eam ad corpora mixta, quia datur aliquod mixtū, grauius ipſa terra, ut plumbum. Gloſſa eſt Auer. in. 3. cœli, & mundi. in cō. 9. ubi inquit, ꝙ ſimplicia nō ſunt eiuſdem naturæ adinuicem, nec ſimplicia cū compoſitis, ſicut nec ipſa compoſita inuicem cōparata. nam quantitas minor terræ, grauior eſt, & plus ponderat aliqua maiori aquę, & aliqua pars minor plumbi, plus ponderat maiori certa terræ, & aurum plus ponderat plumbo. ita etiā ſcribit Auer. in ſuo tracta. de theriaca. Nā grauitas aquæ, eſt grauitas cōparatiua, ſed grauitas terræ, eſt grauitas abſoluta. Et ſimiliter grauitas plumbi eſt alterius naturæ a grauitate terræ, quia illa eſt grauitas cōpoſiti, ſed grauitas terræ eſt grauitas ſimplicis. plumbū enim, ex mixtione acquirit maiorē grauitatem, ꝗ3 ſit in ipſa terra, quia habet grauitatē terræ, & aquæ.

*C*

Vel ex mixtione multa reſultant, quæ non ſunt in miſcibilibus. unde theriaca habet multas nobiles operationes, quas non habent ſimplicia, ex quibus componitur. Auer. etiā in. 1. canticæ. cōm. 13. inquit, ꝙ primæ qualitates, aliter attribuuntur elemētis, & aliter animalibus, & tēpori, & loco.

*Dubium.*

Sed dices, ſi mixta mouentur ab elemento dominante, & propter ꝙ unumquodq; tale, & illud magis. uidetur igitur ꝙ ipſa elementa ſunt maioris grauitatis, ꝗ3 mixta, & ita plumbū non erit grauius ipſa terra.

*Solutio prima.*

Niſi eſſet ꝙ in mixto reſidente circa medium, dominantur quo ad molem terra, & aqua, ut teſtatur Ariſt. in. 4. meteororum, & ſic ex utroq; fit una cauſa totalis, & ita grauitas terræ eſt minor illa quæ eſt in plumbo.

*Solutio ſecunda.*

Aut alter grauitas terræ, & ſimplicium, dicitur ſumma intenſiue, & quia eſt principiū grauitatis. In alijs tamen, nō plus ſemper grauitat terra cæteris paribus, ꝗ3 mixtum. unde aqua eſt intenſiue frigidior opio, tamen plus infrigidat opium, ꝗ3 aqua, & flāma eſt calidior intenſiue ferro ignito, nō tamen plus calefacit. Actio enim inſequitur multitudinē formæ, quæ pluris eſt in pluri materia. grauisſimū ergo omniū eſt inter ſimplicia elemētum terræ, quoniam dum eſt extra locum ſuum, mouetur ad concauū aquæ, non ſecundū ꝙ eſt finis aquæ, ſed inquātum eſt mediū totius. nam niſi ita eſſet, ſequeretur ꝙ in quacunq; diſtantia eſſet aqua, terra moueretur ad aquā, ſicut ferrū ad magnetem, quod tamen nō uidemus, ut ſcribit Cō. 4. phy. cō. 42.

*D*

Ratio aūt eſt, quia ſuperficies concaua aquæ, nō eſt locus formalis terræ, abſolute cōſiderata, ſed ut concernit talē & tantam diſtantiā a cœlo, et a polis mundi. unde ſi aqua eſſet in loco in quo eſt aer, terra nō poſſet locari ſub concaua ſuperficie eius, nec partes terræ mouerentur ad totū, ut dicit in ſimili Ariſt. in 4. cœli, & mūdi. in tex. cō. 22. ꝙ ſi terra eſſet ſub luna, partes nō mouerentur ad totū. nam ſi partes terræ mouerentur ad totam terrā, non mouerentur ad totū ratione qua totum, ſed ratione loci, in quo totū eſt locatum naturaliter. nam idē, eſt locis cōſeruatiuus totius, & partis. Et aduerte ꝙ Cōm. 4. cœli, & mundi. cō. 22. dicit ꝙ Ariſt. uocauit ultimā ſuperficiem aquā, quæ eſt locus terrę, mediū mūdi, & concauū lunæ, quod eſt locus naturalis ignis, appellauit illud ultimum ſiue extremū. nam tex. habet extremum, & medium. ubi habes ꝙ cōcauum aquæ & medium mundi ſunt idem ſubiecto, & non differunt niſi ratione. nam tale nō locat terrā, ratione qua cōcauū, ſed rōne qua eſt mediū totius, & per hoc multas argutias euitabis, de loco terræ.

*Propō. 27.* *E*

## *Elementum eſt ex quo fit aliquid, ut in exiſtente indiuiſibile, ſecundum ſpeciem in aliam ſpeciem.*

ADVERTE ꝙ iſta deſcriptio ponitur ab Ariſt. 5. meta. tex. cō. 4. Extat etiā alia deſcriptio elemēti, poſita ab eodem. 7. meta. tex. cō. ult. ubi dicitur. elementum eſt in quod diuiditur inexiſtēs, ut in materiam, utputa ſyllabæ, ut quod, B, &, A. Extat etiā alia deſcriptio elementi, poſita ab Ariſto. in. 3. cœli, in tex. cō. 31. ubi ſcribit. „ ſit itaq; elementū illud corporū, in quod alia corpora diui „ duntur, quod ineſt potētia, aut actu. hoc enim utro modo, „ adhuc ambiguum eſt. Aduerte igitur, ꝙ ubi eſt multiplicitas, ibi eſt confuſio apud intellectū, ut ſcribit Philoſophus in. 1. cœli, & mundi. tex. cōm. 110.

*Elementa in actu duplicia.*

Scias igitur, ꝙ elementa rerū exiſtentiū in actu, quædā ſunt in actu, & quædam ſunt in potētia, ut ſcribit Cōmē in. 12. meta. cōm. 20. illa elementa dicuntur in actu, quæ diſſoluto cōpoſito remanent in actu, ſicut diſſoluto mixto, dicuntur remanere quatuor corpora ſimplicia ſecundū Auicē. & Auer. unde mixtioni non opponitur corruptio, ſed diſſolutio, ut dicit Cōmen. in. 2. de generatione, & corruptio. in cōmen. 48. mixtio enim, non eſt generatio, ſed eſt miſcibiliū alteratorum unio, ut ſcribitur in fine primi de generatione, & corruptio. Elemēta autem in potētia, dicuntur illa quæ corrupto cōpoſito non remanent actu ab inuicem ſeparata, ſed ſic ſe habent, ſicut ſunt elementa ex quibus componuntur corpora ſimplicia, uidelicet, prima materia & forma, quia in talibus forma corrumpitur, & materia induit aliam formam, unde Cōm. in. 3. cœli. cōm. 31. inquit, quod elementum æquiuoce dicitur de elemētis corporum ſimplicium, quæ nō ſunt corpora, ut prima materia, & forma ſimplex, & de alimentis quæ ſunt corpora, quę ſunt alimēta mixtorum corporū.

*F*

*Differentia eſt iter principium cauſam & elementum.*

Nota etiam, ꝙ ut ſcribit Cōmen. 5. meta. cōm. 4. elementū, principium, & cauſa differunt, quia elemētum ſolum dicitur de cauſis intrinſecis, & dignius dicitur de materia, principiū autem de cauſis extrinſecis. cauſa autem eſt minoris ambitus, ꝗ3 principiū, quia omnis cauſa eſt principiū, non autem omne principium eſt cauſa, quia principiū etiam dicitur de priuatione, quæ eſt principium tranſmutationis, & etiā dicitur de quatuor cauſis, elementum autem ideo ſecūdum Auer. digniori modo dicitur de materia, quia elementū diffinitur per eſſe, id ex quo ſit aliquid, famoſior autem ex ſignificationibus eſt, ut teſtatur Cō. 5. meta. cō. 29. eſt quando dicitur de cauſa materiali, unde etiā materia. 2. phy. tex. cōm. 31. iſto modo deſcribitur, uidelicet, materia eſt id ex quo ſit aliquid inexiſtēte, &

G

aduerte ꝙ materia prima, ſicut eſt prima in uia cōpoſitionis, ita eſt ultima uia reſolutionis, ideo definitio illa data. 5. meta. tex. cōm. 4. præcipue uerificatur de prima materia in uia cōpoſitionis, quia eſt id ex quo fit aliquid, ut in exiſtente & cætera, ſed quia in uia reſolutionis forma corrumpitur, & materia remanet, tunc diffinitio elementi poſita. 7. meta. tex. cōm. ulti. quæ dicit. elementū eſt in quod diuiditur in exiſtens, ut in materiam, nō enim iſto modo cōpoſitum in uia reſolutionis diuiditur in formā, ut in principium inexiſtens, quia in reſolutione forma corrumpitur, & materia remanet, licet ſub alia forma, unde alio, & alio modo diffinitur elementū ſecundū quod diuerſimode apprehenditur ab intellectu, uel in uia reſolutionis, uel in uia cōpoſitionis. ſicut in ſimili duę dātur diffinitiones de cōtinuo, una eſt illa quæ datur in prædicamentis, continuum eſt cuius partes copulantur ad unum terminum, & iſta eſt, conſiderando continuum in uia cōpoſitionis, & talis diffinitio eſt dialectica, quia datur per formam. unitas enim continui, eſt quaſi forma totius, nam. 5. metaphy. tex. commen. 19. ſubſtantia cuiuslibet quod ſemel, ut ſex ſemel ſex, unitas enim atteſtatur formę, quia forma eſt eſſe unum eſſe. Alia autem diffinitio datur de continuo, in uia reſolutionis, & datur per materiā, & ideo eſt naturalis, quia primo de anima. tex. cōmen. 16. phyſicus diffinit per materiam, & dialecticus per formam, & ponitur primo cœli, & mūdi. tex. cōmen. 2. continuum eſt, quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, nam talis diffinitio datur per partes quæ. 2. phyſic. tex. cōmen. 31. reducuntur ad materiam. & Commen. 7. metaphy. cōmen. 33. inquit, prioritas partium ad totum, eſt prioritas materiæ ad formam. Tertia autem diffinitio elementi, eſt reſpectu elementorum quæ ſunt corpora, & illa datur ab Ariſto. tertio cœli & mundi tex. cōmē. 31. ubi dicitur. ſit itaqꝫ elementū illud corporum, in quod alia corpora diuiduntur, quod ineſt potētia, aut actu. hoc enim uero modo, adhuc ambiguum eſt. Et aduerte ꝙ cœlum poteſt dici elementum iſto modo, quia licet non ingrediatur formaliter compoſitionem corporis mixti, tamen eſt de partibus quæ ſunt de integritate uniuerſi, unde Ariſto. in principio tertij de cœlo, & mundo nuncupat ipſum primum elementum, eſt enim principaliſsima pars quæ eſt de integritate uniuerſi. Et aduerte ꝙ elementa quæ ſunt in mixto quandoqꝫ a Philoſophis dicuntur eſſe in potentia pro quanto nō ſunt in eſſe libero in proprijs locis, ſed ſunt in eſſe ligato, unde appetunt ire ad ſua loca, ut patet ſecundo cœli, & mundi. tex. cōmen. 37. ubi Cōmen. ſcribit ꝙ elementa propter contrarietatem quam habent inuicem in mixto tranſmutantur inuicem, & quia non ſunt in ſuis locis appetunt ſeparationem, & reuerti ad ſua loca. Et ex illo loco patet error Thomæ de garbo, in ſumma ſua, & multorum medicorum aſſerentium ꝙ ſi humidum ſubſtantificum æque perfectum reparari poſſet aſsidue quod tunc uita hominis poſſet perpetuari, peccat quidem, ſicut uides ratio per fallaciam conſequentis, quia eſſent adhuc aliæ cauſæ ſuæ corruptionis. nam elementa ſunt in mixto uiolenter, & appetitu naturali appetunt continue ſeparationem, & reuerti ad ſua loca naturalia. modo nullum uiolentum perpetuum, ex ſecundo cœli. tex. Commen. 18. & nullus appetitus naturalis eſt ocioſus in natura, quia Deus & natura nihil fruſtra faciunt, & ideo ſub illa ratione dicuntur eſſe in potentia, quia ſunt ligata. Tum etiam quia ſunt refracta, aut in qualitatibus tantum, ut tenuit Auicen. aut in qualitatibus, & ſubſtantijs, ut tenuit Comment. tertio cœli Cōment. 37. non tamen conuertitur iſta, ꝙ licet omne elementum ſit in potentia in re, cuius eſt elemētum quòd omne quod eſt in potentia in aliquo ſit elemētum illius. eſt enim locus conſequentis, quia uniuerſalis affirmatiua ex primo priorum non conuertitur in terminis, ſed in partem, eſt enim inſtantia ultra hoc, nam fex eſt in potentia in oleo & uino. non tamen dicimus ꝙ eſt elementum

Duæ diffinitiones cōtinui.

H

Cœlū poteſt dici elementum.

Elemēta dicuntur eſſe in potentia in mixto.

I

Contra Thom. de Garbo in ſua sūma, & multos medicos.

eorū. gloſſa eſt Auer. in ſecundo colliget cap. primo. Et aduerte etiam ꝙ talia elementa, quæ ſunt in mixtis dicuntur habere figuram accidentaliter, ſed corpora cœleſtia habent figuram eſſentialiter, ut ſcribit Comment. primo cœli. cōmen. 22. & reddit cauſam quia eſſe elementorum eſt uicinum primæ materiæ, & eſt cauſa occulta ſicut uides. Sed aduerte ꝙ ſemper in his caducis potentialitates imperfectiones, & defectus a materia trahunt originem, & quia ipſa de ſe eſt informis & infigurata, ideo cum primæ formæ quæ in materia recipiuntur ſint formæ elementales, ut teſtatur Cōmen. in tertio cœli cōment. 67. &. 12. metaphy. Cōment. 11. ideo contrahunt iſtas imperfectiones, quod ſunt de ſe infigurata, & ſunt propter potentialitatem acquiſitam a prima materia propter uicinitatem in potentia ad omnem figuram, & ideo nullam de ſe habent figuram, ſed figurantur ad figuram continentis, unde ſi acquirunt figuram rotundam eſt, ut ſcribit Cōmen. in ſecundo cœli cōment. 24. quia ſunt in rotundo, & quia uacuum non eſt. Quia autem cœlum eſt, ut ſcribit Cōmen. in libro de ſubſtantia orbis. cap. ſecundo materia animalium cœleſtium, & eſt perfectior modorū materiæ, quia in eo non eſt potentia ad eſſe, ſed ad ubi tantum, & quia motus intelligentiæ eſt motus animę, uidelicet, circularis, ideo cœlum ſortitum neceſſario eſt figuram ſphæricam ex neceſsitate finis, intelligentia enim eſt illa quæ conſtituit ipſum in diſpoſitionibus neceſſarijs, ſicut eſt in corpore hominis factu propter finem. Sed eſt difficultas, cur ſi elementa de ſe nullam figuram habent, tamen communiter appellantur corpora rectarum dimenſionum, & dicuntur moueri motu recto, & unde hoc fuit deriuatum. Niſi eſſet quòd Ariſto. primo cœli. tex. cōmen. 5. per mathematicam rationem oſtendit duos eſſe motus ſimplices, quia duæ ſunt figuræ ſimplices, & magnitudines ſimplices, uidelicet, recta & circularis, & quia prima figura ex ſimplicibus eſt circularis, & prima figura ſimplex debetur primo corpori ſimplici, tale autem cœlum relinquitur quod alia figura recta debeatur cæteris corporibus ſimplicibus, unde Cōmen. in ſecundo cœli, & mundi cōmen. 22. declarans hoc inquit. propoſitio autem dicens ꝙ prima figura debetur primo corpori eſt manifeſta cum poſuimus quod prius ſecundum ſubſtantiam eſt prius, & debet eſſe prius ſecundum accidentia eſſentialia propria. ſ. accidētibus eius quod eſt poſterius, ſicut eſt prius per ſubſtantiam corporis. & cum poſuimus ꝙ figura eſt accidēs quod ſequitur ad ſubſtantiam corporis, neceſſe eſt, ut figura cœli ſit prior alijs figuris, quoniam figura cœli nō eſt in eo accidentaliter ſicut in elementis in quibus intendebatur receptio multarum figurarum, cum eſſe elementorum ſit propinquius ad eſſe materiæ quàm ad eſſe formæ, corpus autem cœleſte econtrario, quoniam ſuum eſſe eſt uicinum formis.

Cognouerunt etiam naturales hoc ex motu, nam mixta quæ mouentur ad motum elementi dominantis determinant ſibi ad motum rectum magis figuram rectam, ut ignis flamma quę determinat ſibi figuram pyramidalem, & quia mouentur a medio, & ad medium qui ſunt motus recti, moueri enim circa medium eſt motus corporis circularis. Et aduerte ꝙ eſt alia etiam diuerſitas inter cœlum, & talia elementa, nam quanto elementa magis inuicem congregantur ſeu ad maiorem ſpiſsitudinē reducuntur, tanto minus luminoſa ſunt, & minoris actiuitatis, unde terra eſt fex elementorum, & eſt opaca, & paruæ actiuitatis, ſed in corporibus cœleſtibus, ſecus eſt quia quanto ibi fuerit maior congregatio, tanto ibi eſt maior luminoſitas, & maior actiuitas, unde ſtella quæ eſt denſior pars ſui orbis, ſecundo cœli. tex. Cōment. 41. &. 2. cap. de ſubſtantia orbis, magis lucet, & magis actiua eſt, alias autem differentias require in libro de cœlo & mundo. & in libro de ſubſtantia orbis, nos enim multum a propoſito diuertimus non ſine cā, quia multos uidimus in his ualde errare.

Principia

K

L

Difficulta

Solutio.

M



A

Propō. 2.

## Principia rerum ſenſibilium ſunt ſenſibilia.

PROPOSITIO Iſta eſt Ariſto. 3. cœli & mundi. tex. cōmē. 61. & gloſſatur per Auer. ibidē de principijs propinquis, non autem habet ueritatem. ut inquit, propoſitio de principijs remotis, quia principia remota rerum ſenſibilium, non ſunt ſenſibilia, ut prima forma, & prima materia. Quidā autē illum locū perſcrutantes dixerunt iſtam primā formā eſſe formā corporeitatis de prędicamēto ſubſtantiæ, quæ eſt coæterna primæ materiæ, & iſta eſt prima de principijs generationis in genere cauſę formalis.

Gio. Auer.

Cōtra ponentes formam corporeitatis.

Sed iſta opinio eſt purus error, nā Auer. in primo phyſicæ auſcultationis. cōmen. 63. reprehēdit Auicen. ponentem huiuſmodi corporeitatem ſubſtantialem, ſed expreſſe uult ꝙ corporeitas coæterna materiæ ſit accidens, & in libro de ſubſtantia orbis, ubi declarauit ꝙ natura materiæ ſubſtantiatur per poſſe, ita ꝙ potentia eſt differentia ſubſtantialis materiæ uult ꝙ prima forma quæ in materia primitus recipitur eſt trina dimenſio. Nec ualet ſicut aliqui dicunt, ꝙ Auicen. poſuit illam tanquā ſpecificam, & Commen. poſuit eam tanquam genericam, & in hoc aſſerunt eſſe differentiam inter Auicen. & Auer. cum hoc tamē ſit purum mendacium, immo oppoſitum reperitur de mente Auicen. in primo ſuę ſufficientiæ. & in ſecundo ſuæ meta. quia poſuit illam eſſe formam confuſam & generalem, & Linconienſis, & Alber. qui imitati ſunt Auicen. in hoc iſto modo ponunt eam. Præterea. Argumenta quæ facit Auer. in primo cap. de ſubſtantia orbis, ęque bene procedunt ſi iſta forma ponatur ſpecifica eſſe, ſiue ponatur generica, immo maiora inconuenientia ſunt ſi ponatur generica ſm quod ſequitur ex uerbis eius quod oſtenditur. inquit enim, unde putauit Auicen. ꝙ diſpoſitio triū dimenſionum exiſtentiū, in materia ſimpliciter. ſ. nō terminatarum eſt diſpoſitio dimenſionū terminatarum in ea, quapropter dixit neceſſe eſt primā formam exiſtere in prima materia antequam dimenſiones exiſtant in ea. Ex quo accidunt ei impoſsibilia, quorum unū eſt, formam nō diuidi ad diuiſionem ſubiecti, quapropter nō recipiet diuiſionē, & ipſam eſſe ęternā nō diuiſibilē, per diuiſionē ſui ſubiecti, & ipſam non habere contrariū ſuccedens ſibi in eodem ſubiecto. ꝙ ſi ita eſſet tunc materia nō reciperet aliam formam præter iſtam ſibi primam. Manifeſtū eſt autē ꝙ ſi forma iſta ſm ipſum etiam recipitur in materia prius natura, ꝙ trina dimenſio quod ipſa remanet indiuiſibilis, quia ſm ipſum extenſio quæ eſt in formis eſt per ſubiectū extenſum merito dimenſionū. Maius autem inconueniēs eſt ponere aliquā formam genericam ſubſtantialē eſſe indiuiſibilem, & æternam, & remotam a cōtrarietate quam aliquā formam ſpecificam. teſtatur hoc experimentū, quia quanto aliqua forma eſt magis eleuata a materia, & magis elongata a potētialitate, tanto magis recedit a contrarietate & diuiſibilitate, & accedit ad unitatem, & actualitatem. unde formæ elemētales propter maximam propinquitatem ad materiam ſunt imperfectiſsimę, & ſic aſcendendo per ordinē ad mineralia, & a mineralibus ad plantas, & a plantis in animalibus. in quibus etiam ſunt gradus, nam animalia imperfecta ita ſe habent ꝙ partes eorū deciſæ uiuunt, habēt enim animam unam in actu, & plures in potentia, ſicut in plantis, ſicut teſtatur Ariſto. in. 2. de anima. tex. cōmen. 20. & uniuerſaliter ita eſt his quę gręci zoophyta appellant. i. ancipitis naturæ inter plātas, & animalia. Illa autē quæ ſunt perfecta hoc non patiuntur, quia partes illorum deciſæ nō uiuunt, unde quidam ex magnis tenuerunt animas animalium perfectorum eſſe indiuiſibiles. Et ita patet quod longe incōuenientius eſt dicere dari aliquam formam ſubſtantialem generalem conſiſtere in indiuiſibili quam ſpecialē, propter genus magis aſsimilari materiæ, & differentiam formæ, teſte Porphyrio in cap. de differentia. Amplius autem magis inconueniens propter eandem cauſam aliquam formā generalem eſſe remotam a contrarietate, ꝙ formā ſpecificā. unde forma & complexio humana ſecundum omnes ſapientes eſt magis remota a contrarietate, & magis appropinquat naturæ cœli, in quo nulla prorſus eſt contrarietas, ut teſtātur etiam medici, & Auicen. in prima Fen. primi in doctrina prima. cap. de complexionibus. & Ariſt. 2. de anima, in tract. de olfactu, & eſt in tex. cōm. 94.

Euaſio.

Impugnatio.

B.

C

D

Amplius, quomodo naturalis reſolueret uſqꝫ ad primā materiam ſi habet formam corporeitatis ſibi coæternam, nam nulla uia poteſt cognoſci cōmpoſitio ex materia, & forma, niſi per tranſmutationem ſubſtantialem, ut inquit Cōmen. primo phyſi. cōm. ulti. & primo phyſi. cōm. 51. inquit, alteratio contrariorum inuicem coegit omnes credere quod omnia corpora ſunt compoſita non ſimplicia, & quod in eis ſunt aliqua plura uno, & maxime prima corpora. ſ. quatuor elementa. In talibus autem ſicut ipſe teſtatur. 4. phyſi. Cōmen. 71. &. 8. phyſi. Cōmen. 30. &. 4. cœli. 22. non eſt niſi prima materia, & forma elemēti, & ideo non diuiduntur in partem per ſe motam & mouentem, & propter hoc ſi in uacuo ponerentur non poſſent moueri, &. 12. metaphy. cōmen. 14. expreſſe habet ꝙ materia nō habet aliquam formam communem, & ideo dicit quod nō eſt genus. & dixit Alexan. ſcripſiſſe demonſtratiue materiam nō eſſe genus. Amplius autem quomodo Ariſt. ſolus uidit naturam primæ materiæ, & Plato fuit propinquus, ſed non perfecte attingit, quia non diſtinxit inter ipſam, & priuationem, ut dicitur primo phyſi. tex. cōm. 79. Manifeſtum eſt enim ꝙ antiqui poſuerunt unum principium corporale omnium, & multi fuerunt, qui illud non ſpecificauerunt aliqua forma & cōtrarietate, ſed dixerunt illud eſſe ſeparabile, quorum opinionem expreſſe damnat Ariſto. in principio ſecundi de generatione & corruptione in tex. cōmen. 2. &. 3. ubi inquit. ſed facientes quidē unam materiam extra prædicta, hanc autem ſeparabilem, & corpoream, peccant. impoſſibile enim ſine contrarietate eſſe corpus hoc ſenſibile, aut enim leue, aut graue, aut calidū, aut frigidum, neceſſe eſſe infinitum hoc quod quidam dicunt eſſe principium, patet autem quod pro tanto illud infinitum aſſerebant, ut bene notauit Aegidius Roma. ibi quia poſuerunt illud non habere formam aliquam ſpecialem, ſed generalem. Amplius error iſtius opinionis deprehenditur ex his quę Ariſto. docuit primo de generatione, & corruptione, ubi docuit generationem eſſe tranſmutationem totius in totū nullo ſenſibili remanente, ut ſubiecto. manifeſtum eſt autem ſi materia informata corporeitate ſubſtantiali ſibi coæterna, cum impoſsibile ſit reperire corpus ſine contrarietate, in mixtis generabilibus, remaneret igitur in corruptione ſimplicium aliquod ſenſibile ſubiectum, hoc autem falſum eſt, ut inquit Ariſto. & etiam Cōmen. in tertio cœli. cōmen. 31. inquit, quod in talibus forma corrumpitur, & materia induit aliam formam, & immorari contra iſtos amplius in hoc eſt ſuperfluum. Dicamus igitur ꝙ per primam formam Auer. non intellexit formam aliquam naturalē, & a naturali conſiderabilem. ſed intellexit Deum glorioſum, nam. 12. metaphy. cōmen. 5. &. 6. prima forma, primus motor, & primus finis, ſunt idē ſubiecto, ſed differunt ſecundū modum, & alias declaraui in contradictionibus Auerr. qualiter in unoquoqꝫ genere cauſæ eſt ſtatus, ut probatur in. 2. primę philoſophiæ, & eſt deuenire ad primū in quolibet genere, & dixi ꝙ licet naturalis cōſiderat omnes cauſas, nō tamen conſiderat omnia prima cauſarū genera, ſed tantū duo, uidelicet, primā materiam & primū mouens. diuinus autem conſiderat duo reliqua, uidelicet, primū finem & primam formā, unde. 7. meta. inquit cōm. 5. aſsignando differētiam inter inquiſitionem quam facit naturalis de principijs ſubſtantiæ ſenſibilis, & inter inquiſitionē quam facit diuinus. Et iſta quæſtio differt ab illa quæ ē in ſciētia naturali, quoniam iſta quæſtio inducit ad ſciendum primam formam

E

F

Vera interpretatio.

G

omniũ entium & ultimũ finem, & prima queſtio, quã incepit in ſciẽtia naturali inducit ad ſciendũ primam materiam & formas naturales & primum motorem, ubi loquitur in plurali numero de formis, & nõ dicit ad primam formam.

Et mirũ eſt de iſtis qui prædicãt ſe eſſe doctiores Auer. & Ariſt. q̃ro adhuc non habẽt terminos in uia iſtorum, uideant quæſo Ariſt. hoc aperta uoce aſſerentem in fine primi libri de phyſica auſcultatione. ubi ſic ſcribit, de principio quidẽ ſecundum ſpeciem utrũ unũ aut plura, aut quot, aut quæ ſunt, per certitudinez primæ philoſophiæ opus eſt determinare. ergo in illud tempus apponatur. De phyſicis autẽ & corruptibilibus ſpeciebus in poſterius demõſtrandis dicemus. Nam quia in. 1. phy. inueſtigans principia generationis ſenſibiliũ ſubſtãtiarum iam determinauerat de prima materia poſſet quiſpiam opinari, quod ordo requirit ut de prima forma pertractet, & ipſe dicit iſtam conſiderationem pertinere ad diuinũ, ſed naturalis ſolum habet determinare de phyſicis & corruptibilibus ſpeciebus. & hoc erat quod dixit Auer. in prefata authoritate, & etiam in eodem. 1. phy. cõ. 69. in calce cõmenti. inquit. quod entia habent aliud principiũ a ſubiecto & eſt forma, ſed primum principiũ in hoc genere non potuit ſciri in hac ſcientia, ſicut primũ ſubiectum, ubi patet ꝙ primũ in genere cauſæ formalis nõ poteſt ſciri in ſciẽtia naturali, quod uerũ non eſſet

H

ſi prima forma eſſet corporeitas ſubſtãtialis, & iſta eſt opinio eius in tertio meta. in cõm. 3. & . 12. meta. cõm. 5. & . 6. & fuit opinio etiam Alexandri, ut ſcribit ibi Cõmẽ.

Optima difficultas.

Sed hic eſt ardua difficultas, propter quid naturalis ſicut conſiderat de prima materia, ita etiã non cõſiderat de prima forma, & ſicut cõſiderat de primo motore, cur nõ conſiderat de primo fine. Et quod auget difficultatẽ eſt, quia ſi iſta ſunt eadem ſubiecto, & ſciẽtia. 3. de anima. tex. cõm. 38. ſecatur quemadmodũ & res, cõſiderans igitur de primo mouente uidetur poſſe conſiderare de prima forma, & de primo fine & ecõtra. & tanto magis augetur difficultas, quia tunc opinio Auicẽ. ſtabit in ſuo robore, dum dixit, primum Philoſophũ poſſe demõſtrare primũ principium eſſe, quia dicet quod nõ demonſtrat ipſum eſſe inquantũ eſt primus motor, ſed altiori modo, uidelicet, inquantũ eſt prima forma & primus finis, et ita ruunt rationes Auer. cõtra ipſum 1. phy. cõ. ulti. & . 12. meta. cõm. 5. & a talibus dubijs (per uitam meam) non niſi ſolers ingeniũ euadere poteſt.

Solutio.

Ad primũ tamen uidetur reſpõdere Cõm. in. 7. primæ philoſophiæ. cõ. 9. & inquit, quod illa ex quibus peruenitur ad cognitionem eſſentiæ rerũ ignoratæ ſunt actiones earũ proprię, & actio materię eſt tranſmutatio, uult dicere ꝙ naturalis habet mediũ ad deueniendũ ad notitiam primæ materiæ, & tale mediũ eſt tranſmutatio ſubſtantialis. Non autẽ naturalis habet mediũ ad inueſtigãdum primã formã omnium entiũ.

I

Replica.

Sed replicabis, ſicut ex trãſmutatione communi inuẽta in generabilibus naturalis demõſtrat eſſe primæ materiæ, quia tranſmutatio eſt actio materiæ, ut ipſe dicit, pariformiter ex operatione quæ eſt actio formarũ poterit naturalis demonſtrare eſſe primæ formæ.

Solutio.

Ad hoc ipſe reſpõdet, ꝙ eſt ratio diuerſitatis. Nam formæ naturales nõ conueniunt in una actione propria, ſicut generabilia cõueniunt in tranſmutatione propter naturam materiæ in eis inuentã. Nam diuerſarũ formarum diuerſæ ſunt operationes, unde prĩa materia participat a generabilibus & corruptibilibus, & eſt intrinſeca pars cõpoſitionis eorum. Nõ ſic autẽ prima forma quæ liberata eſt ab omni materia & ab omni potẽtia & cõpoſitione & cõponibilitate cũ iſtis. Et ideo ex operationibus formarum ſenſibilium nõ potuit declarari primã formam eſſe. Et ſubdit ꝙ illud quod fuit declaratum de illis, illic. ſ. in naturali philoſophia fuit, quod actiones formarũ perueniũt ad actionẽ primæ formæ, quę non eſt in materia & eſt primus motor.

Formæ naturales dupliciter cõſiderari poſſunt.

Pro quo debes ſcire ꝙ formæ naturales dupliciter cõſiderari poſſunt. uno modo ut naturales ſunt uidelicet, ut ſunt termini motus, & ut ſic ex actionibus ipſarũ peruenit naturalis ad cognitionẽ primæ formæ quæ nõ eſt in materia ſub rõne qua eſt primus motor, non ſub ratione qua eſt prima forma. nã in. 8. phy. oſtẽditur quod omnem motũ nouũ præceſſit motus, & quod in mouẽtibus & motis eſt deuenire ad unũ motũ ex ſe ſempiternũ, quod mouetur a motore qui non eſt corpus nec uirtus in corpore, ex hoc mouet ſempiterno tẽpore, ut patet tex. cõ. 78. & . 79. & ita naturalis ex cognitione formarũ ex ſuis actionibus quæ depẽdent a primo motu, agnoſcit primũ motorem.

K

Alio modo formæ naturales poſſunt cõſiderari inquantũ ſunt ſubſtantiæ, & iſto modo cõſiderantẽ in ſciẽtia diuina, & ex iſta cõſideratione diuinus aſcẽdit ad cognitionẽ primæ formæ & primi finis, ſicut dicit ibi.

Pulchra & notabilis difficultas.

Sed tunc eſt magna difficultas q̃uo ex iſta cõſideratione cognoſcitur prima forma & primus finis, nam ipſe nõ declarauit hoc nec aliquis alter expreſſe dicit aliquid de hoc.

Solutio.

Dicamus igitur, ut inquit Auer. in tertia diſput. cõtra Algazelem in lib. deſtructio deſtructionũ. in ſolutione. 18. dubij. quod eſt ſenſibiliũ plures gradus habet, quorũ uilior eſt in materia, nobilior uero illo eſt eſſe quod habent in humano intellectu, et nobilior iſto eſt eſſe quod habent in ſeparatis intelligẽtijs, deinde in dictis ſeparatis intelligẽtijs dictę formę gradus habẽt adinuicẽ differẽtes, ſecundum ꝙ differunt illæ intelligẽtiæ adinuicem, & per conſequẽs nobiliſſimũ eſſe quod habẽt formę, eſt eſſe quod habent in prima intelligẽtia, quæ eſt puriſſima forma liberata ab omni potentia & imperfectione, quæ eſt forma formarũ. Et prima & cõmunis omniũ ut dicit Cõ. 12. meta. cõ. 44.

L

Obiectio.

Sed dices tũc ſecundũ iſtam declarationẽ poteſt forma dici exemplar primæ formæ aut ideę eius exiſtentis in intellectu primæ formæ, & ita credit opinio ponentium ideas in mente diuina, cũ tamen declaratũ ſit in. 12. primæ philoſophię quod diuinus intellectus ſolũ unũ intelligit. uidelicet, ſuam eſſentiã, ut patet. 12. meta. cõ. 51.

Solutio.

Ad hoc reſpõdetur ꝙ quælibet forma inquantum eſt participatio primę formę in certo & determinato gradu actualitatis & perfectiõis, quia ſpecies entiũ ſunt ſicut numeri, poteſt iſto modo dici exemplar, nõ autem ſicut ponẽtes ideas.

Themiſt.

Vnde lucidiſſimus Them. in. 2. phyſicæ auſcultationis, ſuper expoſitione tex. 28. forma apud Ariſt. dicitur nõnunq̃ exemplar, non eo modo quo hi qui ideas ſeparatas poſuere ſpecies quaſdã nullo materiæ inexitu ſubſidẽtes, ſed propterea quia diffinita præſcriptaque eſt eorum omnium forma, quæ a natura proueniunt, hominis, equi, bouis, ſici, oleæ, platani. Et hoc etiã aſſeuerat Cõm. 12. meta. cõ. 18. dum dicit, ꝙ hæ ſunt ideæ quas cõminiſcitur Plato. Et propter hoc antiqui etiã peripatetici nuncupant formam lumẽ ſeu radiũ, inquantũ participatio eſt primi luminis. ſic igitur intelligis modo quomodo diuinus ex forma conſiderata, ut

M

ſubſtantia, & ut ens aſcẽdit ad cognitionem primæ formę, quia talis forma nobiliſſimo modo cõtinetur in prima forma, cuius iſta eſt participatio & exemplar inquantũ participat de perfectione primæ, prout eſt capax.

Q̃uo deus nimus ĩ cognitiõe primi finis.

Sed quomodo aſcendit ad cognitionem primi finis uideamus. Debes ſcire ꝙ deus ſublimis eſt optimum omnium, & ſic habet rationem finis, & mouet omnia in ratione amati & deſiderati, & omnia entia habent appetitũ naturalem in participando bonitatem primi, ſecundũ quod poſſunt. Et quia appetitus naturalis in entibus nõ poteſt fruſtrari, quandoquidem Deus & natura nihil fruſtra faciũt, primo cœli & mũdi tex. cõ. 32. ideo omnia participant bonitatẽ ſecundũ quod poſſunt, intantũ quod etiam prima materia appetendo formã ſic participat de bonitate. ut dicitur. 1. phyſi. tex. cõm. 81. exiſtẽte quodam diuino & optimo, iſta autem eſt ratio finis optimũ eſſe. Nam. 2. phyſi. tex. cõm. 31. Quod autem eſt cuius cauſa potiſſimum eſt & finis aliorũ uoluit eſſe, bonũ autẽ eſt quod omnia appetunt primo ethi. unde 12. primæ philoſophiæ tex. cõ. 36. demõſtratur quod mouet ſicut appetibile et intelligibile, & per cõſequẽs in ratione amati



A

ne amati & deſiderati & iſta eſt motio finis. Ex entibus igitur & formis, ut ſunt ſubſtãtię & entia participantia bonitatem, prouehitur intellectus in ſcientia diuina ad cognitionẽ ſummi boni, quod naturaliter mouet omnia ut amatum & deſideratum. nam omne ens per participationem habet reduci ad ens per eſſentiam.

Summa dictorum.

Sic igitur colligendo fragmenta ne pereant, naturalis bene inquantum naturalis cognoſcit primam materiam, quia habet propriũ medium, per quod demonſtratione ſigni poteſt demonſtrare ipſam eſſe, tale autem eſt tranſmutatio ſubſtãtialis, quia iſta eſt actio propria materiæ, ut ſubięcti, ſicut motus eſt actus mobilis. 8. meta. cõmen. 11. Similiter poteſt demonſtrare primum motorem eſſe, quia mediũ proprium ad illud eſt motus, & nullum aliud efficaciam habet ad uere demonſtrandum eſſe abſtractorum, ut inquit Cõmen. primo phyſi. cõm. ulti. & . 12. meta. cõmen. 5. unde Auicẽ. peccauit peccato manifeſto qui dixit primũ Philoſophum demõſtrare primum principium eſſe, quia certior illorum ſermonum non pertranſit ordinem ſermonum probabilium, ut declarauit Cõmen. in diſpu. quarta in libro deſtructionum, in ſolutione quinti dubij. primã autem formam & primum finem naturalis non cognoſcit, quia non habet medium ad illa, & diuinus eſt qui de illis loquitur.

B

Sed animaduerte, ut inquit Cõmen. 12. meta. in cõmẽ. 5. & . 6. ꝙ diuinus poſtquam accepit pro conſtanti a naturali abſtractas ſubſtantias eſſe, tunc declarat ꝙ mouẽs æternam ſubſtantiam eſt ſubſtantia & eſt forma & finis. nam ſcientia diuina eſt ultima uia ſeu ordine doctrinæ, licet ſit prima uia naturæ & perfectionis. 6. meta. cõmen. 3. & . 7. cõmen. meta. 39. Et quomodo declaret iam uidiſti modum quem pauci intelligũt. Et ita patet ſolutio ad obiectiones, quia licet primus motor, prima forma, & primus finis ſint eadẽ ſubiecto, ſunt tamen tria in ratione, ut dicit Cõmẽ. 12. metaphy. cõm. 6. modo quando ens diuiditur ſecundum diuiſionem demonſtratiuam nõ inconuenit, ut una natura ingrediatur diuerſas artes, ut ſcribitur per Auer. in. 2. phyſi. cõmen. 71.

Intellectus uerus propoſitionis Ariſto.

Propoſitio etiã Philoſophi tertio de anima. tex. cõmen. 38. ſcientia ſecatur quemadmodum & res, intelligitur quo ad diuiſionem quæ ſit per potẽtiam & actũ, & iſta eſt intentio Philoſophi ibi, ut intuenti patet, unde illa propoſitio ſolet allegari extra propoſitũ ex illo loco ſicut in quam pluribus alijs euenit, dicit enim textus. ſecatur igitur ſcientia & ſenſus in res quæ quidem potentia eſt in ea quæ ſunt potẽtia: quæ uero actu in ea quæ ſunt actu. unde Cõmen. ibi in cõmen. inquit, res enim quarum differẽtiæ ſunt eædem, ipſæ ſunt eædem in illo modo ſecundum quem habent eaſdem differẽtias, intellectus igitur eſt intellectum, & ſenſus eſt ſenſatum.

C

bene autem uolo ꝙ diſtinctę ſcientiæ ſunt de diſtinctis rebus formaliter cõſideratis, ſed non de diſtinctis ſecundum ſubiectum, quia ſecundo phy. tex. cõmen. 18. de eiſdem negotiatur magnitudinibus naturalis & mathematicus. ſed tamẽ ſecundum diuerſas rationes formales.

Obiectio.

Sed eſt replica, nam ſecundo phyſi. tex. cõm. 26. materia & forma dicuntur relatiue, & conſiderans unũ correlatiuũ debet cõſiderare de reliquo, ut ibi dicitur, cum igitur prima materia dicatur correlatiue ad primam formam, conſiderans de prima materia debet conſiderare de prima forma, ſimiliter ſecundo cap. de ſubſtantia orbis. ſinis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria. igitur conſiderans de primo fine, debet conſiderare de primo mouente.

Solutio.

Et ad hæc dici poteſt ꝙ licet materia & forma, ut a naturali conſiderantur, in relatione conſiſtant quadam, ut alias demonſtraui: non tamen ſecundum eſſe primum relatiua ſunt, & ideo materia, ut a naturali conſideratur habet habitudinem ad formas naturales, & ideo naturalis conſiderat primam materiam & formas naturales, ut dicit Cõmen. in cõmen. 9. & . 7. meta. & Philoſophus primo phy. tex. ult.

Repli. diffi. cilis.

Quod ſi replicetur ꝙ prima materia etiam relatiue dicitur ad primam formã, quod extrahi poteſt ex dictis Ariſt. & Cõmen. 9. primæ philoſophiæ. tex. cõm. 2. ubi diffinit potentiam actiuam per paſſiuam, & econtra. Auer. ibi in cõmen. 2. inquit, in diffinitione enim omnis potentiæ paſſiuæ accipitur potentia primæ materiæ: & ſimiliter in diffinitione omnis potentiæ actiuæ accipitur diffinitio actionis primæ formæ, quæ eſt diffinitio primæ formæ quæ ẽ abſoluta a materia. & ita adhuc ſicut uides remanet eadem difficultas, quia prima materia non ſolum dicitur relatiue ad primam formam, & tunc ratio Ariſt. ſi ualet in ſecundo phyſicorũ, ꝙ conſiderans de materia debet conſiderare de forma, quia relatiue materia dicitur ad formas naturales, pariformiter cum prima materia dicatur relatiue ad primam formam, debet naturalis conſiderare de prima forma, quia conſiderans unum correlatiuorum debet conſiderare & reliquum.

D

Solutio.

Dicimus nos ꝙ materia relatiue dicitur ad formas naturales, & etiam ad primam formam, ut bene demonſtrat ratio: tamen aduerte ꝙ alia eſt relatio primæ materiæ ad formas naturales ſecundum rationem ſaltem, & alia ad primam formam, quia primus reſpectus eſt, ut ſubiecti & ut potentiæ ad actum. Secundus autem eſt reſpectus moti ad motorem. Et ideo ſemper uerum eſt ꝙ conſiderans unum relatiuum debet conſiderare & reliquum, uerum eſt ſub illa ratione qua ſunt correlatiua. ſic enim conſiderans de ſenſu cõſiderat de omni ſenſibili, & conſiderans de intellectu conſiderat de omni intelligibili, ut dicit Ariſto. in principio libri de partibus animalium. prima igitur materia, ut ſubiectum, & ut potentia reſpicit formas naturales, & ſic conſiderat formas inquantũ ſunt perfectiones & actus perficientes materiam. unde quælibet forma quantuncunq̃ perfecta deſcribitur iſto modo, ut dicitur eſſe actus ſuæ materiæ, dicitur enim in diffinitione animæ, ꝙ anima eſt actus corporis organici phyſici potentia uitam habentis, ſed prima materia, ut potentia paſſiua refertur ad primam formam, ut eſt potentia actiua, & ſic formaliter dicitur primus motor, & ſic naturalis etiam cõſiderat utrunq̃ ſicut diximus, unde Commen. 12. meta. cõmen. 18. inquit, omnes formæ ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu in primo motore, & ibidem cõm. 24. inquit, forma primi mouentis eſt quodammodo omnes formæ. materia igitur prima, ut a naturali conſideratur dicitur relatiue ad formas naturales inquantum naturales ſunt, & ideo de utriſq̃ conſiderat: tamen ut a naturali conſideratur dicitur relatiue ad id quod eſt prima forma, non tamen ut ſic, ſed inquantum eſt primus motor & potẽtia actiua, quia licet iſta ſint una res numero, ſunt tamẽ plura ſecundum rationes formales.

E

Similiter patet quod finis, ut terminat motum, pertinet ad illum qui conſiderat agens per motum. ſed finis ultimus cognoſcitur altiori medio quàm ſit uia motus, ſicut diximus. Et ita mihi uidetur in tanta difficultate dicere, & ſi alij melius poſſunt dicere, dent laudem & gloriam Deo.

F

### *Oportet principia ſemper manere.*

Propõ. 29.

SCRIBITVR Iſta propoſitio in primo phyſicę auſcultationis. tex. cõmen. 50. Intelligitur tamen iſto modo, ſicut gloſſat eam Cõmen. uidelicet, ꝙ principia non debent eſſe tranſmutabilia & generabilia ex alijs. Nam ſicut patet ponderanti ad hunc ſenſum uadit intentio Philoſophi ibi, uult enim ibi oſtendere quod nedum principia non ſunt infinita, immo etiam quod nec quæcunq̃ contraria ſunt principia. Nam contrariorum quædam ſunt prima & quædam poſteriora: quæ autẽ poſteriora ſunt non poſſunt eſſe principia, quia facta ſunt ex primis. De ratione autem principiorũ eſt quod ſemper permaneant, hoc eſt dictu, ut permaneãt in ratione primi, nam quinto metaphy. tex. cõmen. primi. De ratione principij eſt primum eſſe. & primo poſteriorum, idem dico primum & principium. unde loquitur ibi textus de albo, & nigro, & dulci, & amaro, quæ ſunt extrema contraria, ex quibus media generantur.

Glo. Auer.

G Manifeſtum eſt autem ꝙ ſicut ſeminat in præmiſsis, ſic debet colligere in cõcluſione. ſi igitur intendit probare quod non omnia contraria ſunt principia, quia principia oportet manere, ſed contraria poſteriora non permanent, quia fiunt ex alijs, ideo non ſunt principia. Si per permanẽtiam Philoſophus intellexiſſet permanentiam ſempiternam ſecundum genus, uel ſecundum ſpeciem, patet quod contraria etiam poſteriora illo modo ſemper permanent ſtante æternitate mundi. oportet igitur per permanentiam, ut intelligat id quod diximus. Ex quo patet quod non propter iſtam authoritatem oportet ponere aliquam formam coæternam in prima materia, nec aliquam priuationem, ſicut quidam conati ſunt dicere. Nam materia non habet aliquam formam nec aliquam priuationeꝫ ſibi propriam, ſed eſt in potentia indifferẽter ſe habens ad quamlibet formam & ad quamlibet priuationem, materia enim non eſt quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid eorum quibus ens eſt determinatum, ſed ut inquit Commen. ibidem. 7. metaphy. tex. cõmen. 8. materia eſt in potentia ad omnia decem prædicamenta, & ad omnes priuationes eorum, & in ſui ſubſtantia nullam habet, neq; formam, nec formæ priuationem, ſicut etiam ſuperius oſtendimus contra fingentes corpus de prædicamento ſubſtantię coæternum in prima materia.

Contra ponentes formam corporeitatis.

H Et aduerte ꝙ ut dicitur primo phyſicorum principia generationis ſunt tria, materia, forma, & priuatio: & hoc intellige uniuerſaliter reſpectu cuiuslibet generationis, ſiue ſit generatio ſimpliciter quemadmodum eſt in ſubſtãtijs: ſiue ſit generatio ſecundum quid, ſicut eſt generatio in accidentibus. Nam Ariſto. ibi tex. cõmen. 57. proponit ſe inueſtigaturum principia generationis in communi. ubi lucidiſsimus Themiſtius & Auer. in commento exponunt per generationem in cõmuni tam illã quæ eſt in ſubſtantia q̃ illam quæ eſt in accidentibus, & aduerte ꝙ eſt differẽtia magna inter cauſas generationis, & inter principia generationis. Nã cauſæ reales generationis ſunt duæ tantum, uidelicet, materia, & agens ſeu motor. Sed principia generationis ſunt tria, materia, forma, & priuatio: in plus enim eſt principium q̃ cauſa, ut dicitur. 5. metaphy. tex. cõmen. primo. Nam omnis cauſa principium, non omne autem principium cauſa. Nam priuatio principium eſt. ſed non cauſa.

Drĩa inter cãs & principia generationis.

Vnde ſcire debes ꝙ forma etiam dicitur generationis principium proprie loquendo, nõ tamen cauſa, ut oſtendam. primũ probatur, quia generatio ut eſt quidam motus ſeu mutatio requirit terminos duos oppoſitos, & requirit ſubiectũ, quia tranſmutatio eſt actus tranſmutabilis inquantum tranſmutabile, tale autem materia eſt. termini aũt ſunt priuatio, & forma, quia generatio eſt trãſmutatio de nõ eſſe ad eſſe. pro quãto igitur generatio in ſui

I intellectu, ex iſtis tribus intrinſece cõponitur, ſicut & motus, qui teſte Auer. quinto phyſi. cõmẽ. 3. ex iſtis tribus in ſua ſubſtãtia componitur, uidelicet, ſubiecto & termino a quo, & termino ad quem, non loquendo de cauſis extrinſecis, ſicut eſt motor & tempus. ſic forma erit generationis principium. Secundum dictum oſtenditur, ꝙ forma nõ eſt generationis cauſa, quia cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur

„ aliud, modo ad eſſe formæ in materia, ceſſat generatio. pri

„ mo enim de generatione, & corruptio. tex. cõmen. 55. habitibus præſentibus in materia, nondũ generatur aliquid, ſed iam eſt. Et hoc cõfirmatur pulchra authoritate Philoſophi, & Cõmen. in ſecundo de generatione, & corruptio. in tex. cõmen. 52. quod dicentes cauſam generationis materialem, rectius dicunt, cum dant cauſam tranſmutationis, inquantum eſt tranſmutationis principium. Alij autem non dant principium conueniens tranſmutationis. Forma enim cum inuenitur, quieſcit tranſmutatio. quomodo igitur poteſt eſſe cauſa tranſmutationis? unde in eſſe reali iſtæ duæ ſunt ueræ cauſæ generationis, uidelicet, materia, & motor, ut potes colligere ex ſecundo phyſicorum tex. cõmen. 72. & primo de generatio. tex. cõmen. 14. unde. 8. phyſi. ſuper hoc fundamento Ariſto. & Cõmen. arguunt ꝙ ſi mobile ſemper fuit, & motor ſemper fuit, quare igitur motus non fuit ſemper. patet autem ꝙ ſi alia cauſa eſſet realiter neceſſaria, ad cauſandum motũ, quam mobile & motor, quod tunc argumentum eorum procederet ab inſufficienti. Forma autem, & finis, non ſunt cauſa realis reſpectu generationis loquendo de fine generationis, niſi metaphorice, ut fatetur Ariſto. in primo de generatione, & corruptio. tex. cõm. 55. ſic igitur intelligis, quomodo principia cuiuslibet generatiõis oportet ſemper permanere. Et quomodo principia cuiuslibet generationis ſunt tria, materia, forma, & priuatio, quia in intellectu cuiuslibet generationis, cadunt termini & ſubiectum: & cum hoc cauſæ reales cuiuslibet generationis ſunt materia, & agens ſeu motor. & ita uolo intelligi dicta mea, quantum ad hoc, ſuper his quæ dixi, dum eſſem iunior in cõcordantijs Auer. in primo de generatione, & corruptio. ſuper cõ- „

men. 14. & in ſecundo de generatione, in cõmen. 52. ubi „ occulte tetigi iſtam ſolutionem, ubi dixi, quicquid ſit de principijs generationis in eſſe rationis, duæ tamen ſunt cauſæ in eſſe reali. nunc autem declarando mentem meam, dico ſecus eſt de principijs generationis loqui, ſecus de cauſis. principia tria ſunt, cauſæ uero duæ, quia ſumo cauſam, ad cuius eſſe ſequitur aliud, non autem ſumo cauſam, metaphorice cauſantem. Pro hoc uide tex. commen. 24. 12. metaphy. L

Et aduerte etiam ꝙ propoſita propoſitio quæ dicit quod principia oportet manere, quia nõ fiunt ex alijs, nec ex alterutris, & quæcunq; fiunt, fiunt ex eis, ut dicitur primo phyſicorum tex. cõmen. 42. intelligitur in genere cauſæ materialis, & intrinſece, & per hoc tollitur inſtantia de intelligentijs, quæ ſunt principia extrinſeca, & remota, ſicut diximus reſpectu ſenſibilium generabilium, & corruptibilium, principia autem quæ inueſtigantur de generatione, in communi rerum naturalium, in phyſicis ſunt principia intrinſeca exiſtẽtia in re, ut patet primo phyſicorum tex. cõmen. 6. & 7. & 57. intelligentiæ autem ſunt principia entium ſenſibilium, non inquantum ſenſibilia ſunt, ſed inquantum entia, & inquantum ſubſtantiæ ſunt in genere cauſæ efficientis, & finalis, ut dicit Cõmen. 12. metaphy. cõmen. 36. & etiam formalis quoquo modo ſicut rex dicitur forma ſerui. 12. meta. cõmen. 37. Sed dices tunc igitur forma non eſſet principium, quia fit ex materia, & de ratione principiorum eſt quod non fiant ex alterutris.

Dubium

Reſpondetur negando aſſumptum, quia forma non fit, ſed compoſitum ex materia, & forma, per ſe fit, ut dicitur. 7. meta tex. cõm. 27. & Cõm. ibi dicit notabiliter in cõm. agens non facit in alio aliud, ſed ex alio aliud, non enim facit in materia formam, ſed facit ex materia formatum. & 12. meta. cõmen. 18. inquit. Imaginatio ſuper creationes formarum, fecit exiſtimare ideas eſſe, & datorem formarum. & 7. meta. cõmen. 31. cõſimilem ſententiam habet, unde Ariſt. in hoc præcipue aduerſatur Platoni, quod non ſit per ſe forma, nec materia, ſed ſynolon. i. ſimul totum. i. compoſitũ, actus enim & generationes ſunt ſuppoſitorũ. M

Solutio.

### *Eadem ſunt principia omnium prædicamentorum.*

Propõ. 30.

PROPOSITIO Iſta ſcribitur. 12. primæ philoſophiæ, ubi fuit longe uentilata a tex. Cõmen. 19. uſq; ad tex. cõmen. 27. Et tandem intelligitur ꝙ ſunt eadem proportione, in omni enim prædicamento eſt aliquid ſimile materiæ, & aliquid ſimile formæ, & aliquid ſimile priuationi. Sim liter etiam ueritatẽ habet de principijs remotis, fallit de proximis, gloſſa eſt Auer. ibidem cõmen. 22. Nam principia proxima uniuſcuiuſq; prædicamenti ſunt diuerſa a principijs proximis alterius, nã teſte Themiſtio. coordinationes decem prædicamẽtorũ ſunt impermixtæ. ſunt enim (ut inquit Porphyrius) decẽ genera generaliſsima, tanquam decem rerum prima principia, tamen principia

Intellectus propõnis

Cap. de ſpecie.



A cipia remota omnium ſunt eadem, quia principia ſubſtantiæ ſunt principia omnium aliorum, ut dicit etiam Commen. in primo phyſi. com. 36. Aduerte tamen, ꝙ ſi quæratur in quo genere cauſæ principia ſubſtantiæ ſunt cauſæ principiorum aliorum prædicamentorum, dicendum puto, in genere cauſæ materialis. ſubſtantia enim ut dicit Commen. 4. meta. com. 2. eſt cauſa accidentium, non ſecundum agens, neq; ſecundum finem, ſed quia eſt ſubiectum eorum, & conſtituuntur per illam. & hoc uidetur uelle etiam Philoſophus primo phyſi. tex. com. 80. ubi in-

„ quit, quod ſubiecta quidem materia, cum forma, cauſa eſt

„ omnium eorum quæ fiunt, ſicut mater. patet autem ꝙ uniuerſaliter loquitur de omnibus generatis, mater autem cõcurrit, tanquam materia in generatione prolis, ut eſt ſententia Philoſophi, in libro de generatione animalium primo, unde materia, & forma, appellantur principia materialia generatorum, quia ſunt inexiſtentia generatis, unde proprie elementa dicuntur. elementum enim proprie dicitur de cauſis intrinſecis, exiſtentibus in re, ut dicit Cõmen. primo phyſi. com. primo, licet ab antiquis minus uſitate loquentibus, dicantur principia, ſicut teſtatur Philoſophus primo phyſi. tex. com. 48. inquit enim, omnes enim elementa & ab ipſis uocata principia, & quanuis ſine ratione, ponentes, tamen contraria dicunt tanq̃ ab ipſa ue-

B ritate coacti. & ibidem tex. com. 57. epilogans inquit. ex „ prædictis patere elementa non eſſe unum, ubi Commen. per elementa exponit principia exiſtentia in re, & idem dicit primo phyſi. commen. 6. & 7.

### *Color, & ſapor, & odor ſunt paſsiones mixti corporis.*

Propõ. 31.

VVLGATA ſatis eſt propoſitio. Tamen ſic intelligitur, ꝙ tales qualitates ſecundæ cum cauſentur ex actione primarum, ſunt proprium mixti quia competunt ſoli mixto, ſicut homini eſſe medicum, non tamẽ omni mixto hæc inſunt, ſunt nanq; mixta quæ colore carẽt & ſunt mixta quæ carent ſapore, & quæ odore. Nam organum uiſus quodcunque ponatur eſſe, uel pupilla, uel humor cryſtallinus, uel nerui optici, colore carent. oportet enim organum uiſus abſcolor eẽ, ut patet. 2. de anima. tex. com. 71. Et ibi dicitur ꝙ ſuſceptiuum omnium colorum debet eſſe abſcolor, & receptiuum ſoni debet eſſe ab

„ ſonum, & ibidem com. 118. inquit Commen. & intelligo

„ ꝙ ſenſus tactus impoſſibile eſt, ut careat ſimpliciter cali-

„ do, & frigido, & ſicco, & humido, ſicut fuit in uiſu colore,

„ & in auditu carere ſono, & ideo iſti ſenſus comprehen-

C „ dunt ſua ſenſibilia ſecundum totum: ſenſus autem tactus,

„ ſolum extrema comprehendit, & idem dicit in com. ſe-

quenti ibidem. & in tertio de anima. com. 66. Amplius medicorum ſententia, datur urina ſine colore, ut teſtatur Auicen. in ſecunda Fen primi, doctri. tertia, & eſt illa quæ eſt tenuis tranſlucens, & tranſlucentia pro certo non eſt niſi omnium colorum priuatio. & eſt in promptu ratio, q̃a color ſecundum Ariſto. in libro de ſenſu & ſenſato, eſt extremitas perſpicui terminati, modo nullum trãslucens eſt terminatum, & tamen tale eſt mixtum, datur ergo mixtum ſine omni colore. Et idem dicendum puto, de ſapore, & odore, & ſono. Vnde Commen. ſecundo de anima. com. 31. inquit. ꝙ ſunt animalia quædam quæ nutriũtur ex rebus carentibus ſapore, ut ſpongia maris, quæ nutritur ex radicibus. Manifeſtum eſt autem, ꝙ nutrimentum eſt corpus mixtum, ſimplex enim, & purum elementum, uere nutrire non poteſt. ex eiſdem enim nutriuntur mixta, ex quibus conſtant, ut dicit Philoſophus in ſecundo de generatione, & corrup. tex. com. 50. Nam ut inquit. quæ uno ſolo ui dentur nutriri, ut aqua plantæ multæ nutriuntur, mixta eſt enim aquę terra, ideo ruſtici tentant miſcẽtes irrigare. Amplius Auer. 5. colliget. ca. 27. inquit. non eſt neceſſe ut omne mixtum ſaporem habeat, ut eſt demonſtratum in naturali philoſophia. Si quis autem contra prædicta de colore inſtare uoluerit, authoritate Philoſophi in libro de ſenſu & ſenſato. ubi inquit. omnia corpora colore participant, ſciat ibi colorem ſumi communiter pro qualibet qualitate uiſibili, in quo ſenſu nos non loquimur, ſed ſermo noſter uerus eſt de colore proprie dicto, qui eſt extremitas perſpicui terminati. D

### *Cauſæ contrarię ſunt contrariorum effectuum.*

Propõ 32.

PROPOSITIO uulgata nimis, et ẽ Ariſt. in. 4. metheo. in tex. com. 40. intelligitur autem per ſe. nam idẽ per ſe non erit eidem cauſa contrarij, ut ipſemet Ariſt. teſtatur ibidem in tex. com. 35. per accidens autem non inconuenit, ꝙ cauſa eadem faciat contrarios effectus, ſed unus erit per ſe, reliquus autem erit per accidens. Nam caliditas per ſe calefacit, ſed per accidens infrigidat, ſic enim eadem erit cauſa contrariorum. ut dicit Ariſto. in ſecundo phyſicæ auſcultationis. tex. com. 30. Et datur exemplum de nauta, qui ſui præſentia eſt cauſa ſalutis nauis, & ſui abſentia eſt cauſa ſummerſionis. manifeſtum eſt autẽ quod abſentia nautæ non eſt cauſa ꝑ ſe ſubmerſionis nauis, quia effectus per ſe poſitiuus requirit aliquam cauſam per ſe poſitiuam, talis autem cauſa ſunt uẽti. ✲ Similiter eadem cauſa ſub contrarijs diſpoſitionibus exiſtẽs, eſt cauſa contrariorum, ſed nõ eodem mõ, ꝓpter illud Ariſto: in ſecundo de generatione, & corruptio. tex. com. 56. idem autem & ſimiliter ſe habens, ſemper aptum natum eſt facere idem. ſic natura per abſentiam, & præſentiam ẽ cauſa cõtrariorum, ſic dicit in ſimili primo phy. tex. com. 69. ſufficiens eſt alterum contrariorum facere abſentia, & præſentia mutationem, quia forma ſui præſentia, eſt cauſa generationis, ſui abſentia uero eſt cauſa corruptionis.

ADDItio

E

Similiter etiam locum habet in eadẽ natura, & in his quæ ſunt eiuſdem rationis. quia ſtat quod a cauſis contrarijs ꝓueniat unus & idem effectus, in his quæ ſunt diuerſarum rationum, & naturarũ. nam coniungi ſine motu ſuo fini, competit terræ in iſtis inferioribus, ex ſui imperfectione, & hoc quidem competit abſtractis ſubſtantijs, ex ſui nobilitate, & perfectione. ſententia eſt Philoſophi, & Commen. in ſecundo cœli & mundi, in tex. com. 66. ubi ponũt entia eſſe in quatuor ordinibus, & primus, & quartus ordo, eſt illorum entium quæ coniunguntur ſuo fini, ſine motu, & operatione, ex cauſis contrarijs, ut notat ibi Commen. quod nota, quia ſi bene conſiderabis in ſimili multa inuenies. Similiter aduerte, ꝙ licet cauſæ per ſe contrariæ, ſint contrariorum effectuum productiue, tamen non eſt neceſſarium ut ab illis uniformiter ſe habentibus, pro- F ueniant. nam Auic. inquit in ſecunda Fen primi, doctri. ſecunda cap. 3. de naturis temporum. quęlibet caliditas exiccat, ſed non quælibet frigiditas humectat. & in eodem loco dicit, conuerſio ad infrigidandum eſt leuis, et conuerſio ad humectandum non eſt tam facilis, unde facilius eſt calefactum infrigidare, q̃ exiccatum humectare. Et ſimiliter facilius eſt repletum inanire, q̃ inanitum replere, & facilius eſt pinguẽ macrum facere, quam macrum efficere pinguem. Similiter cauſæ contrariæ ſunt contrariorum effectuum. uera eſt propoſitio de cauſis immediatis, & proximis, fallit in cauſis mediatis & remotis. unde indigeſtio eſt cauſa tenuitatis, & groſſitiei in urina, ut dicunt medici, quia eſt cauſa remota, & communis. Amplius autem motus cœli, & lumen, ſunt cauſa omnium quę ſunt hic, nam. 8. phyſi. motus cœli eſt tanquam uita omnium natura conſtantium. de lumine & motu ſimul, uide in ſecundo cœli in com. 42. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

### *Principia ſunt tanquam locus ianuæ in domo, quæ nullus ignorat.*

Propõ. 33.

PROPOSITIO iſta in propria forma elicitur ex ſecũdo primæ philoſophiæ per Auer. in com. primo. ubi

G
Alia ſunt principia cognitiõis, alia cognitionis et eẽ.
Dignitates tripliciter.

etiam tex. aperte dicit, in foribus enim quis delinquit? Animaduerte, ꝙ alia ſunt principia cognitionis, alia autem ſunt principia, cognitionis & eſſe, ſicut colligitur ex mente Commen. in primo phyſi. com. 3. propoſitio igitur locum habet de principijs cognitionis, ſicut ſunt maximę, ſeu dignitates, & communes animi conceptiones. Aduerte tamen ꝙ huiuſmodi dignitates ſunt in triplici differẽtia, quædam enim ſunt communiſſimæ, ſicut, de quolibet dicitur eſſe, uel non eſſe: &, non contingit idem ſimul eſſe, & non eſſe. & dicuntur a Themiſtio primo poſteriorum. cap. 5. uagę, quia omnibus ſcientijs ſunt communes. aliquæ uero ſunt communes pluribus ſcientijs, ſed non omnibus, ſicut in mathematicis, quæ ſunt de quantitate, ut eſt iſta, omne totum eſt maius ſua parte, &, ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent ſunt æqualia. tales enim ſunt communes geometriæ, quæ eſt de quantitate continua, & arithmeticæ quæ eſt de quantitate diſcreta: quædã uero ſunt uni ſcientiæ propriæ, ſicut motum eſſe, & ſicut diffinitio naturæ in ſcientia naturali. Aduerte etiã quod ut inquit diuinus Boethius in libro de hebdomadibus, cõmunis animi conceptio, eſt enuntiatio, quam quique probat auditam, & harum duplex eſt modus. eſt nanqꝫ una ita communis, ut omnium ſit hominum, ueluti ſi hanc ꝓponas, ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ remanẽt ſunt ęqualia. alia eſt doctorum tãtum, ut, quę incorporea ſunt, in loco non eſſe, talis enim non niſi a ſapientibus conceditur. nam. 4. phyſi. in principio habetur, ꝙ antiqui aſſerebant quod omnia entia ſunt in loco, quia nõ entia nuſquã ſunt. Propoſita igitur propoſitio, locum habet de principijs communiſſimis, nam principia aliqua in aliqua ſciẽtia ✲ Propria, quæ non ſunt tantæ euidentiæ, quandoqꝫ indigent aliqua ſuadela, nam aliqua principia alicuius ſcientiæ ſpecialis inductione innoteſcunt, aliqua uero conſuetudine, aliqua uero ſenſu, aliqua uero per alias uias, ut ſcribit Ariſt. primo ethico. cap. 10. ubi Auer. per conſuetudinem, exponit experimentum, & per alias uias exponit interpretationem ſermonum exponentium, & uiam diuiſionis, et quæ ſimilantur illi, ſicut eſt uia exempli, ſicut eſt ſyllogiſmus hypotheticus, per naturam, ſicut eſt communis hominum conſenſus. recte enim dubitauit Plato, utrum a principijs, uel ad principia uia ſit, ut dicit Ariſto, primo ethico. cap. 5. non enim omnia principia ſcientiarum eadẽ uia innoteſcunt, quædã enim experimento ſicut ſunt principia ſcientiarum naturalium, & ſicut ſunt principia artium, ut ſunt principia medicinæ, nam Ariſtote. 6. ethico. inquit. ꝙ iuuenes quidem & geometræ, & mathematici fiunt & ſapientes in huiuſmodi ſcientijs, at prudentes fieri non poſſunt. cauſa autem huius eſt, quod in ſingularibus prudentia ſit, per ea quæ per experientiam nobis innoteſcunt, iuuenis autem non eſt expertus: longitudo enim temporis experientiam facit. nam & de illo quis dubitabit, quare ſit quod puer mathematicus quidẽ fieri poteſt, ſapiens autem, uel phyſicus non poteſt. hæc Ariſt. ubi ſupra cap. 9. ubi clare colligitur ſcientiæ mathematicæ principia non innoteſcere experimento, ſcientiæ autem naturalis principia, indigere experimento. unde Ariſto. in primo de generatione, & corruptione, in tex. com. 7. adducendo cauſam erroris Platonis in naturalibus inquit, cauſa autẽ quare minus poſſunt confeſſa uidere, ea experientia eſt. ideo quicunqꝫ magis inſudarunt naturalibus, magis poſſunt ſupponere talia principia, quibus poſſunt multa complicare, qui autem ex multis ſermonibus eorum qui exiſtunt, in docti ſunt, & ad pauca reſpicientes facilius enunciant: & Alber. cognomento magnus in ſeptimo primæ philoſophiæ. tracta. primo cap. 6. aſſignans cauſam quare in mathematicis procedimus a notioribus naturæ, & nobis, aliter quam in alijs ſcientijs, inquit hoc euenire, quia illa non ab experientia ſumant generationem. licet de hoc Diuus Tho. aliter ſentiat, de quo modo nolo loqui. in ſcientijs etiam factiuis, clarum eſt, ſicut eſt medicina, quomodo principia eius experimento ſunt pro maiori ſui parte cognita: unde Ariſto. in procœmio primæ philoſophiæ inqt, experientia fecit artem, ſed inexperientia caſum. Poſſumus etiam dicere, ꝙ principia aliquarum ſcientiarum, nota ſiunt conſuetudine, non exponendo conſuetudinem pro experimento: ſed pro conſuetudine uera, qua cõſueuimus aliquid agere, & hoc locum habet de principijs ſcientiarũ actiuarum, ſicut ſunt pro maiori parte principia legum, & ſcientiarum legalium: unde de iſtis loquitur Ariſ. in ſecundo primæ philoſophiæ. tex. com. 14. ubi habet. quantam autem uim habeat conſuetudo, leges oſtendunt, in quibus fabularia, & puerilia, magis quidem ualent cognitione de eis, propter conſuetudinem. Sunt etiam quædam principia, & propoſitiones immediate cognitæ per ſenſum. unde Themi. primo poſter. cap. 5. inquit ſunt nonnullæ propoſitiones immediatæ quæ ex ſenſilibus nectuntur, nam tunicam eſſe candidam, propoſitio immediata eſt. ſimiliter Auer. in primo cœli & mundi. in com. 15. inquit propoſitiones aliquæ ſunt quibus nullus ſenſus, neqꝫ ratio cõtradicit. & iſtæ ſunt de quibus dixit Albumazar, ꝙ non inducunt ad primæ certitudinis ordinem, tales autem ſunt ſecundum ipſum propoſitiones de ineſſe ſimpliciter, ut, omnis coruus eſt niger, & omnis nix eſt alba: & differentia eſt inter iſtas, & propoſitiones neceſſarias, ut inquit ipſe in primo priorum in digreſſione ultima, in mixtione contingentis, & ineſſe, quia in talibus poteſt cogitari oppoſitum in futuro tempore, ſed in neceſſarijs nequaquam hoc euenire poteſt. ✲ Aduerte etiam ut dicit Boe. in ſecunda editione libr perihermẽ. ꝙ in propoſitione neceſſaria requiritur ꝙ prædicatum ſemper inſit ſubiecto, & ꝙ ſubiectum ſit ſempiternum, & ideo iſta, ignis eſt calidus, non eſt neceſſaria, propterea quia ſubſtantia ignis extingui poteſt, ſed iſta, cœlum mouetur, eſt neceſſaria, quia ibi utraque ratio concurrit. Sic igitur aliqua principia immediata innoteſcunt ſenſu, & aliqua conſuetudine, & propter hoc Ariſt. primo topicorum dixit. cap. 4. qui dubitant, utrum deos uenerari oporteat, uel parentes amare, uel non, pęna indigent qui uero, utrum nix ſit alba, aut non, indigent ſenſu. cultus enim dei, & amor parentum, ſunt principia in lege, roborata conſuetudine, & ideo a legiſlatoribus, poſita eſt pęna corporis afflictiua. niuem autem candidam eſſe, cognitum eſt ſenſu, et motum eſſe, etiam patet ad ſenſum. unde Ariſt. 8. phyſicæ auſcultationis. tex. com. 22. contra Zenonem negantem motum inquit, omnia igitur quieſcere, & huius rationem quærere, dimittentes ſenſum, infirmitas quædam eſt intellectus. Aduerte igitur, ꝙ principia communiſſima quæ habent euidentiam ex terminis, & principia cognita per ſenſum, per rationem intrinſecã, negari non poſſunt, ſed ſolum ore, ut dicit Ariſt. 4. meta. tex. com. 9. alia tamen principia minus communia, & quę non ſunt per ſenſum cognita, a multis hominibus non recipiuntur, & hoc ut inquit Commen. primo cœli, & mundi. com. 22. contingit aut propter diminutionem contingentem in natura, aut propter paucitatem exercitationis, aut propter peſſimam conſuetudinem, quę radicata eſt in eis. conſimile dicit in. 2. phyſi. com. 6. &. 2. meta. tex. com. 15. Prima cauſa prouenit ex impedimento naturæ, qa aliqui habent cogitatiuam praue diſpoſitam, quæ eſt miniſtra intellectus, ſine qua nihil intelligit anima, ut dicit Ariſto. 3. de anima. tex. com. 20. & ideo non eſt uera ex toto ſententia Senecæ dicentis. ſi pulcher es, lauda naturam: ſi diues es, lauda fortunã: ſi ſapiens es, lauda teipſum. immo ſi ſapiens es, principaliter lauda naturam: nam ut inquit Victorinus, natura facit habilem, ars facilem, uſus uero potentem. & primo ethico. cap. 5. auctoritate Heſiodi, ſunt tria genera hominum, quidam enim ex temperantia complexionis omnia ex ſeipſis noſcere poſſunt: alij uero non ex ſe, ſed ab alijs, nonnulli uero ſunt adeo inepti, quod

Boethius.

H
Nota qũo principia diuerſis modis innoteſcunt.

ADDItio.
✲ Et talia rectius denominantur paſſiones q̃ dignitates: ut notat Ioan. Grã. in primo poſte.

I

Alber. ma.

K

L

ADDItio.

M
Nota cãm ꝓpter quã multi nõ aſſentiũt principijs ſcientiarum.

Contra Senecam.

Tria genera hominũ.



A

nec ex ſe, nec ab alijs poſſunt addiſcere. unde Ariſt. in ſecũdo de anima. tex. com. 94. duri carne inepti mente, molles autem carne bene apti mente. Secunda cauſa eſt propter modicam exercitationem, & hoc uel in logica, ſicut contingit antiquis, de quibus loquitur Ariſto. primo phy. tex. com. 71. & Commen. in com. inquit. antiquis contingit iſta. q. & non potuerunt eam diſſoluere, propter paucitatem exercitationis in dialectica, & Boe. ſuper Porphyrio, de eiſdem loquens. inquit. quare neceſſe erat eos falli, qui abiecta diſſerendi ſcientia, de rerum ueritate perquirerent. ubi animaduerte, ꝙ circa principia ſcientiarum, per ſyllogiſmum falſigraphum, qui peccat contra formam ſyllogiſmi, poſſunt errores multi contingere, ex logicæ ignorantia. ſimiliter poteſt cõtingere hoc ex modica exercitatione in aliqua ſcientia ſpeciali, quod homo non recipit principia illius ſcientiæ, & per conſequens multum errat in illa ſcientia, quia paruus error in principijs, ſit maximus in fine, ut dixit Ariſto. in primo cœli, & mundi in tex. com. 33. ibi etiam dicitur. ſi quidem qui modicum tranſgreſſus fuerit a ueritate diſcedens, ſit longe plus decies millies, & Commen. dat exemplum de iter agẽte, qui errauit in principio itineris, & ideo quanto magis pergit tanto magis in errore perſeuerat, & ideo iubebat Plato, quod ꝓlixus ſermo haberetur de principijs. ut inquit Commen. 3. de anima com. 4. unde Auer. 3. cœli com 67. contra Auicen. inquit. paucitas exercitationis iſtius uiri in philoſophia, & bona confidentia in proprio ingenio, deduxerunt ipſum ad manifeſtos errores. ita ex parua exercitatione, in naturalibus damnatur Plato ab Ariſto. in primo de generatione. ſicut ſupra dictum eſt, nam Plato multum uerſabatur in ſcientijs mathematicis, & ex cauſis intelligibilium uolebat aſſignare cauſas ſenſibilium, unde tertio cœli. tex. cõmẽ. 61. amor geometriæ, & magiſtri, fuerunt cauſæ erroris Platonis. Tertia cauſa propter quam non recipiuntur principia huiuſmodi, eſt conſuetudo, de qua uide Ariſto. in. 2. meta. tex. com. 14. & Auer. plerunqꝫ de hoc loquitur. Sed dices cum ſcientiarum principia non demõſtrentur in ſcientia, quomodo igitur ex ignorantia logicæ poteſt aliquis nõ obedire principijs alicuius ſciẽtiæ? Niſi eſſet, quod hoc eſt ex malo intellectu principiorum, intellectus enim ſic per accidens, poteſt errare circa principia, quia non intelligit illa eo modo quo debent intelligi, & talis error eſt poſt principia, & artifex ſpecialis poteſt ſoluere rationem illam quæ procedit ex malo intellectu principiorum, factam per ſyllogiſmum falſigraphum, oſtendendo quomodo ſint intelligenda, licet non poſſit ſoluere rationem, quæ aperte procedit ex oppoſitis primorũ principiorum in illa ſcientia, ſicut colligitur expreſſe ab Ariſt. in primo phyſicæ auſcultationis. in tex. com. 11. ubi inqt, ſimul aut neque conuenit omnia ſoluere, ſed quæcunque ex principijs aliquis demonſtrans mentitur. quæcunque uero, non minime. & ideo propter malum intellectũ principiorum in aliqua ſcientia, ex ignorantia logicæ, poteſt aliquis non aſſentire principijs illius ſcientiæ, et errare multũ in illa ſcientia. unde aliqui in philoſophia naturali negauerunt generationem, non intelligentes qualiter ex non ente aliquid fieri poteſt, ut dicit Ariſto. propter æquiuocationem latitantem inter non ens ſimpliciter, & non ens ſecundum quid, & propter etiam multiplicitatem inter fieri ex non ente, uel ente, aliquid per ſe aut per accidens, ut patet primo phyſi. tex. com. 71. uſqꝫ ad tex, com. 78. Aduerte etiam unum ſpeciale, de principijs ſcientiæ naturalis, quod ut inquit Commen. primo cœli. com. 90. propoſitiones naturales duplici de cauſa dubitabiles fiunt, uel quia aliqui enutriti in opinionibus falſis non poſſunt aſſentire principijs ueris philoſophiæ: uel quia aliqui exiſtimant ꝙ principia eius debent eſſe tantæ certitudinis, ſicut principia geometriæ. contra quos Ariſto. in. 2. primæ philoſophiæ. tex. com. 16. inquit acribologia mathematica, non in omnibus eſt expetenda. nam ut ſcribit Philoſophus in primo ethic. cap. 2. eius qui eruditur intereſt in unoquoqꝫ genere, eatenus certitudinem exigere, quatenus eius natura rei recipit ſimile. quippe uidetur a mathematico perſuaſionem recipere, & ab oratore demonſtrationem requirere, ita etiam inquit Boe. in primo de trini. Diſciplinati hominis eſt in unoquoque genere certitudinẽ quęrere, ſecũdũ quod natura ſubiecta poſtulat. Dicamus igitur, principia illa eſſe tanquam locum ianuæ in domo, quem nullus ignorat, quæ ſunt principia cognitionis communiſſima, quæ ſolum ex notitia terminorum communiſſimorũ, euidentiam habent, ut de quolibet dicitur eſſe, uel non eſſe, & ſicut ſunt principia, quæ ex ipſo ſenſus teſtimonio, habent euidentiam, ſicut motum eſſe, & multitudinem entium eſſe in naturali philoſophia, ſunt enim iſta in illa ſciẽtia principia cognitionis, ut patet ab Auer. primo phyſi. com. 11. fallit autem in alijs principijs ſcientiarum ſpecialium, quæ indigent aliqua innuitione, & ſuperficiali declaratione, quemadmodum eſt diffinitio naturæ, quæ eſt de principijs poſitis in naturali philoſophia, quæ licet non demonſtrari poſſit, quia non eſt de numero propoſitionum, quæ ſunt ignotæ naturaliter, nec de numero illorum principiorum, quæ ex ſola notitia terminorum euidentiam habent: ſed eſt de numero eorum, quæ indigent aliqua innuitione, ſeu ſuadela, & ita declaratur per ſyllogiſmum hypotheticum, per naturam in quo, ut inquit Auer. in libro primo priorum in ſpeciali digreſſione, q̃ facit de ſyllogiſmo hypothetico, antecedẽs eſt per ſe notum. & cõſequens eſt notum, & tota illatio eſt nota, & ſua natura eſt, ut aſſumatur in declaratione illarum propoſitionum, quæ ſunt latentiores primis cognitionibus, & apertiores primis quæſtionibus, modo loquendi Auer. in primo cœli & mundi. in com. 2. & in. 2. phyſi. com. 3. &. 6. phy. com. 41. & ita etiam dicit in libro priorum. in loco præallegato. Similiter etiam ex nihilo nihil fieri, eſt de numero iſtorum principiorum, quæ indigent aliqua innuitione, q̃ diffuſe proſequutus eſt Lucretius in primo libro, ſicut etiam eſt contingentiam eſſe, quæ ab Ariſto. perſuadetur aliquibus rationibus hypotheticis, ducentibus ad inconueniens, quia niſi daretur contingentia in entibus, periret, ſicut aſſerit conſilium & non oporteret conſiliari de futuris, nec negotiari, et multa in ſimili deducit, tales autem perſuaſiones non ſimpliciter deducũt ad aliquid, quod ex natura rei ſit magis impoſſibile, q̃ fuerit hypotheſis data per aduerſariũ, ſed ſolum deducunt ad aliquid impoſſibilium, quod eſt manifeſtius quo ad nos, uel quo ad hominem, contra quem adducuntur, & ideo non probant ſimpliciter, ſed faciunt aliquam fidem, uel innuitionem, non enim omnium eſt demonſtratio: ut dicit Ariſto. primo poſterio.. & . 4. meta. tex. com. 9. ineruditi eſt non cognoſcere, quorum oportet quærere demonſtrationem, & quorum non oportet, & tale genus hominum: ut inquit Auer. in. 2. phy. com. 6. nunquam potuit philoſophari, nec poterit, non enim quilibet eſt aptus ad philoſophandum, & ut eſt in prouerbio. non cuiuis licet nauigare Corinthum. ✲ Sed tunc eſt difficultas, quia ſcribit Commen. in. 3. de anima. com. 36. ꝙ neſcimus quando, & unde, & quomõ adueniat nobis cognitio primorũ principiorum, male igitur dicitur ꝙ ſunt ſicut locus ianuæ, quẽ nullus ignorat. Niſi eſſet, ꝙ hoc intelligitur in prima cognitione naturali, nam ut ſcribit Ariſtote. in calce. 2. poſtere. in tex. 27. non acquiritur cognitio uniuerſalis in nobis, ꝙ eſt principium artis, & ſcientiæ, niſi per inductionem, cuius aſſumptiones affirmat ſenſus, et ut inquit lucidiſſimus Themi. intercidit magnum tẽporis interuallũ, ut id quod in ſigularibus diffuſum, atque diſperſum eſt, intellectus, cuius officium eſt, ut inquit Plato, infinibilia fini coniungere, ad unum colligere poteſt. & ideo non aduertimus quãdo talis natura principiorum fiat in nobis. & exemplũ pulchrũ Themi. de intellectu ibi, ꝙ eſt ſicut eſt de hoſe, q in in

B

C
Obiectio.
Solutio.

D

Summa totius limitationis.

E

In primo perihermenias.

F

ADDItio.

G

ſtantia non poteſt gradi, & paulatim perficitur. & tu uide ibi, & conſidera de exemplo ſicut noſtri, quia uidetur eſſe etiam ſententia Ariſto. in problematibus.

*Subſtantia prima de nulla prędicatur.*

Propō. 34.

PROPOSITIO eſt Philoſophi in. 7. meta. in tex. com. 7. ubi. dicitur, ſubiectum uero dicitur, de quo alia dicuntur, & illud ipſum non adhuc de alio, ubi Commen. & alij expoſitores intellexerunt per ſubiectum, ſubſtantiam primam, quia eadem eſt deſcriptio, ꝗ etiam dedit in prædicamentis, ibi enim dicitur quod a prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio, ſed omnia dicuntur de illa.

Beati Thomę limitatio.

Limitat autem beatus Tho. iſtam propoſitionem ibi, ſic quod indirecte nihil prohibet, & per accidens, ſubſtãtiam primam prædicari de alijs, ut homo eſt ſortes, & album eſt ſortes, aut animal ē ſortes, quia id quod eſt animal, aut homo, aut album eſt ſortes, & ſubdit ꝙ prima ſubſtantia per ſe, de alio non prædicatur, tamen bene per ſe de ſeipſa prædicatur, ut ſortes eſt ſortes, & ita etiam dicit Porphyrius, ꝙ indiuiduũ de uno ſolo p̄dicatur, & uidetur etiã eſſe ſñia Boethij dicẽtis, ꝙ nulla eſt uerior ꝓpõ, ꝗ illa in qua idẽ ſeipſo dr̃.

Cap. de ſpẽ

Impugnatio.

Tamẽ ſalua reuerẽtia, nõ uidetur iſta ſententia uera eſſe, nam Peripatetici antiqui, diſtinguunt de prædicationibus, & dicunt ꝙ aliqua eſt naturalis prædicatio, & aliqua eſt non naturalis, ſicut ſcribit Commẽ. in. 7. meta. commen. 59. Naturalis autem prædicatio eſt quando in propoſitione ſubijcitur, id quod debet ſubijci, & prędicatur id quod debet prædicari. Non naturalis uero, eſt oppoſito modo, uidelicet, quãdo in propoſitione id quod debet prædicari, ſubijcitur, & id quod deberet ſubijci, p̄dicatur.

H

Prędicatio duplex.

ADDItio. Vide pulchre ꝓ hac diſtõne lucidisſimum Themi. in primo poſte. cap. 38. ubi. d. ꝙ p̄dicatio alia ſecundũ naturã, alia p̄ter naturã, & illa q̃ eſt p̄ter naturã non meret appellari p̄dicatio.

Pro quo debes ſcire, ꝙ ſubiectum in propoſitionibus, habet modum materiæ, & prædicatum habet modum formæ. nam propoſitiones a prædicatis ſpecificantur, & quia reſpectus inferiorum ad ſuperiora, & reſpectus ſubiectorum ad accidentia, eſt reſpectus materiæ ad formam. nam ſuperiora continent, & inferiora continentur: reſpectus autem continentis ad cõtẽta, eſt reſpectus formæ ad materiam: ut dicitur in. 4. phyſi. tex. commen. 49. &. 4. cœli et mundi. tẽx. com. 34. &. 35. & primo de generatione, & corruptione. tex. com. 50. reſpectus etiã ſubiecti ad accidentia, eſt reſpectus materiæ ad formam, ſicut ſcribit Com. in. 4. meta. com. 2. & ideo quotieſcũque prædicantur ſuperiora de inferioribus, aut accidentia, uel propria uel cõmunia, de ſubiectis, ille prædicationes ſunt naturales, & propoſitum, quoties prædicantur inferiora de ſuperioribus, aut ſubiecta de accidentibus, ille prædicationes ſunt non naturales, ſed ſunt indirectæ, & per accidens. & ideo Porphyrius dixit, ſemper enim ſuperiora de inferioribus prædicantur, aut æqua de æquis, inferiora uero de ſuperioribus non conuertuntur, non ſolum quia conuertibiliter non uerificantur, quia licet omnis homo ſit animal, non omne tamen animal eſt homo, tamen una ẽt uera, & naturalis prædicatio. alia autem non naturalis. & licet uniuerſalis affirmatiua conuertatur in partem, tamen una eſt ſecundum naturalem prędicationem, alia uero eſt non naturalis. & ſimiliter quando propoſitio ſecundi modi cõuertitur, nõ cõuertitur in ꝓpõnẽ ꝑ ſe, nec in eodẽ mõ nec in alio modo perſeitatis, quia propoſitiones per ſe, nõ conuertuntur ex primo poſterio. in illo capi. de ſtatu prædicamentorum. non loquendo de conuerſione quæ eſt paſſio propoſitionis, ſed de cõuerſione in per ſe. unde iſta, homo eſt riſibilis, eſt per ſe in ſecundo modo, ſed conuerſa riſibile eſt homo, non eſt nec in ſecundo nec in primo, quia homo cadit tanꝗ additum in diffinitione riſibilis, & non eſt de ſubſtantia eius, ſicut ſunt prædicata primi modi, unde Commen. in. 2. de anima com. 67. ponens differẽtiam inter primum modum dicendi per ſe, et ſecundum inquit, ꝙ ĩ primo modo prædicatũ eſt cauſa ſubiecti in ſecũdo modo, ſubiectũ eſt cauſa prædicati. Si igitur ꝓpoſitio ꝑ ſe ſecundi modi conuerteretur in propoſitionem ꝑ ſe primi modi, accideret idem per ſe reſpectu unius & eiuſdem eſſe per ſe cauſam, & effectum, quod nõ capit intellectus.

I

Cap. de ſpẽ

K

Euaſio.

Nec ualet, ſi dicatur ꝙ non inconuenit ꝙ idem reſpectu eiuſdem ſit cauſa & cauſatum, in diuerſis generibus cauſarum, & ſecundum diuerſos modos, quia hoc non iuuat in caſu noſtro, quia ſumo iſtam, homo eſt riſibilis, iſta eſt ſecundi modi. & ſecundum Auer. ſubiectum eſt cauſa prædicati, & patet ꝙ non eſt niſi in genere cauſæ materialis. nam ut dicit ſubſtantia non eſt cã accidentis, neq; ſecũdũ agẽs neq; ſecũdũ finẽ, ſed qa cõſtituũtur ꝑ illã, & eſt ſubiectum eorum: tunc igitur ſumo iſtam, riſibile eſt homo, iſta parte eſt primi modi, & prædicatum in ꝓpoſitione primi modi, eſt cauſa ſubiecti, quæro in quo genere cauſæ, ſi dicas formalis hoc falſum eſt, quia ſubiectum nõ eſt forma accidentis. prædicata autem primi modi, ſi ſunt cauſæ ſubiectorum, maxime ſunt in ratione formæ, quia. 2. phyſic. tex. com. 28. partes quæ ſunt in ratione. ſunt in forma. ubi Commen. inquit. ꝙ diffinitiones componuntur ex forma uniuerſali, quæ eſt genus, & ex forma ꝓpria, quæ eſt differentia. & 7. meta. tex. com. 35. partes diffinitionis ſunt formæ tantum. cum igitur ſubiectum non ſit forma accidentis, non prædicatur igitur per ſe in primo modo de ſua propria paſſione. quod ſi dicas, ꝙ ſubiectum adhuc dum prædicatur de propria paſſione, eſt cauſa ut materia reſpectu ꝓpriæ paſſionis, ſicut erat dum propria paſſio prædicabatur in. 2. modo de ipſo, tunc igitur perit differentia poſita ꝑ Auer. inter primũ modum, & ſecundum, quia eadem remanet habitudo.

L

ADDItio. Vide Boe. p̄dicamentis ĩ illa maxima. Diuerſorũ generũ, & nõ ſubalternatim poſitorum &c.

Et confirmatur qa ꝓpoſitiones per ſe primi, & ſecundi modi, ꝑ ſe, ſunt ſolũ quæ ingrediuntur in demonſtratione ſimpliciter, nam quę neutraliter inſunt, accidentia ſunt, & per conſequens oportet ꝙ tales ꝓpoſitiones, cum deſeruiant demonſtrationi, ſimpliciter debent eſſe naturalis prædicationis, in quibus cogitatio hominis cadit per naturam. nam ſi quarta figura fuit omiſſa ab Ariſto. in libro priorum, ubi traditur ars ſyllogizandi ſimpliciter, quia humana cogitatio in ea naturaliter non diſcurrit, quanto magis omnia quæ ſunt præter naturæ ordinẽ, in diſcurſu debent remoueri a diſcurſo demonſtratiuo, ꝑ quem paratur ſcientia in nobis.

Nota ſolutionem pulchri ꝓblematis in logica.

Confirmatur, quia Cõmen. 4. phyſi. com. 33. reddit cauſam pulchri problematis in logica, propter quid in materia conuertibili cum ſyllogiſmi facti, ex ambabus affirmatiuis in. 2. figura fieri poſſint de forma, in prima figura per conuerſionem maioris propoſitionis in terminis, Ariſt. has rationes plerunq; non adducit in figura prima, cui ex forma ſyllogizandi, competit ex ambabus uniuerſalibus affirmatiuis ſyllogizare, ſed adducit eas in figura. 2. cui non datum eſt ex forma, ſed ex materia tantum, & ſoluendo inquit. quoniam cum tales ꝓpoſitiones componuntur in figura prima: tunc maior propoſitio erit prædicabilis, non ſecundum naturam, & ideo componuntur in. 2. figura. & ita patet quia impoſſibile eſt in talibus propoſitionibus ꝑ ſe, dũ cõuertuntur remanere naturalitatem in utraq;, quia ſi conuerſa eſt naturalis, conuertens non eſt naturalis, & ſine dubio, iſtę propoſitiones ſecundi modi dicendi per ſe, non conuertũtur in alias quæ ſunt per ſe, nec in eodem modo, nec in alio, ut probatum eſt.

M

Præterea. Ad principale Commen. in primo priorum in digreſſione de. 4. figura contra Gal. infert, ꝙ ſi daretur. 4. figura, ſequeretur ꝙ idem prædicaretur de ſeipſo, quod eſt in fine abominationis, &. 10. met. com. 8. cõtra Auic. habet ꝙ in propoſitione in qua idem prædicatur de ſeipſo, non eſt ſubiectum, neq; prædicatum, & eſt nugatoria ✽ Idem. 4. meta. com. 1. Et ideo ad authoritatem Porphyrij dicentis, indiuiduum de uno ſolo prædicari. dico ꝙ uerum eſt, tamen non dixit Porphyrius, ꝙ naturaliter & per ſe indiuiduum de ſeipſo prædicatur. ✽ Confirmatur. ex expreſſa ſententia Philoſophi in primo poſte. 36. ubi expreſſe dicit. Amplius autem ſi non eſt hoc huius qualitas

ADDItio.



A

qualitas, & illud huius, neq; qualitatis eſt qualitas, impoſſibile eſt retrouerſum prædicari inter ſe ſic, ſed uerum quidem contingit dicere, retrouerſum prædicare, non contingit uere, ubi expreſſe dicitur, ꝙ aliqua prædicatio eſt uera, licet non ſit propria, & naturalis, ut inductiue in multis declarat Ioan. Grã. ibi, & ibi ſignanter dicit ꝙ iſta, riſibile eſt homo, eſt uera, ſed non eſt ꝓpria, nec naturalis prędicatio, & per conſequens non eſt per ſe in aliquo modo, nam tales excluduntur a demonſtratione, ut patet per Philoſophum illo cap. ubi oſtendit ſtatũ in prædicatis.

penes aliud attẽdit ueritas ꝓpõnis et penes aliud naturalitas prædicationis.

Ad authoritatem Boethij, reſpondetur ꝙ penes aliud attenditur ueritas ꝓpoſitionis, & penes aliud naturalitas prædicationis. nã per Ariſt. in libro peri hermenias, & in prædicamẽtis, ex eo ꝙ res eſt, aut non eſt, redditur oratio uera, aut falſa. unde dicimus ꝙ ueritas ꝓpoſitionis affirmatiuæ, attenditur penes identitatẽ prædicati ad ſubiectum, & quia uera, & maxima identitas eſt eiuſdem ad ſeipſum. ꝓpter hoc dixit Boe. ꝙ uerisſima eſt ꝓpoſitio, in qua idẽ de ſeipſo dicitur: tamen iſta prædicatio, non eſt naturalis, quia idẽ reſpectu ſuimet non poteſt habere ſecundũ naturam, reſpectum materiæ ad formam, & recepti, & receptibilis, qa iſta ſunt primo diuerſa ſecundum naturam, & in fine remotionis: ideo Auer. uult ꝙ ſit in fine abominationis, ut idem de ſeipſo prædicetur.

B

& ideo Ariſto. animaduertens ad hoc, dixit in prædicamentis, ꝙ a prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio, uidelicet per ſe & naturalis: utrum autẽ indirecte, & per accidens contingat ut aliquo modo prædicari poſſit, hoc eſt ꝙ non curat ars, neq; ſcientia, qa iſta ſunt extranea a prima ſcientiæ intentione ✽ Primo priorũ in cap. de inuentione medij, habet ꝙ ſingulare, ꝑ accidens prædicatur ſolum, ut hoc album eſt callias.

Obiectio.

Sed eſt obiectio contra prædicta. nam Ariſt. 5. meta. cap. de ſecundũ quod. & ẽ tex. com. 23. ubi dicitur ꝙ homo ſecundũ ſe eſt homo.

Solutio.

Ad hoc reſpondetur, ꝙ ille modus non eſt per ſe prædicandi alterum de altero, qa tales ſunt primus, & ſecundus modus dicendi per ſe, de quibus ibidem meminit. & etiam in primo poſter. in cap. de per ſe ſed talis modus dicitur per ſe, per negationem alterius cauſæ. unde litera ibi dicit, hominis multæ ſunt cauſæ: animal, bipes, attamen homo ſecundum ſe eſt homo.

Contra formalizãtes.

Et ideo opinio formalizantium in hoc non eſt tenenda, qui uolunt ꝙ ꝓpoſitio in qua idem prædicantur de ſeipſo, ſit in primo modo dicendi per ſe, quia uolunt, ꝙ propoſitiones primi modi ſunt in quatuor gradibus conſtitutæ. In primo gradu ſunt propoſitiones in quibus ſuperius in quid prædicatur de ſuo inferiori, ut genus de ſpecie: uel ſicut ens de Deo, & creatura. In. 2. gradu, ſunt propoſitiones in quibus prædicantur quiditatiua prædicata in quale, ſicut quando prædicatur differentia de ſpecie. In. 3. quando tota diffinitio prædicatur de diffinito. In. 4. quando idem prædicatur de ſeipſo. Auer. autem & antiqui Peripatetici, uolunt prędicata primi modi dicendi per ſe, eſſe ſolum tribus modis. unde. Commen. 7. meta. com. 11. inquit ꝙ primus modus p̄dicabilium eſſentialiter, continet tria, genus, & differentiã, & totam diffinitionem, quæ diffinitio eſt idem cum ſubſtantia rei, & uniuerſaliter prædicabilia ſubſtantialia ſunt illa quæ adunantur cum ſubiecto, & adunantur adinuicẽ, & accidentalia econuerſo, & immorari in hoc amplius eſt ſuperfluum.

C

ADDItio.

✽ Sed eſt inſtantia nam Ariſt. in fine. 2. libri peri her. inquit. ꝙ iſta, bonum eſt bonum, eſt uera per ſe, ſed iſta, bonum non eſt malum, eſt uera per accidens. & per conſequẽs propoſitio in qua idem prædicatur de ſeipſo, eſt per ſe, & non niſi in primo modo, quare &c. Reſpondetur ꝙ ly/per ſe ſumitur ibi, ut diſtinguitur contra ꝑ accidens, ut ly/per accidens, ibi ſtat pro illo, ꝙ ſecundo loco eſt tale, ut bene notat ibi Boe. nam principaliter per naturam propriam primo, bonum eſt bonum, & ſecundo, bonum eſt malum qa omnis negatio uera eſt, propter aliquam affirmationem priorem, quæ uera eſt. nam quia homo eſt homo, ideo homo non eſt aſinus. non ſumitur igitur per ſe & ꝑ accidens, ut ſunt notæ determinantes inhęrẽtiam prædicati in ſubiecto, ut in libro poſte. ſed ut dicunt aliquid, primo & ſecundo loco, tale, aut tale eſſe.

D

*Si unum contrariorum fuerit in rerum natura, erit & reliquum.*

Propō. 35

PROPOSITIO iſta eſt Ariſto. in. 2. cœli & mundi in tex. com. 18. Aduerte ꝙ contrarietas quandoq; ſumitur communiter, & ſic ſe extendit ad oppoſita ſecundum priuationem. & habitum, quandoq; ſumitur proprie, & ſic eſt inter formas poſitiuas. diſtinctio eſt Auer. in. 1. phy. com. 41. dico tunc ꝙ non habet locum propoſitio Philoſophi in contrarijs communiter dictis, ſicut ſunt habitus, & priuatio, quia nõ oportet ſi finitum ſit, quod infinitum ſit, & ſi eſt plenum, non oportet ꝙ ſit uacuum, ſed intelligitur in contrarijs proprie dictis. nam talia ſunt ad perfectionẽ uniuerſi, & uniuerſum ꝑfectũ eſt, & ideo ſi unũ cõtrariorũ fuerit in rerũ natura, oportet quod ſit reliquũ. Habet etiam ueritatem ſecundum phyſicam conſiderationem. fallit autem propoſitio, ſecundum logicam conſiderationem. nam Ariſto. in prædicamentis. inquit. in ſermone de oppoſitis, non oportet ſi unum contrariorũ fuerit, quod ſit reliquum. nam ſi omnes homines ſint albi, nigrum non erit. nam hoc eſt ſecundum diuerſas conſiderationes. naturalis enim ſequitur naturas rerum, & perfectionem uniuerſi conſiderat. & ſic uerum dicit, quia quælibet forma contraria, poſitiua, eſt de perfectione uniuerſi, & ideo una exiſtente, debet eſſe altera: ſed logicus ſequitur imaginationem rationis, ſecundum poſſibilitatem logicã, quæ eſt res habens latitudinem ſatis amplam, & ſic dicit non implicare contradictionem, uno exiſtente de numero contrariorum, aliud non exiſtere, & in multis conſimilibus, aliter dicit artifex rationalis, & artifex realis. nam Ariſto. in prædicamentis. in ca. de quantitate cõſiderans quãtitatem ſecundum ſimplicem conſiderationem, dixit quantitati nihil cõtrariari: ſed naturalis qui cõſiderat quantitatẽ, ut eſt terminus motus, dicit in ea eſſe contrarietatem ſecũdum perfectum, & imperfectum: ut patet. 5. phyſi. tex. cũ men. 18. & unuſquiſq; uerum dicit, ſecundum ſuam conſiderationem. & hoc etiam inuenitur in alijs ſcientijs, nã naturalis dicit motui circulari non ineſſe contrariũ, & geometer imaginatur in motibus circularibus contrarietatẽ, ut patet primo cœli & mundi. com. 32. & multa conſimilia inueniens, in quibus diuerſæ ſcientiæ ſecundas diuerſas abſtractiones, diuerſa dicunt. ✽ Immo etiam ſcientiæ rationales in pleriſq; diſſentiunt, nam ſecundum logicum teſte Philoſopho in ſecundo peri her. tranſpoſita nomina, & uerba, idem ſignificant, ſed ſecundum oratores, & poetas, tranſpoſitio nominum & uerborum, maximam uarietatem cauſat: ut notat ibi Boe. Amplius nomina ſynonyma apud oratores uſui ſunt, non autem apud demonſtratores primo phyſi. com. primo ita etiam de metaphoris. 3. de anima. com. 5. &. 2. poſteriorum.

E

F

ADDItio.

*Materia negatione cognoſcitur.*

Propō. 36.

Materia pa est 2a unde [illegible] infinegmet.

PROPOSITIO Ariſt. eſt in. 10. primæ philoſophiæ tex. com. 24. Aduerte igitur, ꝙ materia duplex ẽ. prima, & ſecunda materia. prima eſt natura, ſed materia ſecunda eſt naturatum, ſiue habens naturam. prima. n. materia eſt ſubſtantia ſimplex, ſed ſecunda eſt ſubſtantia compoſita ex materia & forma, ſiue ſit materia alterationis tantum, ſiue ſit materia alterationis, & compoſitionis ſimul. propoſitio igitur ueritatem habet de prima materia principaliter, ut dicam.

Difficultas

Sed eſt difficultas, quia Ariſto. primo phyſi. tex. com 69. inquit. ſubiecta quidem natura ſcibilis eſt per analogiam ad formam, quomodo igitur materia negatione cognoſcitur?

Solutio.

Niſi eſſet ꝙ duplex eſt notio materiæ: Vna quam dat prima noſtra cognitio naturalis, quæ a ſenſatis & nobis notioribus proficiſcitur.

G

Iuxta illud Ariſt. in primo phy. tex. com. 2. innata eſt nobis uia a notioribus nobis, ad notiora naturæ, & quia tranſmutatio ſubſtantialis, eſt operatio materiæ ut ſubiecti: ut inquit Com. primo cœli com. 20. & etiam. 7. meta. com. 9. & 8. meta. com. 12. ideo naturalis, cognoſcẽdo materiã ꝑ tranſmutationẽ ſubſtantialẽ, per analogiã cognoſcit eã ad formã, uel ad habẽs formã, unde. 7. meta. tex. com. 7. dicitur, ꝙ materia eſt ueluti æs. nã ſicut ſe habet ęs reſpectu ſtatuę, & uniuerſaliter materia rerũ artificialiũ ad formas artificiales, ita ſe habet materia. 1. ad formas naturales, unde materia in hac prima cognitiõe & primo occurſu de ſe cognoſci non poteſt. unde Ariſto. in. 7. meta. tex. com. 35. materia ſecundũ ſe, eſt ignota. & reddit cãm Com. de hoc in 1. phy. com. 69. dicens, ꝙ qa prima materia non habet quiditatem, in actu intellectam ab ea, ideo nõ eſt nota de ſe. nam ſicut ſupra dictum eſt, actus qui eſt quiditas eſt ratio propter quam aliquid eſt primo intelligibile. ſed quia materia eſt primo diuerſa a forma, quæ eſt quiditas, quia non eſt forma, nec habens formam, ideo de ſe eſt ignota; & non cognoſcitur in prima cognitione naturali, niſi per formam, uel in habitudine ad habens formam. Et talem cognitionem habet naturalis de materia. nam ut a natura-

H

li materia conſideratur, dicitur relatiue ad formã, ſed poſt quam materia ſic innotuit in naturali philoſophia, ſcientia diuina habita iſta cognitione a naturali, qa ut inquit Com. primo phyſi. cõ. ulti. & 7. meta. cõ. 9. eſſe primæ materiæ non niſi uia tranſmutationis ſubſtantialis, & per cõſequẽs medio naturali poteſt innoteſcere, tunc diuinus cõſiderat ipſam in ſe, ut eſt ens, & ut ẽ ſubſtantia, quæ nõ eſt forma, nec habens formam, & eſt ſic concepta per negationẽ cuiuſcunqꝫ formæ, & cuiuſcunqꝫ priuationis. ſic enim materia negatione cognoſcitur. unde Cõmenta. ibi in cõ. inquit. materia negatione cognoſcitur, cum dicitur, materia ẽ priuatio formæ. intellectus enim ut ſcribit Cõmen. 12. meta. c. 39. innatus eſt diuidere adunata in eſſe, ſicut diuidit materiam a forma, & iſto modo materia intelligitur eſſe una numero, unitate numerali, priuatiue, non poſitiue: ſicut ſortes poſitiue, dicitur unus numero, ab una forma dante ſibi unitatem, ſed per carentiam formæ dantis talem unitatem, dicitur materia una numero. & iſta cõſideratio de materia, ut inquit Cõmen. pertinet ad primum Philoſophũ, et iſto modo materia non habet eſſe, niſi in anima. nam manifeſte patet, ꝙ materia extra animã non inuenitur cum priuatione omnium formarum, quia tunc qđ non eſt in actu, eſſet in actu ſecundo phyſi. cõ. 12, ſed intellectus poteſt in-

I

telligere materiam, per priuationem omnium formarum, quia intellectus eſt altior uirtus, q̃ ſit natura, & multa poteſt diuidere, quæ natura non poteſt. & hoc dicit Cõmen. 12. meta. c. 14. ſicut diſtinctiſſime deinde repetit in libro de ſubſtantia orbis. non eſt autem intelligendum per illa uerba, ꝙ materia de ſe ens non ſit, aut eſſentiam, ſed per formam, ut quidam male interpretati ſunt. nam licet materia non ſit in effectu, aut in actu, niſi per formam, tamen eſſentia materiæ, eſt alia ab eſſentia formæ. non enim forma cauſa ẽ, ꝙ materia ſit materia, licet forma ſit cauſa propter quam materia exiſtit. unde Boe. in lib. de unitate & uno, oẽ eſſe eſt a forma. quod Philoſophi deſcribentes dixerunt, eſſe eſt exiſtentia formæ in materia. Et aduerte, ut alias dixi, ꝙ omnis cognitio quam habet naturalis de materia, eſt relatiua. ſic enim Ariſto. dixit in 2. phyſi. text. c. 26. materia relatiue dicitur ad formam.

Dubium.

Sed contra hoc quidam dubitauerunt. nam iſta materia, eſt materia, & naturalis. nam ſi iſta pertineret ad diuinum, tunc diuinus cognoſceret eſſentias rerum in particulari. Amplius Cõmen. expreſſe. 7. metaphy. cõ. 9. dicit ꝙ naturalis conſiderat de prima materiam, ut materia eſt.

Solutio.

Niſi eſſet, quod ut dicit lucidiſſimus Themi. in digreſſione de potentia, & priuatione materiæ primo phyſi. nomen materiæ, relatiue dicit. nam materia eſt ex quo ſit aliquid, ut inexiſtente, & ut dicit, nomen materiæ reſpicit futura, ſed nomen ſubiecti, reſpicit præſentia, materia enim qualitatibus ſenſibilibus informata, ex materia, auctoritate Boethij, tranſit in ſubiectũ. nã æs ex quo ſtatua fieri poteſt, materia dicitur ſtatuæ, ut autem ſtat ſub forma ſtatuæ, dicitur ſubiectum, & ideo bene materia, ut materia, pertinet ad naturalem, quia eſt adhuc materia formæ, & dicit adhuc relationem ad formam. Vnde Commen. in eodem com. 9. 7. metaphy. paulo infra declarans quomodo prima materia cognoſcitur a naturali, inquit, quod materia cognoſcitur a naturali ut eſt principium tranſmutationis. Patet autem, ꝙ iſta eſt conſideratio relatiua, ſed diuinus eſt, qui ſolus poteſt cognoſcere materiam ſub rationibus abſolutis, & tranſcendentibus, dum conſiderat ipſam inquantum ens, inquãtum ſubſtantia ẽt, conſiderat ipſam inquantum eſt in potentia, ut dicit ibidẽ. nam potentia, et actus, ſunt de differentijs entis, ut patet. 9. metaphy. tex. cõ. primi. tamen naturalis conſiderat ipſam magis limitate, ut eſt ens in potentia per trãſmutationem, nam cum materia ſm eſſe reale quod habet extra aĩam, cum habeat entitatem diminutam, & potẽtialem, ſm quã non põt per ſe exiſtere proprius, & adæquatus conceptus eius, eſt ille quem habet naturalis, licet in relatiõe cõſiſtat, licet entitas materiæ in ſua prima notiõe ſit ens per ſe. i. abſolutum, quia eſt ſubſtantia, & ſic pertinet ad diuinum, ut dicit Cõmen. 2. phyſi. cõ. 4. & 21. & in pleriſqꝫ alijs locis.

K

ADDItio. Hoc idem habetur ex ſententia Auer. in. 1. phyſi. c. 67. materia numeratur in entibus, licet non ſit aliquid in actu ſecundũ ꝙ materia.

L

Difficultas

Sed eſt dubium de forma, an ut a naturali conſideratur, ſemper relatiue conſideretur, & uidetur per auctoritatem Philoſophi in. 2. phyſi. tex. c. 26. ꝙ ſic. Amplius eſt auctoritas Cõmen. 4. phy. cõ. 16. ſcire quiditates ultimorum principiorum, ẽ difficile, & ſcire materiam ſine forma, aut formam ſine materia, ẽ impoſſibile. Ex aduerſo autem eſt auctoritas Cõmen. 7. primæ philoſophiæ. cõ. 8. in calce cõ. ubi inquit. & cum induxit ratiocinationes, ex quibus apparet ꝙ materia eſt magis ſubſtantia, & dixit, ſed impoſſibile eſt, ut materia ſola ſit ſubſtantia, cum opinatur ꝙ intentiones ſeparabiles in intellectu. ſ. quæ non intelliguntur in reſpectu aliorum, ſed quæ intelliguntur per ſe, ſunt magis ſubſtantiæ, & ideo exiſtimatur ꝙ forma ſit etiam ſubſtantia, cum ſit quiditas quam ſignificat diffinitio. ubi patet, ꝙ forma eſt de numero eorum quæ intelligũtur per ſe & nõ in habitudine ad aliud.

Solutio.

Et licet magnus Albertus hoc derelinquat ſub dubio, tamen uidetur mihi, ꝙ idem ſit utriuſqꝫ iudicium in hoc, quia forma non cõſideratur a naturali, inquantum ſubſtantia, nec inquantum ens, ut patet 12. metaphy. 5. & 6. cõ. ſed conſideratur ut eſt principiũ, aut terminus tranſmutationis, & per conſequens relatiue concipitur, nec diffiniri poteſt ſine materia, forma naturalis, ut dicit Commen. primo de anima cõ. 16. & patet manifeſte in diffinitione animæ, in qua ponitur corpus organicum.

M

Ad auctoritatem igitur Cõmen. dico ꝙ ſubſtantia formæ eſt magis independens, quam ſubſtantiæ materiæ. nam materia eſt propter formam, & intelligitur propter formam, non ſic autem eſt de forma. materia enim ẽ propter formam, non forma propter materiam. 2. phyſi. tex. c. 91. unde Auicen. 5. ſuæ metaphy. dicit. materia ẽ materia formæ, ſed non eſt cauſa formæ, licet Auer. illud quandoqꝫ concedere uideatur, ut patet primo phy. cõ. 71. & 2. phyſi. cõ. 30. & forma dicitur relatiue ad materiam, quia materia dicitur relatiue ad formam. idem enim ẽ iudiciũ, ſicut de potentia & actu, ut patet. 9. metaphy. tex. cõmen. 13. nam potentia reducitur ad materiam, & actus ad formam, ut dicit Cõmen. duodecimo metaphy. c. 26.

Propõ. 37.

## *Infinitum ſcd̃m quod infinitum, eſt ignotum.*

PROPOSITIO eſt Philoſophi primo poſte. & 2. metaphyſi. tex. c. 13. nota tñ ꝙ infinitum in actu intelligi non poteſt, tamen bene poteſt infinitum in potentia intelligi. nam Auer. 3. de anima. tex. cõ. 19. uult ꝙ intellectus poſſibilis in propoſitione uniuerſali, intelligit infinita

in potentia



A

in potentia, gloſſa iſta eſt Cõmen. 2. metap. cõ. 13. & 12. metaphy. cõ. 14. & 51. unde Cõmen. 2. meta. cõ. 11. ſup illis uerbis Philoſophi, non eſt intelligere non ſtatuentem inquit, impoſſibile eſt nos intelligere lineam infinitam, niſi quando accepimus eam finitam, & iterãdo eam infinities. nam finitum finities ſumptum, reddit ĩfinitum iſto modo: finita uero finities ſumpta, reddunt aliquid finitum: ut dicit Ariſto. in. 1. poſte.

Inſtantia

Sed eſt inſtantia. nam intellectus humanus poteſt habere naturale deſiderium ad cognoſcendas ſpecies omnes numerorum, quæ tamen ſunt infinitæ, ſed deſiderium naturale non eſt ocioſum, nec eſt impoſſibilium. igitur ſequi uidetur, ꝙ intellectus poteſt intelligere infinitum in actu.

ADDItio

✱ Scotus quandoqꝫ negauit ſpecies numerorum, aut figurarum eſſe infinitas, quia in eſſentialiter ordinatis, eſt ſtatus, & ideo dicit numerum habere unitatẽ ſpeciei ſpecialiſſimę, & ex ꝯſequenti non ſunt numeri ſpecies, ternarius, & quaternarius, ſed indiuidua, ſed hoc ẽ contra Boethium in libro diuiſionum, qui habet, quod ſpecies figurarum ſunt infinitę.

Solutio.

Niſi eſſet ꝙ ſcibilium quædam ſunt per ſe, & eſſentialiter ordinata, ſicut principia & concluſiones, & in talibus non eſt proceſſus in infinitum, ut teſtatur Philoſophus in. 1. poſte. ubi ſtatuit ſtatum in ſcibilibus, quia ex infinitis non contingit ſcire, ut dicitur in ſecun-

B

do metaphyſi. tex. commen. undecimo. Alia uero ſunt accidentaliter ordinata, ita quòd unum non ſcitur per alterum, unum eſt ratio ſcienti alterum, & ſic eſt in numeris inquantum ſcibiles ſunt. nam ut ſic ſunt accidentaliter ordinati, quia accidit ſpeciei numeri prioris, ut addatur unitas noua ad hoc, ꝙ fiat noua ſpẽs numeri, & numerus prior, non ẽ ratio, propter quam ſcitur, aut intelligitur numerus poſterior. et in talibus non contingit ſcire ex aliquo ultimo aut ex aliquo primo ſcibili, in ſuo genere, & propter illud omnia alia ſciantur, quia nullũ tale aſſignari poteſt.

Limitatio theolo.

Diuini autem in noſtra lege propoſitam propoſitionem intelligunt ueritatem habere, de intellectu creato, qui finitus ẽ, ſed fallit de intellectu dei, q infinitus ẽ, & actus ſuæ cõpꝛehenſionis eſt infinitus, talis enim põt cõprehẽdere infinitũ.

Propõ. 38.

## *Scientia eſt neceſſariorum cognitio.*

NON intelligitur ꝙ conditio ſcientiæ, ſimpliciter diffinitę, in primo poſter̃. ſit quod ſit de obiecto ſimpliciter neceſſario: ſicut notat Scotus, in prologo primi ſententiarum in. q. 3. iſta enim fuit imaginatio Platonis, ꝓpter quam poſuit ideas pro ſaluanda ſcientia de iſtis ſingularibus corruptibilibus, ut dicitur in. 7. meta. tex. cõ. 20. & 22. unde Scotus aſſentiens illi fundamento de neceſſitate obiecti, propter hoc, inquit. theologiã quoad ueritates contingentium non eſſe ſcientiam, eo modo quo ſcire ſimpliciter diffinitur in primo poſter̃. quia cognoſcere contingens ut neceſſarium, non eſt cognoſcere contingens in eo ꝙ cõtingens, ſed eſt ſcientia eo modo quo loquitur Ariſtote. de ſcientia in ſexto ethico. prout uidelicet diſtinguitur contra opinionem, quia ẽ habitus, quo uerum dicimus.

Scoti opĩo in. 1. ſnĩa.

C

Impugnatio

Sed ſm hoc ſequitur ꝙ Ariſto. non ſufficiẽter enumeraſſet omnes habitus intellectuales. nam ſcientia diffinita in libro poſter̃. non eſt dubiũ, ꝙ ſit de habitibus intellectus. Amplius eſt contra Auer. ibi in cõ. qui uult ꝙ ſcientia de qua agit Ariſto. in. 6. ethico. ut diſtinguitur cõtra artem. & alios habitus, ſtat pro ſciẽtia ſpeculatiua. Amplius ſufficit ꝙ ſcibile quod eſt ipſum quæſitum, quod poſtea ſit concluſio demonſtrationis, ſit neceſſarium, ita ꝙ in eo ſit eſſentialis, & neceſſaria habitudo, inter prædicatum & ſubiectum. q̃ſita enim ſunt æqualia numero, his quæ ſciuntur. ut dicitur in. 2. poſter̃. in tali autem quæſito, aut quæritur propria paſſio de ſubiecto, aut diffinitio de diffinito, manifeſte autem patet ꝙ concluſiones in quibus demonſtrantur paſſiones de ſubiectis, ſunt propoſitiones per ſe ſecundi modi, & per conſequens ſunt neceſſariæ, cõcluſiones autem in quibus demonſtratur diffinitio de diffinito, ut quando demonſtratur diffinitio materialis per formalem, tanqꝫ per medium, ſunt in primo modo dicendi per ſe, & per conſequens etiã tales ſunt ſimpliciter neceſſarię.

Scotus nõ loquitur ꝑter de obiecto incõplexo ꝙ debeat eẽ neceſſariũ ſimplr, qm̃ procul dubio negaret eẽ ſcientias oẽs eas cognitiões q̃ non ſunt de ſempiternis, ſꝫ loqt̃ de obiecto cõplexo ꝙ neceſſariũ eẽ dẽt atqꝫ ea rõne negat cognitionẽ de contingẽtibus eẽ ſcĩam ut definit primo poſter̃.

D

Cognitio de cõtingẽtibus dupliciter hẽri põt.

Pro ꝙ animaduerte, ꝙ cognitio de contingentibus dupliciter haberi poteſt. Vno modo ſm rationes uniuerſales, & ſic talis cognitio ad eandem animæ partem pertinet, ad quam pertinet ſcientificũ, quæ eſt cognitio neceſſariorum, ut ait Ariſto. in. 6. ethico. Alio modo talis cognitio poteſt conſiderari in particulari, & ſic talia ſunt uariabilia, nec ſuper ea cadit intellectus, niſi mediantibus uiribus ſenſitiuis. unde inter uirtutes ſenſitiuas, cogitatiua ponitur, quæ dicitur ratio particularis, & iſto modo cadunt contingentia ſub operatione, & cõſilio. & ſic cognitio talium dicitur eſſe in potentia animæ ratiocinatiua, ſiue conſiliatiua, & ſic ſunt in intellectu particulari, qui eſt uirtus hominis cogitatiua, & poteſt dici intellectus practicus in particulari.

Error pluſquam cõmentato.

Primum iſtorum dictorum manifeſtum eſt, quia non eſt dubium, ꝙ ſcientia naturalis eſt tam reſpectu corruptibilium corporum quã etiam reſpectu ſempiternorum. nam ut dicit Ariſtote. 4. meta. text. cõ. 22. de rebus mobilibus poſſunt formari propoſitiões, immobilis ueritatis, et ſempiternę. Et ex hoc patet quomodo Pluſqꝫ commen. male ſentit in primo thegni cõ. 7. qui uoluit artem eſſe in intellectu particulari. cum tamen Ariſto. 6. ethico. cap̃. 4. enumerat artem, & prudentiam. inter habitus intellectuales, quibus anima ſemper uerum dicit.

E

Patet autem ꝙ per habitum particularem anima ſemper non poteſt uerum dicere. Amplius Ariſto. in fine primi ethico. ſeparat uirtutes intellectuales a moralibus, & inter morales enumerat fortitudinem, et temperantiam, & inter intellectuales enumerat ſapientiam, intellectum, & prudẽtiam. modo idem eſt iudicium de prudentia, & arte, quia ſicut prudentia eſt recta ratio agibilium, ſic ars eſt recta ratio factibilium, & ideo nõ recte dixit, ꝙ medicina ſumpta pro habitu uniuerſali, non eſt ars, ſed eſt ſcientia, ſed ſumpta pro habitu particulari, reſultãte ex illo uniuerſali in uirtute cogitatiua, & etiam prout eſt ex aſſuefactione, ſic eſt ars. Et tamen totum oppoſitum eſt uerum, quantũ ad medicinam ſumptam pro habitu uniuerſali, quia uerũ genus eius eſt ars. Nam ex procemio meta. ars eſt uniuerſalium collectio. Sed ſcientia proprie prout accipitur in ſexto ethi. ſumitur pro ſcientia ſpeculatiua, ut dicit Commen. in cõ. unde uerum genus medicinæ, eſt ars non ſcientia, ut dicit Cõmen. 5. metaph. cõ. 20. unde medicina proprie eſt ars, ſciẽtia autem eſt (cõmuniter ſumendo nomen ſcientiæ, nõ proprie) ut bene notauit Gale. ibi ꝙ nomen ſcientiæ communiter, & non proprie audire oportet. Nam ſcientia cõiter ſumpta diuiditur in theoricam, i. actiuam, & in factiuã, ut patet in. 6. primæ philoſophiæ. tex. cõ. primi. ſcientia au-

F

tem factiua, idem eſt ꝙ ars. Manifeſtum eſt autem, ꝙ medicina ueriſſime eſt ars, ſumendo autem medicinam pro habitu particulari in intellectu practico, particulari, i. in uirtute cogitatiua, ille habitus non eſt ars, ſed eſt habitus particularis ex aſſuefactione aggeneratus, & non eſt ars, ſed ẽ habitus experimentalis, diſtinctus ab arte. Nam differẽtia eſt inter experimentum, & artem, ut patet in procemio meta. fit enim ars cum ex multis experimentalibus conceptionibus, una fit, ueluti de ſimilibus uniuerſalis acceptio. Acceptionem quidem habere ꝙ Calliæ, & Socrati hac ægritudine laborantibus, hoc contulit, & ita multis ſingulariũ experimenti eſt. quod autem omnibus huiuſmodi ſecũdũ unam ſpeciem determinatis, hac ægritudine laborantibus contulit, ut phlegmaticis, aut cholericis, aut ęſtu febricitãtibus, artis eſt.

Error aliorum.

Nec ualet reſponſio illorum, qui dicunt ꝙ alio modo ſumitur ars in procemio meta. & alio modo in ſexto ethicorum. Nam in procemio meta. ſumitur ars pro cognitione factibilium in uniuerſali, & ſic eſt habitus uniuerſalis in intellectu poſſibili ſubiectiue exiſtens, ſed in ſexto ethico. ſumitur pro habitu particulari in uirtute cogitatiua exiſtente. Nam ut ſupra patuit, hoc eſt contra intentionem

G Ariſto.ibi,qui artem,& prudentiam enumerat inter habitus intellectuales,quibus aīa ſemper uerum dicit, qui ſunt habitus uſ'es.& iſta eſt mens Auer. ibidē. & diui Tho. Nā ut inqt Diuus Tho. licet cognitio ꝯtingentiū in particulari ſit in itellectu practico.particulari, tñ cognitio iſtoꝶ ī uſ'i, eſt in intellectu poſsibili, unde hæc eſt ueritas ſine dubio.

Reuertamur igit̄,& dicamus ꝙ ſcientia pro tāto dr̄ neceſſariorum,pro quanto concluſiones ſcitæ ſunt ueræ neceſſario,& ſcitæ per propoſitiões ueras,& neceſſarias. Nā eſt habitudo & dependentia neceſſaria,inter præmiſſas,& cōcluſionem ſcitā per ipſas.nam ſunt cauſa utroq; modo. & in eſſendo,& in inferēdo:ut dicit Ariſtote.in.1.poſterio.

Error Ioā. de Ganda. Ex hoc patet error illorum,qui aſſerunt ꝙ demonſtrationes fiunt de exiſtentibus,inquantum exiſtūt,& quod ad eſſe demonſtrationis, requiritur permanentia ſempiterna ſecundum ſpeciem.

Vtrum demōſtrationes regrāt actualē uerū exñtiam. Nam licet uerum ſit ſm phyſicam cōſiderationem,ꝙ ſpecies rerum quæ ſunt ad perfectionem uniuerſi,ſint ſemper in actu,quia uniuerſum ſemper eſt ꝑfectum.Nam licet in regione noſtra,tempore hyemis non reperiantur roſæ,tamen in alia regione in qua tunc eſt uer, & temperies,reperiuntur roſæ,tñ iſtud eſſe actualis exiſtētiæ,accidit demonſtrationi inquātum demōſtratio eſt. Nā demonſtrationes ſunt de uniuerſalibus, quæ ſunt cognita per intellectum:talia aūt abſtrahunt ab hic, & nunc.unde

H lucidiſsimus Them. 1. poſter.c.19.ſuper illo text.Eorum quæ ſæpe fiunt,ubi Ariſt.dicit in tex.manifeſtum eſt aūt, ꝙ ſm quod hmōi ſunt,ſemper ſunt inquit,ſed facilis & ab ſoluta defenſio eſt earū rerum,quæ certis interuallis redire in ſuos orbes uidentur.Forma tm̄ cōis in demonſtrationē uenit.nec enim de uno aliquo defectu hoc uel illo,qui hac, uel illa hora cōpareat, demōſtratio accipitur, ſed de omni quē ex talibus cauſis prouenire neceſſarium,et ꝑpetuū eſt.

Amplius Ariſt.7.meta.tex.cō.55.uult ꝙ de indiuiduis ſempiternis,ut eſt Sol,& Luna,neq; diffinitio, neq; ſciētia per demonſtrationem haberi poteſt,imo iſtæ ē unus de erroribus contingentibus,circa uſ'e,ut patet.1.poſter̄.in illo cap̄.Oportet aūt non latere,ꝙ qñ ſub aliquo uſ'i, non ē niſi unum ſolum ſingulare,intellectus opinatur ꝙ ꝓprietas quæ ex natura rei primo ē ipſius uſ'is, qđ ſit primo ipſius ſingularis,cū nil ſit accipere extra ipſum uſ'e,niſi illud ſingulare.manifeſtum ē aūt, ꝙ ſi ſubiectum demōſtrationis requireret actualem exiſtentiam,& permanentiam ſempiternam in effectu,cum nulla ſit uerior ꝙ̄ illa quæ ē ſm indiuiduum,ut ſcribit Cōmen.in.2.de gene. & corrup.text. cō.59.ubi dicit,ꝙ ens ē melius ꝙ̄ nō ens,& ens uerum,ꝙ̄ non uerum,& ens ſm indiuiduum,ꝙ̄ ens ſm ſpeciem. Et

I 12.meta.cō.27.ſcribit ꝙ uerus reſpectus,eſt entis particularis.Accideret igitur ſm illam uiam,quod ſingulariū ſempiternorum,eſſent uerę diffinitiones,& uerę demonſtrationes. Amplius cū res exiſtens,ſit aggregatum per accñs, qūo igitur poterit eſſe ſubiectum demonſtrationis, & ſciētiæ,non uideo.

Error quorundam. Et ex hoc patet ēt error aliorum,aſſerentium ſciētias mathematicas ideo eſſe certiſsimas,quia ſunt obiectorum neceſſariorum.Nam manifeſtum eſt,eaſdem eſſe lineas mathematicas,& naturales,teſte Ariſt.i.2.phyſi.in tex.cō.18.

Vera ſolo. Sed ratio uera eſt,quia propoſitiões formatæ de ipſis,ut abſtrahunt a materia ſenſibili,ſunt ſempiternæ ueritatis,& principia talium demonſtrationum innoteſcūnt nobis,non per experimentum, ſed ex notitia terminorum,& ſunt notiora nobis & naturę.

Quāobrē ſcīæ mathematicę ſint īter oēs certiſsimę. Sed principia & ꝓpoſitiones formatæ de eiſdem,ut concernunt materiā ſenſibilem,& uariabilem,ſunt ueræ,ut in pluribus,& raro cōtingit ꝙ ſint ſemper ueræ,& innoteſcunt nobis per experimentum:ut patet.6.ethi.& ſic ſcientiæ, & demonſtrationes mathematicę dn̄r aggenerare in anima ſtantem & firmum habitum,quia ſunt demonſtrationes ſimpliciter dātes cauſam,& eſſe.Sed demonſtrationes naturales,ſunt ut in pluribus de numero ſignorum, aut demōſtrationes cauſæ tm̄.rariſsimæ autē ſunt,quæ dant cauſam, & eſſe,ſicut dicit Cōmen.in ſuo prologo ſuper primo phyſico, & etiā primo phyſicorum.cōmen.1.& ſcđo metaphy.cō.16.

K

*In cōceptis cum materia, aliud eſt quod quideſt, ab eo cuius eſt,quodquideſt.*

NIMIS uulgata propoſitio, & ſcribitur in.7. primæ philoſophię.in tex.cō.41.Scotus aūt in.7.ſuæ meta.in q.16.& in.3.ſentē.diſt.22.& Antonius And.in. q.7. in.7.meta. ubi quærit.utrum quodquideſt, ſit idem cū eo cuius eſt,quodquideſt, uolunt ꝙ cum materia dicatur relatiue ad formam,ex,2.phyſi.tex.cō.26. Forma aūt eſt duplex.ſ.forma partis,quæ ē altera pars compoſiti, & forma totius,exemplum primi,ut aīa hominis, ita materia ſumit̄ dupliciter.Primo pro materia partis,& iſta eſt altera pars eſſentialis totius,quia cum forma conſtituit unum ꝑ ſe, de genere ſubſtantiæ.Alio modo dicitur materia, quæ correſpōdet formæ totius,contrahens quiditatem ad eſſe hoc,et hæc eſt proprietas indiuidualis,quę cum ipſa quiditate ſpecifica,cōſtituit ipſum indiuiduum ſpeciei, quod ē unū ens per ſe.Et tunc dicunt,ꝙ quodquideſt ipſius ſpeciei, eſt idē per ſe,primo cum ipſa ſpecie cuius eſt quodquideſt, & eſt ipſius indiuidui per ſe non primo.unde dicunt propoſitam propoſitionem,ueritatem habere de ipſis indiuiduis, quæ ſunt concepta cum materia,quæ eſt dr̄ia indiuidualis,quia

L in talibus non ē idem quodquideſt,cum eo cuius eſt quod quid,per ſe primo,ſed per ſe ſcđo.nam quodquideſt ē primo ipſius ſpeciei,& eſt per ſe non primo ipſius indiuidui. & iſto modo ēt gloſſant auctoritatem Philoſophi,in.3. de aīa.tex.cō.9.ubi dicitur,ꝙ in quibuſdam idem eſt caro,& carni eſſe,in quibuſdam autem aliud eſt caro,et carni eſſe. nam ſemper quodquideſt, eſt uniformiter idem cum eo cuius eſt quodquideſt,ſi per ſe primo,per ſe primo, ſi per non primo,per ſe non primo.Si ſecundum quid, & ſecundum accidens, ſecundum quid, & ſcđm accidens. Iuxta illud Ariſto.in.7.meta.tex.cō.20. ſingulum enim non ur̄ aliud a ſuimet ſubſtantia.

Impugnatio Sed iſta poſitio,non ur̄ eſſe de mente Ariſt.in.7.meta. quia intentio eius ē in illo loco deſtruere poſitionem idearum.Plato aūt,ꝑꝑ duo fundamenta præcipue conabatur oſtendere neceſſarias eſſe ideas. Primum quidem erat,ꝑꝑ ſcientiam quæ debet eſſe de inuariabili,& neceſſario obiecto. Secundum aūt erat,ꝑꝑ generationem ſaluandam,in qua generans, debet aſsimilari genito.Ariſto. aūt primo in illo cap̄.quod incipit. Vtrum aūt idem eſt,aut alterum quodquiderat eſſe,ab eo cuius ē quodquiderat eſſe,& ē text.cō.20.uſq; ad.21. deſtruit illā poſitionem,quantum ad primam cauſam.In illo aūt cap̄.

M quod incipit.Eorum aūt quæ fiunt quædam a natura fiūt, & eſt tex.cō.22.deſtruit poſitionem idearum quo ad ſecūdam cauſam,oportet igitur ꝙ Ariſto. ſi contradicit in hoc Platoni,qui ponebat quiditatem hominis,in ſpecie ſeparatam a ſingularibus ſubſtātijs,ad hoc ut de ſingularibus habeatur ſcientia.& ad hoc ut ſaluentur gn̄ationes qđ Ariſt. inquirat,utrum talis quiditas quæ ꝑ diffinitionē exprimit̄, ſit idem cum ſubſtantia prima ſingulari,aut ſit ſeparata in actu,ut aſſerebat Plato,& non eſt quærere an diffinitio,ꝑ ſe primo ſit ſpeciei,aut non per ſe primo.de hoc enim non eſt lis,neq; aliqua diſcordia,inter Plato.& Ariſt.Nam auctoritate Porphy.in cap̄.de ſpecie.indiuidua aūt quæ ſunt poſt ſpecialiſsima, infinita ſunt,quapropter uſq; ad ſpecialiſsima a generaliſsimis deſcendētem,iubet Plato quieſcere.deſcendere aūt per media diuidentes, ſpecificis differentijs.Infinita inquit relinquenda ſunt.neq; enim eorum poſſe fieri diſciplinam.Et per ꝯñs ꝑꝑ ſcientiam oſtendit Ariſto.non eſſe neceſſarias ideas, inferēdo iſtam concluſionē, quodquideſt eſſe idem cum eo cuius ē quodquideſt, concluſio erit in hoc ſenſu,ꝙ quiditas expreſſa per diffinitionē non eſt ſeparata, & diſtincta, in actu a ſubſtantia prima, cuius illa ē quiditas.unde in fine illius capituli,iſto mō epilogat,qūo quidem quodquiderat eſſe idem,& qūo nō idē, unicuiq;



A unicuiq; dictum eſt. Et confirmatur.nam Cōmē.7.meta.in com.20.introducens intentionem Ariſto. circa hoc in illo ca.inquit. Cum declarauit, ꝙ quiditates ſimplices non inueniuntur niſi in ſubſtantijs, & quod per illas ſunt ſubſtantiæ,uult hic perſcrutari,utrum iſta ſubſtantia,quę eſt quiditas,& ſubſtantia ſingularis.ſ.indiuiduum ſubſtātiæ, ſint idem:ita ꝙ quiditas quæ eſt ſubſtantia eius, ſit quiditas ſingularis. & illud ſingulare eſt ſubſtantia, per iſtam quiditatē,aut quid quiditas rei ſit aliud a re in actu. & ſubdit immediate Commenta.cauſam iſtius inquiſitionis,dicens,& quæſiuit hoc propter formas quas dicit Plato:quoniam ſecundum illam opinionen erant quiditates primarum ſubſtantiarum,aliæ a primis ſubſtantijs, quia ſunt primæ ſubſtantiæ etiam exiſtens per ſe. Et iſto modo introducit illum textum. unde dicit, & dixit, perſcrutemur.i.cum ſit declaratum,ꝙ quiditates ſunt ſubſtantiarum ſingularum,perſcrutemur,utrum ſubſtantia quæ eſt quiditas & ſubſtantia ſingularis,ſunt idem, aut non:ante ꝙ̄ perſcrutemur de ſubſtantia,quam ſignificat diffinitio, quid ſit,& inſpicienti totū illud capitulum.ad iſtam intentionem loquitur Ariſto.& iſta eſt expoſitio Commenta. ſine dubio uſq; in finem capituli.unde in calce com.21.inquit.D.d.Manifeſtum eſt igitur, ꝙ in rebus primis, quæ

B dicuntur per ſe entia eſſentia cuiuslibet ſingularium rerū, & omne ſingulare,ſunt idem,& unum,& ſunt uerba tranſlationis arabicæ,ubi Commenta.inquit.i. manifeſtum ē igitur,ꝙ quælibet primarum ſubſtantiarum, eſt idem cū ſua quiditate.Et ita ſine dubio Philoſophi intentio eſt ibi, ꝙ quiditas quæ per diffinitionem exprimitur, eſt idem cū ſingularibus,quorū eſt quiditas.Nam ut inquit Boe. ſpecies ſpecialiſsima eſt tota quiditas indiuiduorum. Vnde ſcire debes,ꝙ ut ſcribit Cōmen.primo meta.com.27. iſta inſenſibilia habent duos modos comprehēſionis:modum qui non eſt ſcientia eorum,ſed imaginatio, & modū qui eſt ſcientia eorum:& ſunt intellecta uniuerſalia.Iuxta illud Boethij,uniuerſale eſt dum intelligitur, & ſingulare eſt dum ſentitur.Et ideo ſecundum ſententiam Ariſt. quiditas hominis,quę per diffinitiōem explicatur,nō eſt aliud quid a ſingularibus hominibus, quorū eſt quiditas.

Opi.Auer. Et tunc melius eſt dicere iuxta uiam antiquam Peripateticorum,quam ubiq; locorum ſequitur Commen. ꝙ in conceptis cum materia.i.in iſtis generabilibus, & corruptibilibus,aliud eſt quiditas,& aliud eſt eſſentia.unde.3.de anima.com.9.ſuper illis uerbis textus, in quibuſdam idem ē caro & carnis eſſe,inquit,cauſa propter quam hæ duæ in-

C tentiones non inueniuntur in omnibus entibus eſt, ꝙ quiditas & eſſentia in entibus ſimplicibus eſt idem uerbi gratia ꝙ eſſe carnis eſt idem cū carne: quia intentio carnis in eis nō eſt i materia. Pro quo debes ſcire ꝙ in rebus cōpoſitis ex materia et forma,ipſa forma eſt tota quiditas,qa ipſa eſt obiectum intellectus,nam uniuerſale eſt obiectū intellectus,forma autem eſt ſubiectum uniuerſalitatis ut dicit Commen.primo cœli com.92.& idem Philoſophus formam appellat rationem,& quod quid erat eſſe.Et per oppoſitū qa prima materia eſt primo diuerſa a forma,qa non eſt forma,nec habens formam.ideo ut inquit Com. 12.meta.com.14.non habet aliquam intentionem alicuius uniuerſalis intellectam ab ea,et ideo ſecundum ſe ignota eſt:ut dicit Ariſt.in.7.primæ philoſophiæ.tex.com.35. & propter hoc non eſt quiditas,nec pars quiditatis:tamen bene materia prima ē q̄dā eſſentia,alia ab eſſentia formæ: ſicut dicit Cōmē.1.cœ.cō.92.&.98.met.cō.8.&.8.phy. tex cō.3.& ibidē cō.12. & iſto mō materia eſt pars eēntię ſub̄æ cōpoſitę,vñ materia & forma,ſunt partes eſſentiales ſub̄æ compoſitæ,& appellant̄ ab Auerroe partes ſm qualitatem,ut patet primo phyſi.com.5. Et hoc dicit expreſſe Com.7.meta.com.34.inquit enim declarando qūo materia ſe habet reſpectu ſubſtantiæ compoſitæ. Si igitur hoc nomen ſubſtantia dicitur ſimpliciter de materia ſubſtantiæ cōpoſitæ ex materia,& forma, & de forma eius, & de

D compoſito,tunc forma ſub̄æ dicetur eſſe ſubſtantia rei cū ipſa declarat eſſentiam eius:materia uero dicitur ſecundū cōſiderationem ad ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma eſſe pars ſubſtantiæ, ſecundum conſiderationē uero ad ſubſtantiam declarantem eſſentiam rei,non dicitur eſſe pars ſubſtantiæ,ſed eſſe apparens deferens formā in ſuam diffinitionem,illud igitur quod diuerſificat eſſentiam a quiditate in ſubſtantijs compoſitis, ex materia & forma,eſt materia, ſicut uides:& quia in cauſis præciſis, & adęquatis,ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis,ſic negatio eſt cauſa negationis,ut patet ex primo poſteriorum, inde prouenit,ꝙ in ſubſtantijs abſtractis a materia quiditas & eſſentia ſunt idem.

Rōnes Scoti cōtra Auer.opionē Sed contra iſtam opinionem, Scotus argumentatur in.7.meta.q.16. auctoritatibus & rationibus.nam Ariſto.7.meta.tex.com.13. inciſio non pertinet ad diffinitionem,ſed quæ ſyllabæ ad eam quæ ē elementorum,ſed elementa pertinent ad materiam. q. d. ſi ſyllaba diffinitur per elementa, ex quibus componitur: elementa autem reſpectu ſyllabarum reducuntur ad genus cauſæ materialis,ut patet ſecundo phyſico.tex. com. 31.& ita uidetur ꝙ materia ſit de quiditate diffiniti. Itē ibidem,ſi anima non eſt animal,tunc dicendum,ꝙ anima

E non eſt tota quiditas.ita enim intelligitur ſolutio ſua. Item contra Platonem,parabola Platonis non bene ſe habet,quia non eſt ſimile de circulo & homine.ſuperfluum eſt enim auferre materiam a quiditate rerum,quia quædā ſunt hoc in hoc.i.forma in materia,ſicut in naturalibus. Item.8.meta.tex.com.6.laudat illos,qui in diffinitionibus ponunt tam materiam ꝙ̄ formam etiam. Item ibidem tex.com.9.habet ꝙ omnis diffinitio habet quid, & quale, & oportet hoc eſſe ut materiam,illud uero ut formam.niſi ergo materia pertineret ad quiditatem,non haberet contra Platonem,ꝙ idea non eſt diffinibilis,quia eſt ſola forma,ergo quod diffinitur, uere habet materiam,& formā, & utrunq; pertinet ad diffinitionem. Item.7.meta.tex. com.33.ratio omnis partes habet,& ſicut partes rationis ad rationem,ſic partes rei ad rem.ſicut ergo omnes partes rei exprimunt totam rem,ita omnes partes rationis totam rationem rei. Item ibidem tex.com.4.quando cognoſcitur unumquodq; quid ipſum ſit,ſed impoſsibile eſt cognoſcere perfecte rem non cognita materia eius. Ergo forma non eſt tota quiditas eius,quod habet materiā. probatio minoris.Philoſophus.2.meta.tex.com.13.ſi ſpecies cauſarum eſſent infinitæ,nihil eſſet cognoſcibile:quia infinita non poſſunt cognoſci;ergo ad cognitionem rei perfecte oportet cognoſcere omnes cauſas. Item.8.meta.

F tex cō.11.ibi de materiali autem ſubſtantia hoc idem plane colligitur. Præterea. Subſtantia habet diffinitionem ſimpliciter non ex additione:ut patet.7.meta.tex.com.17 ergo quicquid ponitur in difinitione ſubſtantiæ pertinet ad quiditatem ipſius:ſed.6.meta.tex.com. 2. in diffinitione rei materialis,debet poni materia,& ſi non eſſet de ratione diffinitionis,diffinitio eſſet ex additione. Itē quod quideſt,eſt illius qđ eſt primo ens.& cuius eſt primo eſſe: ſed quod primo eſt,eſt compoſitum.nam.8.meta.tex.cō. 3.ubi diſtinguit ſubſtantiam:dicit quod ſubſtantia compoſita eſt ſimpliciter hoc aliquid,& ſeparabile primo per ſe exiſtēs.ſi ergo hoc uerum eſt, ergo quodquideſt ē compoſiti ex materia & forma:hæc Scotus & ſequaces contra Auer.

Defenſio Auer. Pro defenſione tamen ueritatis,animaduerte quod ut ſupra dictum eſt,refert multum apud Peripateticos dicere aliquid eſſe eſſentiam alicuius rei, & dicere illud eſſe illius rei quiditatem in generabilibus, & corruptibilibus. Vnde Commen.in.7 meta.in com.21.inquit. ſoluendo quæſtionem ſophiſtarum quærentium, utrum quiditas hoīs,ſit eadē cū hoīe,aut aliud ab hoīe.inquit.& ſolutio eſt,qm̄ quiditas hominis, eſt homo uno modo, & non eſt hō alio modo,& eſt forma hominis:& non eſt homo

Aliud est essentia et aliud quiditas

G

qui eſt congregatus ex prima materia,& forma. Vnde ſumendo hominem ꝓ hoīs qditate, forma hoīs eſt hō, ſed ſumendo hominem pro eſſentia illa, quæ eſt quid congregatum, ſeu cōpoſitum ex materia,& forma, ſic quiditas hominis nō eſt homo. Et aduerte ulterius, ꝙ licet ſm Cōmē. materia non ſit pars quiditatis, tamen debet poni in diffinitione ſubſtantiæ, compoſitæ ex materia,& forma, phyſicus enim diffinit per materiam, & dialecticus per formā, ut dicit Ariſto. in. 1. de anima, in tex. cō. 16. ubi Cōmen. in cō. habet qui diffinitiōibus ponit materiam, & dimittit formam, diminute accipit, ſed qui ponit formā,& dimittit materiam, uidetur dimittere aliquod non neceſſarium. ſed nō eſt ita, quia forma debet accipi in diffinitionibus, ſm diſpoſitiones, in quibus exiſtit. Nec ualet ratio adducta ꝑ Scotum, quia tunc diffinitio ſubſtantiæ compoſitæ, eſſet ꝑ additamentum, quia materia non eſt de quiditate, quia reflecto argumentum. certum eſt, ꝙ corpus non eſt de quiditate animæ,& tamen ponitur in diffinitione quiditatiua animæ, quia Ariſto. 2. de anima, tex. cō. 5. diffinit animam dicens, ꝙ anima eſt actus corporis organici, habentis uitam in potētia, ſed dicimus nos, illam diffinitionem (cum ſit ſubſtantiæ) non eſſe ex additione, licet detur per aliquid, quod non ſit de quiditate diffiniti, tamen eſt neceſſarium pro cōpleto intellectu eius, quia forma dicitur relatiue ad materiam, ut a naturali conſideratur, & ideo eſt diffinibilis per illam, ſed quia ex materia,& forma fit unum per ſe, et ſunt eiuſdem generis, ideo quoties forma diffinitur per materiā, aut materia per formam, non dicuntur iſtæ diffinitiones eſſe ex additione. Sed diffinitiones accidentium copulatorꝫ quæ dantur per propria ſubiecta, ſunt ex additione, quia ſubiectum eſt in alio genere,& quia ex ſubiecto, & accidēte, non fit per ſe unum et hoc eſt quod pulchre notauit Cōmen. in. 7. primæ philoſophiæ. in cō. 17. inquit enim, ꝙ talia accidentia, aut non habent quiditatem ueram, & diffinitionem ueram, aut ſi habent, habent alio modo ſecūdario, & hoc eſt ita qm̄ ſubiecta talium accidentium, non ſunt ſicut genera differentiarum, ſunt enim diuerſa ſm genus, & ſecundum naturam, quod non contingit in genere,& differentia. Neqꝫ illud quod congregatur ex eis,& ex ſubiecto, eſt unum in actu, ſicut illud quod congregatur ex genere, & differentia,& ita etiam eſt de materia cum forma, ſi bene aduertis. Præterea. Reflecto argumentum adductū ex. 8. meta. tex. cō. 11. et. 12. Nam ibi expreſſe colligitur, ꝙ in diffinitione ſubſtantiæ materialis, habentis omnes cauſas, debent poni omnes cauſæ, ita ꝙ efficiens,& finis, ultra materiam,& formam, ſed per te efficiens, et finis, non ſunt de quiditate, quia ſunt cauſæ extrinſecæ. ergo tales diffinitiones ſunt ex additione, ubi datur ibi exemplum de homine, qui habet quatuor genera cauſarum, & ille eſt locus clarus contra Burleum,& ſequaces, qui uolunt ꝙ ad habēdam cognitionem perfectam ſimpliciter per diffinitionem nō oportet cognoſcere omnes cauſas, ſed ſolum cauſas intrinſecas, cum tamen idem dicatur eſſe iudicium de cognitione complexa, habita per demonſtrationem,& diffinitionem. nam omnis diffinitio, aut eſt demonſtrationis principium, aut eſt demonſtrationis cōcluſio, aut eſt ſolo ſitu uariata a demonſtratione, ut dicitur in libro poſter. analyticorum, quia igitur non diſtinxerunt Scotiſtę inter eſſentiā, & quiditatem, ideo deuenerunt ad hoc, & ita ad omnia argumenta probantia, ꝙ in diffinitione ſubſtantiæ compoſitæ ex materia & forma, debet poni forma,& materia, cōcedenda ſunt, tamen materia non ponitur, quia ſit pars qditatis, ſed ponitur in diffinitione, tanqꝫ uehiculum deferens quiditatem, quæ eſt forma, quia iſta ut a naturali cōſidera in quadā relatiōe cōſiſtūt. vñ Cōmē. in. 4. phy. cō. 16. inqt ꝙ ſcire qditates ultimorū principiorꝫ, difficile eſt, & ſcire materiā ſine forma aut formā ſine materia, impoſſibile. et ſic ēt Cōmētator bene ꝓcedit, ꝙ illa q̄ diffiniunt̄ uere ſunt cōpoſitæ ſubſtātiæ, ut patet. 7. meta. cō. 40. Et concedit ꝙ

H

Cur Materia si non est de quiditate rei ponitur in diffinitione rei

I

diffinitio ſubſtantiæ compoſitę, eſt compoſita ex materia, & forma. unde. 7. meta. 37. homo in cōmuni diffinitur per carnes,& oſſa in cōmuni, tamen alia ratione ponitur materia,& alia forma, ut ex dictis patet,& ita etiam patet, quomodo anima non eſt animal uno modo,& tamen alio modo, animal ipſa anima dici poteſt. Reuocemus igit̄ ſermonem eo unde diuertimus,& dicamus ꝙ in conceptis cum materia, aliud eſt quodquideſt, ab eo cuius eſt quodquideſt. i. aliud ad quiditas, & indiuiduum, ſeu aliud eſt eſſentia, aliud quiditas, in abſtractis autem a materia, idem ſunt quiditas & eſſentia,& præſertim in prima intelligentia, ſicut ſtatim dicam in ſequenti Theoremate.

K

*In prima forma, eſſentia eius, eſt quiditas eius, aliæ autem formę, diuerſantur in quiditate, & eſſentia quoquo modo.* Propō. 40

PROPOSITIO eſt Cōmen. Auer. 3. de anima in ſolutione. 3. q. in cō. 5. et in libro deſtructio deſtructionum in diſpu. 6. in ſolu. 6. dub. ubi inquit. ꝙ prima cauſa eſt quiditas abſoluta,& omnia alia a prędicta quiditate, quiditatē hñt. Pro cuius intellectione, aīaduerte unū qd̄ ſcribit Auer. in pręalleg. loco. 3. de anima, ꝙ ſicut eſſe ſenſibile diuidit̄ in materiā & formā, ſic eſſe intelligibile, diuiditur in aliqd conſimile materiæ & in aliquod conſimile formæ. Nam ut ſupra notaui tibi, iſta ſunt duo extrema latitudinis entium, prima forma,& prima materia. Et ſicut prima forma (quæ eſt deus glorioſus) retinet ſupremum gradum, ī genere actus: ſic prima materia, retinet ſupremum gradum in genere potentię. Nam ut ſcribit Cōmen. in fine libri de ſubſtantia orbis, potētia habet gradus, & materia habet gradus,& quia actus,& potentia ſunt differentię oppoſitæ, ut patet nono primæ philoſophiæ. tex. cō. primi. ſic etiam actus, habet gradus, et forma habet gradus. Vnde ſicut materia eſt ſubſtantia, quæ eſt in pura potētia, quia nō eſt actus, nec habens actum, quia non ē forma, nec formatum, ſic prima forma eſt purus actus, ita ꝙ non eſt potentia, nec habens potentiam, loquor aūt de potentia quæ paſſiua eſt,& atteſtatur materiæ,& imperfectioni. Vnde Cōmen. in nono. 1. philoſophiæ. cō. 2. inquit ꝙ ſicut in diffinitione cuiuslibet potentiæ paſſiuæ, ſumitur diffinitio potentiæ paſſiuæ, primæ materiæ, ſic in diffinitiōe cuiuslibet potentiæ actiuæ, ſumitur diffinitio actiōis primæ formæ. iſta enim ſunt duo extrema, iuxta illud etiam beati Aug. in. 12. libro confeſſionū. Duo dñe feciſti, unum prope te, et aliud prope nihil. neceſſe eſt autem, ꝙ omnia media inter purū actum,& puram potentiam, participēt naturam extremorum,& quod ſint compoſita ex actu,& potentia, ſed diuerſis modis, ſicut diuerſa eſt natura iſtorum mediorum. nā diſtantiæ entium ſunt ualde diuerſæ: ut aſſerit Cōmen. in 2. cœli & mundi. in cō. 63. unde in omnibus intelligentijs, citra primam eſt aliquid ſimile materiæ, & hoc eſt potentia, quæ dicit priuationem alicuius actualitatis, et perfectionis. Nulla enim intelligentia, præter primam, continet totā perfectionem, poſſibilem reperiri in habitu entis, licet quęlibet contineat tantam, quanta eſt ſibi competens, quia in æternis, non differt poſſe ab eſſe ſecundum Philoſophos, & ideo dicit Cōmen. 5. meta. in cap̄. de perfecto, ꝙ ſolum primū principiū, quod eſt deus glorioſus, eſt ens ſimpl̄r ꝑfectū, quia nulla ꝑfectio ſibi deficit, nec ut tale ens, nec ut ſimpl̄r ens: ſed aliæ intelligentiæ, ſunt entia perfecta in genere, quia unaquæqꝫ habet tātum de perfectione, prout natura ſua eſt capax. Et licet ītelligentia Saturni (ut talis) oēm perfectionem quam potuit conſequi in propria forma, ab æterno habuerit,& ut ſic dicatur eſſe perfecta, ratione qua talis, ſi tamen conſiderata fuerit ut ens, reperitur priuata aliquo gradu perfectionis, licet enim ſit perfecta in ſuo proprio genere, non tamen eſt perfectiſſimum ens, quia non habet tantam perfectionem, quantam habet prima a qua dependet,

L

Deus retinet. 1. gradū ꝑfectiſſimū ī gñe actus, materia ṽo in genere potentię.

M

Cōpō in intelligentijs ex potentia



A

dependet,& ſic in ſuo eſſe inuenitur compoſita ex actu & potentia, non tanquam ex poſitiuo,& poſitiuo: ſed tanquā ex poſitiuo & priuatiuo: ſicut bene dixit in hoc Hēricus de gandauo, in quibuſdam quæſtionibus formatis ab ipſo, de ſimplicitate dei.& in quolibetis quolibeto. 4. q. 16.& poſt ipſum Scotus in. 8. diſt. primi. q. 2. unde talis potentia in abſtractis inuenta, non dicit aliquid reale, quia nihil in eis eſt uere poſſibile, ut dicit Cōmen. in. 2. cœli & mūdi. cō. 34. Nam poſſibile in æternis eſt neceſſarium, & hoc fuit etiā de mente Philoſophi in. 9. primæ philoſophiæ text. cō. 17. ubi habet. eſt aūt nihil potentia ſempiternum, ſed iſta potētia eſt logica,& eſt ens rationis, quia dicit ſolam non repugnantiam. quia intelligentiæ Saturni inquantum ens, non repugnat quod ſit perfectior, qꝫ eſt, ſicut dicimus ꝙ talpa inquantum animal, poteſt uidere, cum tñ talis potentia in talpa, nihil reale ponat, ſed ſolam non repugnantiam, & ē potentia talis logica, quæ nihil aliud eſt, qꝫ reſpectus quidam, cauſatus a ratione, ex non repugnantia terminorum, inquantum non repugnant. unde non poſuerunt Philoſophi aliquā realem cōpoſitionē, in talibus intelligentijs, niſi forte in anima intellectiua, ꝑꝑ ipſam eſſe ultimam in genere abſtractorꝫ, ut teſtatur Cōmē. in. 3. de anima. in cō. 19. &. 12. meta. cō. 17.& vr̄ eſſe ſententia Ariſto. in. 3. de aīa. ſine dubio. in tex. cō. 17. ubi uult ꝙ in omni natura in qua eſt unum, quod eſt oīa fieri, oportet eſſe alterum, quod eſt oīa facere. Et aduerte ex hoc, ꝙ potentia illa, quę inuenitur in alijs intelligentijs, citra primam, non eſt potentia illa quæ cum actu diuidit ens inquantum ens, ut ſubtiliter deduci poteſt. nam certum eſt, quod ens quod diuiditur in. 9. meta. per potentiam,& actum, eſt ens extra aīam. nā Ariſto. in ſi. 6. primæ philoſophiæ abiecit a cōſideratione diuini, ens per accidens: quia non habet cauſam terminatā, & ens in aīa, quia eſt ens diminutum, & per conſequens ens ſm ſe,& extra animā retinuit, quod diuiſit per tres primas diuiſiones, videlicet in ſubſtantiam,& accidens. & de iſta pertractat in. 7.& in. 8. primæ philoſophiæ. Et ſcd̄a diuiſio fuit, per potentiam,& actū.& hanc proſecutus eſt in. 9. primæ philoſophiæ. Et tertia diuiſio eſt, ꝑ unum,& multa.& iſtam proſequitur in. 10. primæ philoſophiæ, et hoc expreſſit Cōmen. ſuccincte in prologo. 7. meta.& ita potētia,& actus, ſunt drīæ, diuidentes ens extra aīam, quod deſcēdit in. 10. p̄dicamenta, actus enim talis, et potentia, ſunt principia. 10. p̄dicamentorum, quia res cuiuslibet prędicamenti, qñqꝫ eſt potentia, et qñqꝫ in actu, ut patet. 12. meta. cō. 26. Ideo Cōmen. tenuit nullum ęternum eſſe in p̄dicamento, & ita ſm Philoſophos, cum potentia iſta in alijs intelligentijs nihil reale ponat, ſequitur ꝙ iſta cōpoſitio in eis, ſit ſm rationem,& ſunt ex actu & potentia, tanqꝫ ex poſitiuo & priuatiuo, priuatio autem ſm Philoſophos, non dicit aliqd̄ reale, ſed ſolum eſt ens rationis, unde Cōmen. 1. phyſi. cō. 79. priuatio non eſt accidens, nedum ut ſit ſubſtantia,& in hoc diſcrepo a Diuo Thoma, qui tenuit omnem creaturā eſſe compoſitam ex actu & potentia, tanqꝫ ex poſitiuo, & poſitiuo, ſtando in principijs Ariſto. quia in ęternis non eſt potentia uere, & ſi dicatur, ꝙ hoc eſt contra Ariſto. in. 9. primæ philoſophiæ. tex. cō. primi. ubi habet ꝙ potentia, et actus, ſunt in plus qꝫ eorum, quæ dicuntur ſm motum ſolum. Dico ꝙ uerum eſt, ſed uide quid ſequitur in text. ſeq. ubi uult, ꝙ licet in īmobilibus ut in mathematicis reperiat̄ potentia, tñ ut inquit, illa potēt a eſt metaphorice dicta, & excludit eam a conſideratione ſua, & per conſequēs uult, ꝙ potentia illa de qua loquitur, ut de drīa entis, ſit potentia realis,& talis ſecluditur ab ipſo ibidem. tex. cō. 17. a ſempiternis. ſi loquamur igitur de alijs intelligentijs, citra primā excepta anima intellectiua, in qua pono præſertim in uia Auer. ueram compoſitionem, ex intellectu poſſibili, et agēte, ut declaraui in. 12. meta. ſuper. cō. 17. in ſpeciali quadā qōne mea, contra modernos, ponentes intellectum agentem, eſſe deum. Dico ꝙ in talibus, eſt cōpoſitio ex actu &

& actu nō ē ex poſitiuo & poſitiuo, ſed ex poſitiuo & priuatiuo. Hēri. de gā da. & Sco.

talpa:

Potētia logica

In oībus intelligētijs p̄ter aīam intellectiuā n̄

B

ē realis cōpō ex potētia & actu.

C

Opīo diui Tho. in. 1. parte ſum. q. 3. arti. 4. & in. 2. contra gēti. ca. 49.

priuatione,& hoc in ſimili legitur in ſacris eloquijs, apud Eſaiam prophetam dicentem,& in angelis ſuis reperit prauitatem. Si uero loquamur de generabilibus, & corruptibilibus, in quibus ē compoſitio uera, ex materia & forma, in talibus eſt compoſitio ex potentia,& actu, tanquam ex poſitiuo,& poſitiuo,& ubi iſta inuenitur, inuenitur prima, ſed non econtra in uia Ariſtote. ut patet bene ſpeculanti in hoc. unde potentia, in iſtis quæ ſunt hic, licet importet priuationem, iuxta illud Cōmen. 9. meta. cō. 3. dicere aliquid eſſe in potentia, eſt dicere aliquem modum priuationis, tamen potētia ultra priuationem, ponit aliquid ex natura rei, quod eſt ſubſtantia,& entitas quædam. Vnde Cōmē. primo phyſi. cō. 79. inquit. ens in potentia eſt cui accidit priuatio,& non eſt in ſubſtantia eius. impoſſibile enim eſt cōpoſita compoſitione reali, non conſtare ex principijs componentibus realibus. unde Philoſophi probauerunt tā formam, quam materiam, eſſe ſubſtantias, quia ſunt partes ſubſtantiæ compoſitæ,& ſubſtantia non componitur ex non ſubſtantijs. Sed dices, ꝑꝑ qd iſta quæ ſunt hic, ſunt compoſita ex potentia & actu, tanquam ex poſitiuo,& poſitiuo, intelligentiæ autem citra primam,& ultimam, ſunt compoſitæ ex potentia & actu, ſicut ex poſitiuo & priuatiuo: ultima autem, inter abſtractas intelligētias, eſt compoſita etiam ex potentia & actu, tāquam ex poſitiuo & poſitiuo, præterea iſta compoſitio ſi ſm rem eſt in anima intellectiua, quomodo diuerſa eſt ab illa quæ eſt in iſtis generabilibus: nam ut inquit Cōmē. 12. meta. in cō. 39. omne compoſitum eſt nouum. Ad hæc reſpondetur, ꝙ a primo principio omnia emanant, ſm ꝙ apta nata ſunt emanare, ſm proprias ratiōes formales. unde. 1. cœli. text. cō. 100. A primo cōicatū eſt eſſe,& uiuere oībus, his qdē clarius, his uero obſcurius. latitudo. n. entium, in participādo hanc intētionem, eſt res ampla ualde. Ad aliud dico, ut inquit Cōmen. ꝙ compoſitio animæ intellectiuæ, quæ eſt in medio abſtractorum,& corporalium: eſt enim in confinio ęternitatis,& tpis: hꝫ cōpōnem ex materia ītelligibiliū, q̄ eſt alia a materia ſenſibilium, q̄a mā ſenſibiliū recipit formas diuerſas,& iſtas, ſed intellectus poſſibilis, qui eſt materia intelligibilium, recipit formas uniuerſales, & recipit ſpiritualiter, ut dicit ipſe in. 3. de anima, in cō. 5.&. 18. compoſitio autem iſtorum, quæ ſunt hic, eſt alterius rationis, et multæ ſunt aliæ drīæ, quas breuitatis cauſa omitto. Redeamus igitur ad propoſitum Theorema,& dicamus ꝙ illud quod in iſtis generabilibus,& corruptibilibus, diuerſificauit eſſentiam a quiditate, fuit uera materia. in abſtractis autem a materia, cum in omnibus, citra primam ſit potentia, potentia autem habet reduci ad materiam, ut dicit Cōmen. 12. meta. cō. 26.& quia materia alia eſt ſenſibilium, alia intelligibilium. materię autem intelligibilium, eſt intellectus poſſibilis: ideo illa potentia in intelligentijs, reducitur ad intellectum poſſibilem,& ideo Cōmen. dicit. 3. de anima. in ſolutione tertiæ. q. & in cō. 14. ꝙ in omnibus citra primam intelligentiam, eſt natura intellectus poſſibilis, modo declarato. ſicut igitur uera materia, diuerſificauit uere quiditatem ab eſſentia, ī iſtis quæ ſunt hic, ſic illud qd̄ eſt ſimile materiæ, in intelligentijs, diuerſificauit quoquo modo in omnibus, citra primam quiditatem ab eſſentia. in prima autem, quia eſt actus puriſſimus, cui omnino nulla eſt admixta potentia. non enim eſt in ea materia, nec ſimile materiæ. Sic igitur intelligis, quomodo in prima forma quiditas eius, eſt eſſentia eius, omnibus modis. in alijs autē, citra primam, quiditas differt ab eſſentia, quoquo modo, quia in eis eſt compoſitio aliqua, & quia non eſt ſecundum rem, ſed ſecundum rationem, ſic quoquo modo differt in talibus quiditas ab eſſentia, quia ſecundum rationem. quomodo autem omne compoſitum ſit nouum, in ſequenti Theoremate dicam ſtatim.

D

E

Declaratio theorematis ſuccincte.

F

In oībus citra primā intelligētiā ē natura intellectus poſſibilis.

*Omne compoſitum eſt nouum.*

Theorema.

G

Opi. alioꝝ

PROPOSITIO iſta eſt Auer. 12. meta. cō. 59. & in libro deſtructionum in diſpu. 3. in ſolu. 19. dub. ubi dicit ꝙ omne cauſatum poſſibile. Dicunt quidam, ꝙ intelligitur uel quo ad ſubſtantiam, uel quo ad accidentia, unde compoſita generabilia, ſunt noua quo ad ſubſtantiam, & quo ad accidentia. Compoſita autem æterna, ſunt noua quo ad accidentia tantum. unde dicunt, ꝙ in corporibus cœleſtibus, in quibus eſt aliqua compoſitio, eſt nouitas quo ad accidentia, ſic etiam in anima intellectiua ĩ qua eſt compoſitio, ex intellectu agente, & poſſibili, eſt nouitas, quo ad intellectionem.

Impugnatio

Sed iſta poſitio, niſi aliud dicatur, ſtare non poteſt, quia ut ſupra patuit, in alijs intelligentijs citra primam, & citra animam intellectiuam, eſt aliqua cōpoſitio ex potentia, & actu, & tamen in talibus nulla prorſus eſt nouitas, nec quo ad ſubſtantiam (hoc clarū eſt) nec quo ad accidentia, quia in talibus nullum accidēs eſt: ut ſcribit Cōmen. 11. meta. cō. 25.

Pō Iohannis

Iohan. autem de Gandauo, dixit qñq; gloſſando nouitatem, pro dependentia, ita ꝙ omne compoſitum eſt nouum, i. eſt dependens.

Impugnatio

Sed hoc eſt abuti uocabulis. nam poteſt eſſe dependentia, ſine nouitate: ut patet ex. 2. cap̄. de ſubſtantia orbis. & primo meteo. ad principium, ubi dicit Philoſophus, quòd oportet mundum iſtū inferiorem, ſuperioribus lationibus eſſe continuum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur, &

H

12. primæ philoſophiæ. tex. cō. 38. loquens de deo inquit: ex tali principio, cœlum & natura dependet. Amplius illa gloſſa, non eſt ad mentem, nec ad propoſitum Cōmē. ibi (ut declaraui) & ſicut cuilibet ſpeculanti, patere poteſt.

Amplius Cōmen. dicit, omne compoſitum eſſe poſſibile, ubi aliquando dicit, omne compoſitum nouum eſſe. nūquam autem dixit compoſitum ſumi pro depēdente, licet uerum ſit, omne compoſitum dependere a principijs componentibus.

Modernorū poſitio

Moderni autem, declarantes hoc in diſputatione tertia, in libro deſtruc. in ſolutione. 19. dub. inuenerunt duas uias. Prima uia eſt, ꝙ duplex eſt uniuerſale: uidelicet per eſſentiam, ſicut eſt intellectus agens, & quælibet abſtracta ſubſtantia, quia talia non ſunt abſtracta a materia, quia mens auferat ea a materia, & a conditionibus materiæ, aliud uero eſt uniuerſale participatiue, ſicut ſunt formæ rerum naturalium, quæ ſm̄ eſſe, ſunt ſingulares: attamen participando lumen intellectus agentis, ſunt ſm̄ modum, uniuerſalia ſeparata ab hic, & nunc, & reliquis conditionibus materiæ, & tunc dicunt, ꝙ uniuerſale participatiue eſt minus abſtractum, ꝙ̃ vniuerſale per eſſentiā, quia ſuā abſtractionem nō habet, niſi ab uniuerſali per eſſentiam, conſtat autem, ꝙ tale uniuerſale participatiue, in nullo poteſt eſſe ſubiecto, nec uniuerſali, nec particulari, niſi eo modo, quo cognitum eſt in cognoſcente, & ideo moltomagis

I

oportet dicere, ꝙ intellectus agens, non unitur poſſibili ſubiectiue, ſicut forma materiæ, ſicut uniuerſalia ſm̄ modū .ſ. materialia, non poſſunt uniri ei, nec alicui ſubiectiue, ꝓpter eorum uniuerſalitatem, & abſtractionem, quam habent ab intellectu agente, & ſic aſſerunt apparere peccatū Iohannis, aſſerentis animam intellectiuam, compoſitam eſſe ex intellectu agente, & poſſibili. & ideo dicunt, ꝙ oē compoſitum eſt particulare, ex actu particulari, & potentia indiuidua, & ideo omne tale eſt nouum, generabile, & corruptibile. Potuiſſet cōfirmari hoc, ſatis ad propoſitum, per auctoritatem Auer. 11. meta. cō. 17. ubi ſcribit, et ideo intellectus de intelligentia agente, & eius loco, & proſperitate eius, ex ipſa quæ eſt potentia, eſt quaſi locus huius intellectus, non quaſi materia.

Impugnatio primæ viæ

Sed iſta prima uia, ſtare nō poteſt, quia Cōmē. in 3. de anima. cō. 14. inquit. ꝙ iſta nomina, potentia, & receptio, & perfectio, modo æquiuoco dicuntur in abſtractis, & in rebus materialibus, diuerſitas enim iſtius intentionis .ſ. receptionis, quæ eſt in intellectu, a receptione quæ eſt in rebus materialibus, res eſt, ad quā ducit ratio. unde non eſt opinādum, ꝙ ipſa materia eſt cā receptionis, ſed cauſa receptionis tranſmutabilis, & eſt receptio huius ſingularis, cauſa autem receptionis ſimpliciter, ē iſta natura. et ex hoc mō fuit poſſibile, ꝙ corpora cœleſtia reciperent formas abſtractas, & intelligerent eas, & fuit poſſibile, ut intelligentiæ abſtractæ perficerentur per ſe adinuicem, & ſi non, non eſſet poſſibile. ut illic intelligeretur recipiens, & receptibile, unde quod eſt liberatum ab hac natura, eſt primum intelligens.

K

Amplius. 2. cœli, cō men. 3. inquit. loquēs de corpore cœleſti, & forma eius. recipiens autem iſtam formam, quod adunatur cum ea, eſt corpus cœleſte, incorruptibile, ad quod ſequuntur dimenſiones corporales, & alia accidentia quæ in eo inueniūtur, & ideo in eo forma & formatum, ſunt idem numero: ſed ſecundum diſpoſitionem magis diminutam, quam ſit adunatio recipientis, & recepti, in forma abſtracta, & cā iſtius adunationis, inter iſtam formam, & ſuam materiam eſt, quia non cohæret ſuæ materiæ, mediantibus dimenſionibus, ſicut formæ generabiles, & corruptibiles. Ex quibus uerbis clare colligitur, ꝙ licet in intelligentijs non ſit receptio, quę ſit per materiam, quæ eſt cauſa receptionis ſignatæ, ſicut eſt materia rerum ſenſibilium, eſt tamen ibi receptio, quæ ſit per intellectum poſſibilem, qui eſt materia intelligibilium: nam ut ſcribit Cōmen. tertio de anima. cō. 5. in ſolutione. 3. q. ſicut eſſe ſenſibile diuiditur in duo uidelicet, in materiā & formā, ſic eſſe intelligibile diuidiť in duo,

L

v3 in aliquid ſimile materiæ, & in aliquid ſimile formæ, & ut inquit Cōmen. illa adunatio eſt longe perfectior, quam ſit illa quæ eſt inter orbē, & ipſam intelligentiam, quia maior unitas reſultat ex compoſitione, qua unus ĩtellectus inferior recepit ſuperiorem, quam ſit illa, in qua cœlum recipit intelligentiam, maior enim eſt affinitas ĩtellectus cum intellectu, & rei incorporeæ cum re incorporea, quam corporis cum intellectu, & ad auctoritatem Auer. 12. meta. cō. 17. dico, ꝙ pro quanto intellectus poſſibilis non recepit agentem, ſicut materia quæ eſt hic, recipit formam, rectius dicitur locus, quam materia: nam forma quæ eſt hic, educitur de potentia materiæ, & eſt conſtituta in eſſe per materiam, quia cohæret materiæ, mediantibus dimēſionibus interminatis, & recipitur per conſequens ſignate, quæ tamen non ſunt in receptione intellectus poſſibilis, reſpectu intellectus agentis, & ſic quo ad hoc, rectius dicitur locus, quam materia, tamen intellectus poſſibilis bene recipit intellectum agentem, ſicut perfectibile recipit ſuam ꝑfectionem, & ex tali adunatione reſultat uerius unum. quā ex materia & forma, in omni enim compoſitione deuenire oportet ad aliquam unitatem.

Scđa modernorum expoſitio

M

Secunda expoſitio eis, eſt, quam dicunt eſſe de mente Philoſophi in. 13. meta. Nā omne factum, & cauſatum, ſit & cauſatur ſm̄ modum ſui eſſe. Effectus enim, non pullulat, niſi ſicut eſt poſſibilis in natura entis, ĩ hoc enim differt ſimplex a compoſito, quia ſimplex ſtatim eſt id quod eſt, ut patet in fine. 8. metaphy. compoſitum autem habet eſſe in unione partium, & colligatione inuicem, & ideo oportet quod modus ſui eſſe, ſit ſecundum colligationem earum inuicem, ideo cauſans compoſitum, debet colligare partes inuicem, aliter factio eius, non differret a factione rei ſimplicis. modo apparet, quod non ligantur niſi illa quæ in ſui natura non ſunt ligata, & unita, quoniam aliter agens eſſet ocioſum. ergo oportet ꝙ natura partium ſit non de ſe in colligatione conſiſtēs, modo partes quæ in ſuis naturis non conſiſtunt in colligatione earum, ſine dubio poſſunt eſſe in oppoſito colligationis .ſ. ſub diuiſione, & ſeparatione: & ex his ſequitur, ꝙ omne compoſitum, eſt ſolubile in ſui natura, quoniā partes eius ſunt ſolubiles, & in ſuis naturis non conſiſtentes in colligatione, & tunc formant rationem in forma ſic, omne compoſitum colligatum ex partibus, in quarum natura non eſt colligatio, & compoſitio, eſt ſolubile, & colligabile, & oē cōpoſitū tā ulr, ꝙ̃ particulariter, ē cōpoſitū ex partibus, in quarū natura nō ē colligatio, & cōpoſitio. ergo oē compoſitū ē ſolubile, & colligabile. tūc ultra, oē cōpoſitū colligabile, &



A

bile, & ſolubile, eſt generabile, & corruptibile (ut ē manifeſtū ꝑ ſe) & oē compoſitū ē ſolubile, & colligabile (ut dictū eſt) ergo omne compoſitum ſimpliciter, eſt nouum, generabile, & corruptibile, ideo omne compoſitum, eſt nouū (ut dicunt) & eſt uia firmiſſima, & demonſtratiua, & eſt Ariſto. in prædicto loco, & reſumentes ſuam opinionem dicunt, ꝙ omne compoſitum ex diuerſis rebus, eſt ſine dubio nouum, uerum compoſitum ex duobus modis quoddam ex diuerſis rebus realiter diſtinctis, quoddam uero, ex perfectione, & priuatione quadam maioris perfectionis, ſicut reperitur in omnibus citra primam, tunc dicunt, qđ omne compoſitū eſt dependens, & habet cauſam, & hæc eſt uniuerſalis, tam in compoſito primo modo, ꝙ̃ in compoſito ſecundo modo, ſed loquendo de compoſito primo modo, oē compoſitum eſt nouum ſimpliciter, & ad argumentum de anima intellectiua, dicit ſe dixiſſe in libro de intellectu, quod in ea nullo ē compoſitio. niſi ſcđo modo, nō primo modo: nam intellectus agēs, & poſſibilis, non ſunt duæ res, ſed duæ operationes.

Impugnatio ſcđæ expoſitiōis

Sed iſta ſecunda uia, tāto magis increpanda occurrit, ꝙ̃to quod errorem quem in ſe continet, aſcribit Ariſto. Nos enim non deſcendimus in cōtradicendo ſermonibus iſtius uiri, niſi propter amorem ueritatis, ſicut Philoſophum decet: nam multos tēpore meo,

B

ſcripta iſtius hominis ĩ graues errores, & manifeſtiſſimos detruſerunt, ſuum enim ſtudium eſt in contradicendo patribus antiquis, & ſcribere quicquid in buccam uenerit. iuxta illud Ariſt. in primo de generatione, & corrup. tex. cō. 7. Qui autem ex multis ſermonibus indocti, exiſtentiam entis intuentes, & ad pauca reſpicientes, de facili enunciāt. Dicimus nos ꝙ Ariſt. ibi argumentatur contra antiquos, ponentes entia mathematica ſeparata ſecundum eſſe a ſenſibilibus, & inquit. ꝙ impoſſibile eſt tales naturas ſeparatas eſſe a ſenſibilibus, ſi enim erunt ſeparata ſolida, præter ſenſibilia, ab his altera, & priora ſenſibilibus palam, & ꝑter ſuperficies alteras, neceſſarium ē ſeparatas ſuperficies, & puncta, & lineas, eiuſdem eſſe rationis: ſi autem hic palam præter ſolidi mathematici ſuperficies, & lineas, aliæ ſeparatæ, priora enim compoſitis ſunt incompoſita, & cætera quæ ſequuntur. unde ad imaginationem antiquorum, ponentium mathematica corpora ſeparata, ſecundum eſſe a ſenſibilibus, ſequuntur illa inconuenientia, ſed non fuit intentio Ariſtote. ſm̄ mentem propriam, ꝙ generationes naturales fiant illo modo, ſicut fingit iſte bonus uir, quod agens naturale colligit partes quarum natura conſiſtit, in non colligatione: hoc enim eſt imaginari quod generationes ſubſtantiales ab agente naturali proficiſcantur, quem

C

admodum generationes rerum artificialium fiunt ab artifice, ubi una tabula in arte nauifactiua, quæ erat ſeparata ab altera, colligatur cum altera tabula, mediante clauo, & iſta imaginatio ē uana: nam materia prima, cum ſit ens in pura potentia, non inuenitur in eſſe, quod habet extra animam, ſeparata a forma. unde Commen. 3. cœli & mundi. cō. 29. inquit. ens in potentia, non inuenitur niſi in ente in actu, & ſi separaretur, eſſet ens & differētia inter eſſe in potentia, & non eſſe, eſt quia non eſſe, nō eſt in actu ens, neq; in aliquo in actu non diſtincto ab eo, & hoc intendimus in hoc loco, cum diximus de prima materia, quod nō eſt ens in actu, & eſt ens in ente in actu, non diſtincto ab eo. ſimiliter etiam forma materialis, ſm̄ ſuam rationem, non inuenitur ſeparata a materia, quia ſeparatio eius a materia, eſt eius corruptio: unde Commenta. 3. cœli. cō. 31. oſtendens differentiam inter elementa quæ ſunt corpora, ex quibus conſtant mixta, inter et elementa, quæ nō ſunt corpora, ut prima materia, & forma. inquit, & debes ſcire, ꝙ elementa hæc de quibus perſcrutatur, ſunt alia ab uniuerſalibus, de quibus perſcrutatus fuit in primo phyſi. illic enim declarauit elementa uniuerſalia corporum ſimplicium, & compoſitorum .ſ. primam materiam, & formam: hic autem declarare intendit, elementa corporum compoſitorum tantum, quæ æquiuoce dicuntur elementa cum illis, quoniam cum compoſitum diuiditur, non exiſtunt in actu, forma enim corrumpitur, & materia induit aliam formā.

D

Amplius Cōmen. 12. diuinorum. cōmen. 18. inquit agens non congregat inter duo, in rei ueritate: ſed eſt extrahens illud quod eſt in potentia, ad actum, & quaſi congregat inter potentiam, & actum, ſcilicet inter materiam, & formā, ſcđm quod extrahit potentiam ad actum, non deſtruendo ſubiectum recipiens potentiam, & tūc efficiuntur in cōpoſitio duo .ſ. materia, & forma: unde intentio Ariſto. contra Platonem. 7. metaphyſi. tex. cō. 23. & infra eſt ꝙ illud quod per ſe generatur, & per ſe fit, eſt ſynolon. i. ſimul totum. uidelicet, compoſitum, & materia, & forma non generantur, nec fiunt niſi per accidens: unde Cōmē. ibidem cō. 26. ſuper illis uerbis, in tex. & hoc non eſt aliud. inquit, ideſt & non facit aliquod unum in aliquo. uerbi gratia formam in ſubiecto, quoniam manifeſtum eſt, ꝙ ſi facit, facit ex alio aliud, non aliud in alio, facit enim ex materia formatum, non in materia formam, non fuit igitur opinio Ariſtote. ꝙ generatio naturalis, fiat ab agente naturali, quia colligat naturas, quarum ratio conſiſtit in eſſe non ligato, & quarum ratio conſiſtit in eſſe ſeparato, & diſſoluto, quia hoc facit credere generatiōes naturales, aſſimilari artificialibus, quod eſt maximum inconueniens: unde Commen.

E

12. metaphy. com̄. 2. ſuper illis uerbis tex. etenim ſi totum quoddam omne ſubſtantia eſt, prima pars, & ſi eo quod eſt conſequenter, & ita primum ſubſtantia, deinde qualitas, aut quantitas, recitans expoſitionem Themi. inquit. ſed ipſe intellexit de uniuerſo tres modos, aut uniuerſum compoſitum ex partibus conſimilibus, adunatis adinuicē, aut contangentibus ſe, ut corpora artificialia, aut ſegregatis, ut pars ciuitatis, & exercitus, & reprehendens ipſum in hac expoſitione inquit, & hæc additio eſt ſuperflua, nullus enim exiſtimat, ꝙ partes entis quæ ſunt decē prædicamenta, ſint contangentes ſe, aut ſegregatę in loco, & ita ego dico, ꝙ nullus Peripateticorum imaginatur quod generatio naturalis, ab agente naturali fit, quia materia & forma quę ſunt ſolutæ, ligentur, & copulentur adinuicem, nulla enim eſt ligatura, nullum gluten, nullum deniq; uinculum, inter materiam, & formam: nam ut ſcribit Ariſto. 8. metaphy. tex. cō. 15. ideo ex materia & forma, fit per ſe unum, quia illud eſt potentia, & hoc eſt actus, & huius nulla eſt ratio intrinſeca, a rationibus intrinſecis iſtorum ſimplicium. unde ut concludit quare nulla alia cauſa, niſi ut quaſi mouens, ex potentia ad actum. Amplius ĩ eo ꝙ dicit, quod omne compoſitum ex diuerſis rebus, eſt ſimpliciter nouum, falſum eſt: nam ſecundum Auerro. in principio libri de ſubſtantia orbis, corpora cœleſtia ſunt compoſita ex duabus

F

naturis, uidelicet ex natura agente motum, & ex natura recipiente motum, ſicut corpora generabilia, & corruptibilia, componuntur, & tamen corpora cœleſtia nō ſunt ſimpliciter noua. Amplius quòd dicit de anima intellectiua, quod non ſit uera compoſita ex duabus ſubſtantijs, realiter diſtinctis, falſum eſt & contra Ariſto. et Commenta. tertio de anima. commen. 17. ubi uolunt quod in omni natura ſunt tria, ſcilicet agens, & patiens, & factum, & Commenta. 12. metaphy. commen. decimoſeptimo, expreſſe dicit. ubi recitauit opinionem Alexan. & Themiſtij, de intellectu agente materiali, & intellectu in habitu, nos autem iā perſcrutati ſumus de iſtis duabus opinionibus, in libro de anima, & diximus, ꝙ intellectus agens eſt quaſi forma in intellectu materiali, & quod ipſa agit intellecta, & recipit ea ſm̄ intellectum materialem, & ꝙ intellectus materialis non ē generabilis, neq; corruptibilis, & declarauimus illic, quod hæc eſt ſententia Ariſto. & ꝙ intellectus in habitu. i. ſpeculatiuus, habet partem generabilem, & corruptibilē, illud aūt quod corrūpitur, eſt actio eius, in ſe aūt non corrūpitur, & ꝙ ex extrinſeco intrat nos. Amplius Cōmē. 3. de aïa. cō. 4. mouens obiectionē contra Philoſophū. ꝙ aïa

G intellectiua ſit actiua,& nõ paſſiua,quia obiecta extrinſe-
ca non mouent ipſam,niſi poſtquam mens aufert,uel ab-
ſtrahit ea a materia,ſoluendo dicit.ſm igitur quod intelle-
cta mouent eam,eſt paſſiua, & ſcdm quod mouentur ab
ea,eſt paſſiua.& ideo dicit Ariſto.poſt.i.in tex.cõ. 17. qđ
neceſſe eſt ponere in animali has duas drias.ſ.uirtutẽ actio
nis,& uirtutem paſſionis,& dicit aperte ꝙ utraq; pars nõ
eſt generabilis,neq; corruptibilis,ut poſt apparebit. & eſt
in tex.cõ.19.ubi expreſſe Ariſto.dicit intellectum agentẽ
eſſe abſtractum,& Cõmen.per longum proceſſum,oſten
dit eadem ratione intellectum materialem eſſe abſtractũ,
& ꝙ iſti ſunt realiter diſtincti : nam ut inquit. ibi Cõmen.
quemadmodum non ſcimus multitudinem intellectuum
abſtractorum,niſi per diuerſitatum actionum eorum : ita
etiam non ſcimus diuerſitatem iſtius intellectus materia-
lis,ab intellectu agente,niſi per diuerſitatem ſuarum actio
num. Amplius in quo differt opinio Auer. ab opinione
Themiſtij,& Theophraſti,niſi ita ponat ut diximus? nam
ut ſcribit.3. de anima.cõ.5.&.20. Themiſtius, & Theo-
phraſtus uoluerunt(ut ſibi aſcribit ipſe)ꝙ intellectus agẽs
& intellectus materialis,& intellectus in habitu,ſunt unus
intellectus ſubiecto,& ꝙ actio, & receptio, intelliguntur
ſecundum ſimilitudinem,ſed ipſe uult animam intellecti-
H uam componi ex intellectu poſſibili,& ex intellectu agen
te,tanquam ex duabus partibus eſſentialibus realiter diſtĩ
ctis,& ꝙ recipiat ſpecies intelligibiles per intellectum poſ
ſibilem,& ꝙ agat,et abſtrahat per intellectum agentem.
unde patet error illorum,qui poſuerunt intellectum agẽtẽ
eſſe deum,cum Ariſto.& Cõmen,appellãt ipſum animæ
noſtræ partem,ſed de his diffuſe uide quæ ſcripſi in ſpecia
li qõne de hoc in.12.meta.ſuper expoſitione.tex. com.17.
Dicamus igitur nos,ꝙ ſi propoſitio dicẽs,omne compo
Põ ꝑpria. ſitum,nouum eſſe, & per nouum intelligatur dependens,
nulla difficultas contingit,quia omne compoſitum,depen
det a ſuis principijs componentibus. Sed ſi per nouum
intelligatur poſſibile,& generabile,tũc opus eſt diſtinctio
ne,pro quo aĩaduerte quod in quolibet compoſito, neceſ-
ſe eſt ut unum concurrat ut actus, & rel quum ut potẽtia,
ut patuit ex auctoritate ſupra allegata ex.9.meta.tex.c.15.
unde.2.de anima.tex.cõ.7.non oportet quęrere ſi unum ẽ
aĩa,& corpus,ſicut neq; cera,& figura,neq; oĩno uniuſcu-
Potentia duplex iuſq; materia,& id cuius eſt materia:unum enim,& eẽ( cũ
multipliciter dicantur)quod uere eſt,actus eſt,potentia au
tem,pro nunc eſt in duplici dria,quædam eſt potentia ſim
plex,quæ uidelicet eſt ad unum,quædam uero eſt poten-
tia multiplex,appello autem multiplicem potentiam, quæ
I eſt ad oppoſita,ſicut eſt potentia contradictionis, ſicut eſt
potentia q̃ eſt in prima materia, nam per talem potẽtiam,
res poteſt eſſe,& non eſſe,ut patet.7.metap. tex.cõ.22.&
53.& talis dr̃ potentia in ſubſtantia,uel ad eſſe ſm Auer.ĩ
libro de ſuba orbis.dicit enim iuxta principium ſecundi ca
pi.ꝙ oẽ in quo non eſt potentia,niſi ad duo contradictoria
eſt potentia,quæ eſt in ſubſtantia,de iſta enim intelligitur
dictum Philoſophi in.9.meta.tex.com.17.uidelicet,ꝙ oĩs
potentia paſſiua,eſt potentia contradictionis,& ideo dum
quęritur utrum oẽ compoſitum eſt nouum,intelligendo ꝑ
nouum poſſibile,quod v; poteſt eſſe,& nõ eſſe,diſtinguẽ
dum eſt de compoſito,quia ſi compoſitum fuerit ex poten
tia paſſiua,quæ eſt potentia contradictionis,ſicut ſunt iſta
generabilia,& corruptibilia,in quibus talis potentia eſt cã
ſuæ poſſibilitatis, & generabilitatis, ſicut dicit Cõmen.in
1.cap̃.de ſuba orbis.& in ſecundo declaratum eſt. ꝙ cau-
ſa corruptionis entium,& factionis eoꝝ,eſt cõtrarietas exi
ſtens in ſuis formis,& cõe ſubiectum,quod nullam habet
propriam formam,ſed eſt in potentia ad oẽm formam, &
in.2.cap̃.ponens driam inter corpora generabilia,& cœle
ſtia,dicit ꝙ corpora generabilia cõponuntur ex ſubſtãtia,
in potentia,& ex dimenſionibus in potentia.ſic igitur oẽ ta
le compoſitum,iſto modo eſt nouũ,& poſſibile. Si aũt
loquamur de compoſito ex ſubſtantia in actu,& ex dimẽ-
ſionibus in actu,ſicut ſunt corpora cœleſtia, quæ compo-
K nuntur ex orbe qui eſt materia in actu,& rectius dr̃ ſubie-
ctum,q̃ materia,ut dicit Cõmẽ.in.9.meta.cõ. 12.& in.2.
cap̃.de ſuba orbis.nam in tali orbe, non eſt potẽtia niſi ad
ubi tñ,non eſt potentia ad eſſe,& nõ eſſe,ſicut eſt ĩ prima
materia,ſic tale compoſitum non eſt nouum, ſed antiquũ
ſeu æternum ſm Philoſophos,& eodem modo aĩa intelle
ctiua,quæ eſt compoſita ex intellectu poſſibili, & ex intel
lectu agente,quia ibi nõ eſt potentia ad ſubſtantiam. nam
intellectus poſſibilis,eſt materia intelligibilium, & recipit
alio modo,q̃ recipiat materia,ibi talis compoſitio ſtat cũ
æternitate in ſuba,& ſimiliter cõpoſitio ex actu,& poten-
tia in reliquis intelligentijs,citra primam,ſtat cum ęternita
te,& cum neceſſitate eſſendi. Sed tũc eſt ardua difficul- Ardua difficultas
tas,qũo ſm iſtam gloſſam Cõmen.habebit intentũ ſuum,
contra illos qui ponebant trinitatẽ in diuinis,et cõtra Mau
ros.Nam manifeſte patet,ꝙ illi non poſuerunt ibi compo
ſitionem ex tali potentia,quæ eſt potentia contradictionis.
Niſi eſſet,qđ prima uia antiquorum ponebat trinitatem Solutio.
numeratam in ſuba,& cum hoc ponebant unum deum,q̃
quidem non eſt opinio chriſtianorum(ut quidam male au
tumãt ibi)nam nos non ponimus ſubam diuinam eſſe nu-
meratam in tribus perſonis,imo ſuba diuina eſt una nume L
ro,ſine diſtinctione,& diuiſione ſui cõicata tribus ſuppoſi
tis.tunc igitur argumentum Cõmen.eſt ad hominem ibi,
qa numeratio in ſubſtantia,nõ fit niſi per materiã,ut patet
primo cœli.tex.cõ.92.&.1.cap̃.de ſuba orbis, & in lib.de
ſtructio deſtru.in diſpu.prima.in ſolo.7. dubij,ubi inquit.
cauſa enim pluralitatis,ſeu numeralitatis,eſt materia apud
Philoſophos,et ideo ſi trinitas eſſet numerata in ſuba,tunc
ſequitur,ꝙ in ea eſſet compoſitio ex tali potentia, quæ in-
fert nouitatem in ſubſtantia,ſi bene animaduertis. Simi
liter opinio Maurorum, ponebat trinitatem per diſpoſitio
nes ſuperadditas eſſentiæ, id eſt per qualitates modo ubi
eſt numeratio per qualitates, & accidentia, ibi eſt com-
poſitio ex materia,& forma, quia in totaliter abſtractis a
materia non eſt reperire qualitates & accidentia, ut dicit
Cõmen. 12.meta. cõ.25. Nec hoc etiam dicit lex noſtra,
quia relationes originis in diuinis non determinat eſſentiã,
nec multiplicant eſſentiam,ſed conſtituunt, & plurificant
perſonas,ut dicit Damaſce. & ideo utriq; opinioni contra
quam arguit ibi ſecundum fundamenta philoſophiæ con-
tingit ꝙ in diuinis ſit talis compoſitio ex tali potentia,quæ
infert ueram nouitatem,& ueram poſſibilitatem, & cõtin
gentiam:unde infert niſi dicant quod aliqua componũtur
ꝑ ſe,& ſi ita eſſet,tunc aliqua extraherent ſe de potentia ad
actum ſine cauſa agente, ecce quomodo iſta deductio eſt M
de cõpoſitione qua aliquid extrahitur de potentia ad actũ,
manifeſtum eſt autem quod hoc non niſi generabilibus,
& corruptibilibus attribui poteſt, nam in æternis non eſt
poſſibilitas quæ præcedat actum, quia poſſibile in rebus
æternis eſt neceſſarium:ut dicit Cõmẽ. in.2. cœli & mũdi
cõ.34.& ſic argumentum Auer. concludit ad hominem.
omne igitur compoſitum ex potentia paſſiua contradictio
nis,& ex actu eſt nouũ,& poſſibile,& de hoc nõ ẽ dubiũ.

*Demonſtrationes non ſunt de his quę ſunt per accidens.* Propõ.41.

PROPOSITIO Eſt Ariſto. in primo poſterio. &
gloſſatur per Cõmenta. quarto phyſicę auſcultationis Gloſſa Auerro.
cõmen.20.de his quæ ſunt per accidentis raro,fallit au
tem de his quæ ſunt per accidens ſemper: nam de his quæ
ſunt per accidens ſemper,poſſunt fieri demõſtrationes ue-
ræ,non eſſentiales, quæ dicuntur demonſtrationes diale-
cticæ. Vbi animaduerte ꝙ per demonſtrationes ueras, Quid demſtro uera & nõ eſſentialis.
et non eſſentiales,non debes intelligere demonſtrationem
quæ fuit diffinita in libro poſterio. quia ibi oſtenſum fuit,
ꝙ demonſtratio procedit ex his quæ ſunt per ſe & neceſſa
ria,&



A ria,& ꝙ oẽ neceſſarium,ex quo fit demonſtratio, eſt ꝑ ſe,
ſed per demrones ueras,non eẽntiales, quæ dñr dialecticę
intelligas rationes quæ procedunt ex ueris & neceſſarijs,
non tamen ex his quæ ſunt per ſe,& iſtæ appellantur ratio
nes logicæ,& non dicuntur proprie demonſtrationes:un-
Themiſti? de lucidiſſimus Themiſtius. 2.poſte.ca. 30.dicit. ꝙ poteſt
fieri reciprocatio in rõnibus a cauſa ad euentũ,& ab euẽtis
ad cauſam,ſed primus proceſſus ab euentis ad cãm, eſt lo
gicus ſyllogiſmus,ſecundus uero a cauſa ſupra euentũ,eſt
abſoluta demonſtratio, & hoc non intellexit Burlęus nec
Cõtra Burlæũ & Pa. Venetum. Paulus Venetus ibi. Sed tunc iterum ẽ difficultas, quia
ſcientia uidetur conſiderare multa,quæ ſunt per accidens,
ſicut quod qualitates & formę ſunt diuiſibiles per accidẽs.
Ad hanc obiectionem reſpõdet Cõmen. 3. cœli & mũ
di in cõ.7.dicens.dicamus reſpondendo ꝙ accidentia de
quibus artifex conſiderat,quædã ſunt quæ exiſtunt in ſuo
Accidentia cõſiderabilia dupl'r. ſubiecto eſſentiali,& primo,ut par,& impar in numero,et
quædam exiſtunt ſub ſimilitudine ad accidentia, exiſtẽtia
in ſubiecto alterius ſcĩæ,naturaliter,ut arithmeticus cõſide
rat de numeris ſupficialibus,et ſolidis, et cõſiderat geome
ter de ſuperficiebus, & lineis, & corporibus cõicantibus,
& plus de hoc eſt conſideratio tantum, inferioris ſcientiæ
in accidentibus contingentibus ſuo ſubiecto,propter ſubie
ctum altioris ſcientiæ,ut prædictum eſt,& cum tu inſpexe
ris conſiderationem naturalis,in diuiſione cõtinui inuenies
B ipſam eſſe in conſideratione demonſtrata his duobus mo
dis,quos diximus,ſcilicet modo per aſſimilationem,et mo
do per cauſam, cum diuiſio qualitatis ſit ſimilis diuiſioni
quantitatis,& cauſa diuiſionis earum, eſt diuiſio quantita-
tis in eo quod quantitas,uult dicere ſententiam Ariſto. in
primo poſterio.analyticorum. in illo cap̃. non eſt ergo ex
alio genere tranſcendentem demonſtrare, & eſt text. cõ.
22.ubi habet.non eſt enim arithmetica demonſtrationem
accõmodare in magnitudinibus accidentia, niſi magnitu-
dines numeri ſunt, ibi enim colligitur prædicta diſtinctio
poſita per Auer.quod ſunt aliqua accidentia per ſe primo
competentia uni ſubiecto,quæ tamen per ſimilitudinẽ cõ
petunt alteri ſubiecto, & hoc non contingit niſi inquantũ
unum ſubiectum ſubijt ratiõem alterius,ut par, & impar,
quod eſt accidens eſſentiali numeri,nam ei ꝑ ſe primo cõ-
petit,& tamen ſecundum ſimilitudinem transferri poteſt
ad magnitudines, inquantum induunt rationem numeri,
quia magnitudo ut numerabilis eſt,eſt aut par, aut impar,
& hoc erat quod dicebat Philoſophus in præfata auctori-
tate,quod accidentia numeri de quibus per ſe primo conſi
derat arithmetica,per demonſtrationem accõmodari non
poſſunt ad magnitudines,de quibus eſt geometria,niſi ma
gnitudines numeri ſint. Ex quibus uerbis elicio aliam
C limitationem,ſuper propoſita propoſitione, quod de his q̃
competunt per accidens iſto modo, videlicet per aſſimila
tionem,poſſunt fieri demonſtrationes,unde diuiſibilitas ꝑ
ſe primo,& eſſentialiter, & per cauſam eſt quãtitatis in eo
quod quantitas:ſed qualitatibus competit per aſſimilatio
nem,quia formæ & qualitates ſunt diuiſibiles,ſicut quan-
titas,pro quanto qualitas ſit quanta,iuxta illud Ariſto.in p̃
dicamentis,quanta ſuperficies fuerit,tantam albedinem fo
re dices,ſicut enim paſſiones numeri poſſunt demonſtrari
de magnitudine,ut magnitudo eſt numerabilis ,ſic paſſio
per ſe primo quantitati competens, poteſt demoſtrari de
qualitate inquantum qualitas ſubit quãti rationem, & iſta
eſt opinio Ariſto.& Cõmẽ.nullus me arguat de ſuperflui
tate auctoritatum,quia( ut inquit Auer. in libro colliget)
multoties homo per cribrum immenſam arenæ quantita-
tem uentilando,rimatur,ut inueniat paruam gemmam.

Propõ 43. *Mathematicus ſolũ de cauſa formali conſiderat.*

Opi.alioꝝ PROPOSITIO iſta ſcribitur ab Auer.primo phy
ſi.auſcultationis in cõ.1. Aliqui hac auctoritate mo-
ti,abſolute dicere conſueuerunt,mathematicas demon
ſtrationes omnes procedere per genus cauſæ formalis. D
Sed iſta opinio ſtare non poteſt, nam ſcientiæ mathema Impugnatio
ticæ in ſuo genere demonſtrant, quãdoq; per medium qđ
eſt cauſa materialis in illo genere,ut in geometria demon-
ſtratur quod angulus eſt rectus, ex eo quod eſt medietas
duorum rectorum.manifeſtum eſt autem, quod tale me-
dium in hac demõſtratione nõ eſt cauſa niſi in genere cau
ſæ materialis,quia proportio partis,ſeu dimidij ad totum,
eſt proportio materiæ ad formam,proportio autem totius
ad partes,eſt proportio formæ ad materiam,ut dicit Com
men.in.7.meta.in cõmen.35.unde Ariſto. in.2. poſterio.
uolens exemplificare in tex.cõ.11.in omni genere cauſæ,
qũo demonſtratio fieri poſſit, adducit iſtud exemplum in
mathematicis, ꝙ procedit per genus cauſæ materialis, &
iſta uia eſt Aegidij Romani,in loco allegato de tali exẽplo, Opĩo Aegidij Roma.
tamen hoc non placet Auer. in cõ.dicit enim ſed acceptio opĩo Auer.
quidem cauſæ quæ eſt ſecũdum uiam formæ, termini me
dij,eſt ſicut quod dicitur.quare ſit angulus triãguli, factus
ſupra diametrum immediate circũferentiæ rectus,& dici-
tur qm̃ ipſe eſt medietas anguli,quæ eſt ſuper cẽtro,& an-
gulus qui eſt ſuper centro,cauſa eſt trianguli, ſecundũ hãc
diſpoſitionem ſunt æquales duobus rectis,& exemplũ ac
ceptionis cauſæ,quæ eſt ſecundum uiam hylæ medij ter-
mini,ut dicatur quare corrumpitur homo, & dicatur qm̃
eſt compoſitus ex cõtrarijs,ubi patet expreſſe, qũo demõ
ſtratio illa ſm ipſum,eſt in genere cauſæ formalis, & non E
materialis,ut dixit Aegidius Ro.in illo loco,& Paulus Ve
netus ibi. Conciliari autem poſſunt iſtæ opiniones, iſto Cõcordia ĩter opi. Aegidij,& Auerro.
modo,quod in prædicta geometrica demonſtratione, eſt
exemplum tam cauſæ formalis,q̃ ẽt materialis, exẽplum
autem eſt hoc,omnis angulus ſuper arcum in ſemicirculo
conſiſtens,eſt rectus,& probatio huius eſt in tertio Eucli-
dis,quod angulus ſuper arcũ conſiſtens,diuiditur in duos
angulos,per lineam ductam ad centrum, & ultra protra-
ctam,quorum angulorum uterq; eſt medietas extrinſeci,
ad centrum exiſtentis,& ita illi duo, ſimul ſunt unum me-
dium duorum rectorum,angulus aũt qui ẽ medietas duo-
rum rectorum,rectus eſt:ergo angulus ſuper arcum in ſe-
micirculo cõnſiſtens,rectus eſt, poteſt igĩt ſic formari ſyl
logiſmus,omnis angulus ſuper arcum in ſemicirculo con-
ſiſtens,eſt medium duorum angulorum rectorum:omne
medium duorum angulorum rectorum ẽ angulus rectus:
ergo omnis angulus ſuper arcũ in ſemicirculo conſiſtens,
eſt angulus rectus,iſte autem ſyllogiſmus nõdum factus
eſt ex immediatis,habet enim maior propoſitio medium,
quo demõſtretur.ſ.diffinitionem formalem anguli recti,q̃
ponitur inter principia geometriæ,erit itaq; ſyllogiſmus ex
immediatis,talis,omnis angulus æqualis angulo ſibi alter
nato cõiuncto,ſuper aliquam linearum continẽtiũ ipſum,
directe protractam,eſt angulus rectus : omnis angulus q F
eſt medium duorum rectorum,eſt ęqualis angulo alterna
to ſibi coniuncto, & cætera. ergo omnis angulus qui eſt
medium duorum rectorum angulorum,ẽ angulus rectus,
medium in hoc ſyllogiſmo eſt diffinitio formalis anguli re
cti,in priori autem,fuit diffinitio materialis anguli recti me
dium. Et ita dicit ad literam Robertus Linconienſis in.2.
poſter̃.in illo cap̃.quoniam autẽ ſcire opinamur,cum ſcia-
mus cauſam. Ex quibus manifeſte patet, quomodo in ſciẽ
tijs mathematicis,demonſtrari poteſt aliquid ꝑ genus cau
ſæ materialis,nam licet ſcientiæ mathematicæ abſtrahant
a materia ſenſibili,non tamen abſtrahunt a materia intelli-
gibili,ut dr̃ in.7.meta.tex.cõ.35. Dicamus igitur ꝙ ꝓ tã Poſitio ꝓpria
to mathematicus dicitur cõſiderare formã tñ,qa nõ ꝯſide
rat materiam ſenſibilẽ,neq; agens, neq; finem cõcernentẽ
motum,ſed ſolum conſiderat formam uniuerſalem,decla
rantem quiditatem,partes enim diffinitionis dicuntur for »
mæ, ut patet in ſecundo phyſi.tex.commen.28.ubi Cõ- »
men.inquit.in cõmẽ.quod diffinitio componitur ex forma
uniuerſali,quæ eſt genus,& ex forma propria quæ eſt dif-

G

ferentia.&.7.metaphy.tex.cō.35.partes diffinitionis ſunt duplices, quantitatiuæ uidelicet, & iſtæ ſunt materiales: & diffinitiuæ, & iſtæ ſunt formales. mathematicus igiẽ bene aliquam demonſtrationẽ formare poteſt, ꝑ materiã intelligibilem, in ratione medij, quod eſt cauſa ut materia, ut declarauimus in propoſita demonſtratione, ſed non demonſtrat per materiam ſenſibilem, quia illa pertinet ad naturalem. nam naturalia ſe habent per additionem ad entia mathematica, habent ſe enim ad illa, ſicut ſimum ad concauum, ut dicitur in ſexto primæ philoſophiæ, in text. cō. 2. Aliud igitur eſt ſolam formam conſiderare, & aliud eſt ꝑ ſolum genus cauſæ formalis demonſtrare, unde bene mathematicus ſolam formam conſiderat, quia non ſolum abſtrahit ab hic & nunc, ſicut ẽ abſtractio qua uniuerſale abſtrahitur a particulari, quia cum ſcientia ſit de uniuerſalibus, iſtud genus abſtractionis, eſt cōe omnibus ſciẽtijs, uerum etiam abſtrahit quiditatem & formam, a materia ſenſibili, ad drĩam Philoſophi naturalis, qui diffinit per materiam ſenſibilem. Silr etiam non eſt dubium, ꝙ demonſtrationes mathematicæ, ſunt demonſtrationes ſimplr dãtes cauſam & eſſe, procedentes a notioribus naturæ & nobis ſimpliciter, in tali aũt demrõne medium eſt cauſa utroque modo, & in eſſendo, & inferendo, reſpectu concluſionis, ut patet ex diffinitione demõſtrationis primo poſterio. unde Linconienſis ibi dicit, ꝙ ſcientia ꝑmiſſarum gignit ſcientiã concluſionis in anima, & quia illæ demrõnes ſimul & ſemel dant inuentionem, & inuẽtionis cauſam, a notioribus naturæ, & nobis procedendo, ideo dicuntur eſſe in primo ordine certitudinis, ut ſcribit Cõmen. in. 2. meta. in cō. 16. Non ualet igitur iſta ſequela, mathematicus ſolam formã conſiderat, igitur per ſolum genus cauſæ formalis demonſtrat. nam illud ideo dicitur, quia mathematicus non conſiderat materiam ſenſibilem, ſed abſtrahit ab illa: nam cum eadẽ ſi linea naturalis, & mathematica, ut patet. 2. phy. tex. cō. 18. Linea autem naturalis, eſt forma in materia ſenſibili, mathematicus ſolam quiditatem lineæ conſiderat, non curando de materia ſenſibili, quia non conſiderat de linea terreſtri, aut cœleſti, ſicut naturalis, ſed ſolum naturam lineæ inquantum linea eſt, cõtemplatur. Et aduerte unũ ſingulare, contra multos, ꝙ ſcientiæ mathematicę nõ ſemper demonſtrationibus ſimpliciter utũtur, abſolute loquẽdo, quia ut alias declaraui, ſcientia dupliciter conſideratur. Vno modo in ſua puritate, ſm propriam ſui naturam, non reſpiciendo aliquo pacto ad aliquid extrinſecum. Alio modo conſideratur, ut occurrit addiſcenda a nobis. & primo quidem modo ſciẽtiæ mathematicæ procedunt per demõſtrationes ſimpliciter, quæ procedunt ex notioribus naturę & nobis: ſed ſcđo modo conſideratæ, deſcendunt qñꝫ ad aliquas exemplares manuductiones, & aliquas probationes, quæ non ſunt ſimpliciter demonſtrationes, ĩmo aliquæ ut ſic, fundantur ſuper locis extrinſecis, ſicut in geometria ꝑbatur ex proportione diametrorum, proportio quadratorum, & ſilr ſphærarum & circulorum, cum tñ notũ ſit, qđ proportio diametroꝝ, non ſit cauſa proportionis circulorum, aut quadratorum. Et hoc non uidit Iac. de Forliuio in. 1. techni in. q. 1. in ſolutione. 2. argumẽti principalis. qui occaſione iſtius argumenti, coactus fuit aliquã ponere demonſtrationẽ, quæ non eſt quia, neꝫ ꝓꝑ quid, nec ſimpliciter. ✠ Vnde dicit Alexan. in principio lib. topico. ꝙ dialectica, & rhetorica, circa oẽs ſciẽtias poſſunt ex cōibus medijs formare rationes ꝑbabiles, unde in geometria, ex cōibus poteſt dialecticus facere rationes dialecticas, & in philoſophia naturali, & in medicina, non tñ ex proprijs iſtarum ſcientiarum, unde dum dicitur ꝙ rationes mathematicæ ſunt demonſtratiuæ, intelligitur de illis quę ꝓcedunt ex proprijs illi ſcientiæ, ſed ſi procedunt ex cōibus, non erunt demõſtrationes mathematicæ, ſed erunt rõnes dialecticę. ſic enim dãnat Bryſonem philoſophus in. 1. poſterĩ. de quadratura circuli. unde Alexan. in. 1. topi. c. 3. inquit, ꝙ quæcunꝫ problemata iu qualibet ſcientia indigent argumentationibus, ex cōibus ſunt dialectica, ſed quæcunꝫ indigẽt maiori indagine, ꝗꝫ iſta cadũt a ratione problematum dialecticorum, ſicut illa quæ probationes ex proprijs utriuſꝫ ſcientiæ expetunt, & eſt ſermo philoſophi in calce illius capitu. 3. Et ſimiliter patere poteſt reſponſio ad problema quod conſueuit quæri a multis, quomodo demonſtrationes mathematicæ ſunt ſimpliciter, cum omnes fere illæ demonſtrationes ſint deducentes ad impoſſibile, & tamẽ demonſtrationes ducentes ad inconueniens, ſunt de numero ſignorum: ut dicit Commen. in primo cœli & mundi in cō. 95. patet ſolutio ad hoc ex prædictis: unde multa ſunt in ſcientia, quæ non ſunt neceſſaria ex parte ſcientiæ, in ſe conſideratæ, ſicut ſunt diuiſiones, & ſubdiuiſiones, quæ teſte Auerro. in principio ſui colliget, non ſunt neceſſariæ in ſcientia propter ſe, ſed adducuntur propter debilitatem uirtutis diſcretiuæ ſcholarium, & ſicut ſunt exempla, quibus utuntur in ſcientia, non ut ita ſint, ſed ut audiant qui addiſcunt, ut dicit Ariſto. in ſecundo priorum. & Commen. in ſecundo de anima. in cō. 67. ubi habet quod de exemplo non requiritur uerificatio, ſed ſola manifeſtatio, unde non eſt dubium, ꝙ mathematica ut nobis addiſcẽda occurrit: deſcendit etiam uſque ad ſenſibiles manuductiones, in materia ſenſibili, ſicut manifeſte teſtatur Ariſto. in primo poſterio. ubi in tex. cõmen. 25. in illo cap̃. Omnis enim demõſtratiua ſcientia, circa tria eſt, & quæcunꝫ eſſe ponuntur. inquit. Neꝫ geometra falſa ſupponit, ſicut quidam affirmant dicentes, quod non oportet falſo uti geometram, aut mentiri dicentem unius pedis eſſe non unius pedis, aut rectam ſcriptam, non rectam exiſtentem. Sed geometra nihil concludit in eo quod eſt hæc linea, quam ipſe dixit, ſed quæ per hæc oſtenduntur. Et ſi allegetur contra hoc auctoritas Ariſto. in primo ethi. cap̃. ſecundo, ubi inquit ſimile quippe uidetur a mathematico perſuaſionem accipere, & ab oratore demonſtrationem requirere, eodem modo gloſſandum eſt, quod hoc intelligitur ex natura ſcibilium, & ex natura ſcientiæ in ſe conſideratæ. nam hoc uult ibi habere, quod ſermones fiunt ſecundum naturam materiæ ſubiectæ. Et immorari in hoc amplius eſt ſuperfluum.

ADDItio Vide Cõmẽta. in. 2. phy. l. c. 69 ubi. d. ꝙ ſcientiæ mathematicæ cõſiderant de formis, iō cauſæ in sũt ſm formam

H

Scientia dupliciter.

I

Cõtra. Iac. đ Forliuio.

ADDItio

K

L

*Multitudo aut eſt ex multitudine materiæ, aut ex multitudine agentis: ſi fuerit poſſibile ut formę diuerſę habeant eandem materiam, aut ex multitudine duarum cauſarum.*

Propõ. 44

SCRIBITVR Iſta propoſitio in octauo primæ philoſophiæ. in tex. commen. 11. licet tota formaliter nõ ſit in tex. ſed Commen. habet eam in cõmẽ. in propria forma. Tres partes habet propoſitio propoſita, prima aũt, & ultima ſunt abſolute plãte, & ſecunda eſt cum cõditione. Animaduerte igitur, pro intellectione eius, quod ut ſcribit Commen. in primo phyſi. in cō. 6. quod omnis multitudo eſt, aut rerum differentium ſecundum formam, aut eſt rerum differentium, ſecundum quantitatem. Et ideo dico ꝙ prima pars propoſitionis, intelligitur de multitudine numerali in eadem ſpecie. rerum naturalium proueniente, de tali enim loquitur Cõmen. in. 7. primæ philoſophiæ. in cõmen. 28. Dum ſcribit, multiplicatio indiuiduorum in eadem ſpecie, ab uno generante, prouenit a multitudine materierum in quas agit, loquitur enim ibi de ſimilibus in forma: ut Ariſto. etiam ibidem in tex. Et hoc idem aſſerit Cõmenta. in libro deſtruc. in ſolutione. 7. dubij. in diſputa. prima. inquit enim cauſa pluralitatis ſeu numeralitatis eſt materia apud Philoſophos, & cauſa conuenientiæ in multitudine numerali, eſt forma, & hoc idem colligitur ex primo cœli. tex. commen. 90. Tertia uero pars propoſitionis, ueritatem habet de diuerſitate ſpecifica. Ibi enim & materiæ ſunt ſpecie diuerſæ, & formę agentes, ſunt ſpecie etiã differentes, ſic enim loquitur Ariſtote. & Commen. in. 8. metaphy.

M



A

metaphy. tex. cõmen. 11. & Cõmen. in. 8. phyſi. in cō. 46. ubi inquit quorum materiæ ſunt ſpeciæ differentes, etiam formæ ſunt ſpecie differentes. Secunda uero pars, propoſiti theorematis, ut mihi datur cernere, ſolum locum habet in rebus artificialibus, ſiſtendo præcipue in uia Auer. uidelicet. quod ſtante idẽtitate materiæ, poteſt eſſe multiplicatio, & diuerſitas formarum, ex parte agentis. nam ut dicitur in text. idem artifex ex eodem ligno poteſt facere ſcãnum, & lectulum: nam alia eſt forma ſcãni in anima artificis, & alia eſt forma lectuli: nam ut ſcribitur in. 7. primæ philoſophiæ. tex. cō. 29. forma domus in materia, fit uniuoce a forma domus in anima artificis. unde artifex per plures formas ideales, quas habet in anima, ex eadem materia poteſt diuerſa ſpecie efficere, ut clarum eſt. Et quia hoc nõ habet ueritatem in naturalibus, ſed ſolum in artificialibus, præcipue quia in ſubſtantijs naturalibus, ipſe tenet ꝙ nulla ſpecies eſt a caſu, tenuit enim in octauo phyſi. cō. 46. qđ genita ex materia putri, & genita ex ſemine, ſunt diuerſarum ſpecierum. unde uult quod materię ipſorum ſunt ſpecie differentes, & formæ etiam quæ dantur materiæ propriæ, ſicut dantur formæ propriæ. Non enim quodlibet ex quolibet indiſcriminatim fieri poteſt. Verum iſta opinio poſterioribus non placuit. unde Scotus in primo ſenten. diſt. 2. q. 7. & Antonius Andreas in. 7. ſuæ metaphy. q. 8. tenet oppoſitum, ſunt enim in hoc quæſito tres opiniones, duæ ſunt extremæ, & una media. Auicen. enim ut ſibi imponit Cõmen. in. 2. meta. in cō. 15. uniuerſaliter aſſerebat qđ quæcunꝫ indifferenter generari poſſunt ex putrefactione, quantuncunꝫ perfecta, quæ ex ſemine uidemus generari, ut homo & equus: unde inquit Auicen. cum tota ſua famoſitate in philoſophia, dicit hominem poſſibile eſſe generari ex terra, ſicut murem. Auer. autem tenuit aliud extremum, ꝙ nihil quod generatur ex ſemine, poteſt idem ſecũdum ſpeciem generari, ex putri materia. Via autem Latinorũ ut diui Thomę, Scoti, & Cõciliatoris eſt media. uidelicet quod animalia ſunt in triplici differẽtia, & ſimiliter plantæ. Quædam ſunt entia multum perfecta in ſuo genere, & talia ſolum ex ſemine generari poſſunt. Quædam ſunt adeo imperfecta, quod ſolum ex putri materia generantur. Quædam uero ſunt medium obtinentia gradum inter iſta extrema, quæ uidelicet eadem ex ſemine, & ſine ſemine generari poſſunt, & iſta uidetur fuiſſe ſententia Ariſto. ſine dubio in. 7. metaphy. in tex. cō. 23. ubi expreſſe dicit tex. poſtquam in fine. tex. 22. dixerat, generationes, autem aliæ dicuntur factiones. omnes autem factiones ſunt ab arte, aut a poteſtate, aut a mente: harum autem quædã fiunt a caſu, & a fortuna, ſimiliter & in factis a natura: unde in principio tex. 23. inquit. continuando ſermonem ſuũ, cum fine tex. præcedentis, quædam enim & illic eadem ex ſpermate fiunt, & ſine ſpermate, licet litera trãſlationis arabicæ iſta uerba non habeat, & forte hoc fuit in cauſa quod Auer. ad illam deuenerit opinionem. Contra quem tales rationes inducunt, tum quia uidemus animalia genita ex putri materia generare alia ſimilia his quæ generantur ex ſemine, antecedens dicunt patere in apibus, & in muribus, & in alijs huiuſmodi, & hoc aperte inuenitur in plãtis, quæ genitæ ex putri materia, generant ſemen, ex quo generantur aliæ ſimiles his, quæ ex ſemine generãtur. Amplius ut dicunt Cõmen. ſibimet contradicit, quia in. 2. cœli. cō. 42. & in. 2. cap̃. de ſubſtantia orbis. uult ꝙ calor æquiuoce generatur a motu, & poteſt uniuoce generari a calore. & . 7. meta. cō. 31. & . 12. meta. cō. 18. dicit ꝙ ignis generatur a motu, quemadmodum generatur ab igne. Amplius talia aſſimilãtur in figura, in motu progreſſiuo, et ab eiſdem conſeruantur, & ab eiſdem corrumpuntur, modo ex unitate motus Philoſophus arguit primo cœli & mundi, unitatem naturæ. Et confirmãt hoc ex primo de anima. cō. 52. Membra cerui non differunt a membris leonis, niſi quia anima differt ab anima, patet autem, quod mus genitus ex putri materia, & genitus ex ſemine, habent eadẽ mẽbra, & eiuſdem ſpeciei, ita ꝙ generaliter quæcunꝫ arguere poſſunt unitatem ſpeciei, reperiuntur in talibus. Amplius contradicit ſibi expreſſe magiſter ſuus Ariſto. in tex. cō. 22. & . 23. ut iam allegatum fuit, & ſine dubio illa uidetur fuiſſe opinio Ariſto. in. 7. meta. & in ſuis ꝓblematibus.

Opio Sco. et rõnes cõtra Auer.

B

C

D

Moderni autem, dicunt ꝙ iſta poſitio falſo imponitur Auer. ab exteris, & ab omnibus modernis: nam. 12. metaphy. cō. 18. laudat Themiſtium qui dixit eadem animalia poſſe generatione, & putrefactione fieri, ut apes, & ueſpę, & ita dicunt etiam apparere ex. 7. metaphy. cõmẽ. 31.

Opio modernorum.

Amplius Commen. admiratur de Auicen. qui dicit hominem fieri in putrefactione ſicut murem. Et ſic uelle uidetur eundem murem ſecundum ſpeciem, poſſe fieri ſemine, et ſine ſemine, aliter admiratio nulla eſſet. Præterea. Iohannes Gandauẽſis curioſus in doctrina Auer. expreſſe ait Ariſt. & Auer. tenuiſſe medium, & ita dñt qđ exteri inique ſe habuerũt contra Auer. Silr ẽt in ſolutione argumentoꝝ contra Auer. dñt falſo ĩponi Auer. hoc fundamentum poſitionis eius fuiſſe, quod unius naturæ, eſt unus modus cõmunicandi, dicit enim ſe nunquam legiſſe hoc uerbum in Auer. & ſi illud uolunt legi, debet intelligi de homine, & de animalibus perfectis, & iſto modo nititur ſoluere omnia argumenta. Sed iſta poſitio eſt purus error: nam Auer. 12. meta. non laudat Themiſtium, in hoc quod dixerit animalia eadem ſecundum ſpeciem fieri ex ſemine, & ſine ſemine, nam hęc ſunt uerba eius. Themiſtius autem dicit hunc ſermonem eſſe ſufficientẽ, ſed dixit ipſum eſſe oblitum animalium, quæ fiunt ex non ſimilibus, ueſpę enim uidentur fieri ex corporibus equorum mortuorum, & apes ex corporibus uaccarum mortuarum, & ranæ ex putrefactione aquæ, & muſciliões ex uino corrupto. Natura enim non facit iſta ex ſimilibus in forma, ubi patet nullibi legi in Auer. laudaſſe Themiſtium, quod dixerit eadem animalia ſecundum ſpeciem generari ex ſemine, & ſine ſemine, nec in. 7. meta. cō. 31. hoc inuenitur, ut patet intuẽti uerba illius cõmenti. De illo autem ꝙ dicit Auer. admirari, reſpondetur quod Commen. in. 1. meta. cō. 15. dicit. ꝙ aliqui nõ recipiunt principia per ſe nota, niſi fuerint famoſa, & ſi acciderit quod contraria illorum principiorum ſint famoſa, negabunt ea, ſicut accidit loquentibus, qui negabant impoſſibile eſſe magnitudinem ex non magnitudine, ita ꝙ uidi, ut inquit, multos homines dantes ſe philoſophiæ, qui negabant illam propoſitionem eſſe primam. Et ſimiliter negabant formas ſpecificas eẽ proprias materijs neceſſario, adeo ꝙ Auicẽ. cum ſua famoſitate in philoſophia, dicit hominem generari ex terra, ſicut murem. Auer. enim uult ꝙ formæ propriæ habent materias proprias, & quod hoc eſt unum de principijs in philoſophia naturali poſitis & conceſſis, nam non quodlibet fit ex quolibet, ſed determinatũ ex determinato, & Auicen. dicens hominem poſſe generari ex terra, ſicut generatur mus: negat hoc principium ſicut manifeſte ſequitur ex opinione eius, quia tunc menſtruum mulieris nõ eſſe propria materia hominis. Amplius qđ dicunt Iohan. de Ianduno tenuiſſe hoc de mẽte Auer. hoc eſt purum mendacium: nam Iohãnes expreſſe in. 7. meta. ſuæ. q. 15. ubi ex intentione quærit, an animalia genita ex ſemine, & ſine ſemine, ſunt eiuſdem ſpeciei, tenet oppoſitũ manifeſte de mente Ariſto. & Cõmen. & tenet ꝙ talia animalia, & ſine ſemine, non ſunt a caſu, & quod differunt ſpecie a conſimilibus genitis ex propagatione, ſed quod dixerit opinionem Ariſto. & Commen. eſſe mediam, penes aliud refertur illud dictum, ut poteris uidere ab ipſo in. q. 14. Quod autem dicit, ꝙ illa propoſitio quod unius formę ſecundum ſpeciem eſt unus per ſe modus communicandi, non legi in Auer. falſum eſt, quia quãdo infert, quod tũc non eſſet reſpectus cauſarum ad cauſata, & ſic auferretur natura neceſſarij, patet ꝙ huiuſmodi deductio apparentiã non habet, ſi illa propoſitio non eſſet uera, & in cō. eius in

E

Impugnatio

F

G

libro de diuinatione quæ eſt ſecundum quietem, in illa parte uerſus finem, qua quærit an ſcientiæ ſpeculatiuæ poſſint acquiri in ſomno, ita ꝙ ſine demonſtratione. hoc idem expreſſe colligitur ſicut poteris uidere.

Deſenſio Auer.

Dicamus igiẽ nos, pro Auer. quia hodiernis temporibus multum inualuit ſecta Auerroiſtarum, propter exercitium intellectus, dando uiam ex fundamentis eius, quomodo poteſt dici in uia eius ad rationes iſtorum. Scias igitur quod ipſe aliter loquitur in accidentibus, & aliter loquitur in ſubſtantijs, nam in accidentibus indifferenter aliquid poteſt generari ab uniuoco, & ab æquiuoco, ut calor generatur a motu, ut patet. 2. cœli. & primo metheororum, & etiã calor generatur a calore, & ẽ gloſſa eius. 12. meta. cõ. 13. &. 18. & 7. meta. cõ. 31. & eſt uia Ariſto. in hoc ſine dubio. In ſubſtantijs ẽt imperfectis ſicut ſunt elemẽta, q̃ ſm ipſum. 3. cœli & mũ. ꝓꝓ ſui imperfectionẽ intẽdũtur, & remittunẽ, ſicut et qualitates, intantum quod ſm ipſum, dñr quodammodo mediare inter ſubſtantias & accidentia, uniformiter loquitur ſicut de accidentibus. unde expreſſe dicit, ꝙ ignis generatur a motu, ſicut ab igne, ſed in ſubſtantijs perfectis, ſicut ſunt plantæ, & aĩalia, uult ꝙ generationes iſtorum non ſunt a caſu, ſed habent cauſas terminatas, & ſicut materia putredinalis & materia ſeminalis ſunt ſpecie differentes, ſic & formæ ſuæ, ſunt ſpecie differentes.

H

Ad ratiões igitur eorum, dicendum eſt per interemptionẽ. v3. quod eædem ſunt operationes aĩalium, & plãtarum, ex putri materia, & ex ſemine generatorum. Nam ſi ſic eſſet, proculdubio eſſent eiuſdem ſpeciei: unde dicit Auer. in lib. deſtruc. in diſp. 6. in ſolutione. 6. dubij, et inuenimus ueritatem harum denominationum, quæ in indicatis entibus reperiuntur ab operibus cuiuslibet ipſorum, & eodem modo cõprehenderunt formas brutorum. uidelicet, ex uirtutibus, & actionibus ipſorum proprijs in eis. unde inquit, quod Philoſophi poſuerũt ſignum ſubiecti ex paſſionibus, ſicut ſignum formæ reperiunt ex actionibus, impoſſibile enim ẽ ꝙ actio, & paſſio ab una, & eadem natura procedant, unde ſi qua planta ur̃ nobis ex putri materia genita, generare ſimilẽ plantam in ſpẽ plantæ genitæ ex propagatione. diceret Cõmẽ. ꝙ ubi hoc contingeret, illa planta nõ fuit genita ex putredine, ſed ex ſemine quod fuit ibi ab aue, uel ab alia cauſa proiectum a caſu, in tali loco, ubi generatur ſimilis planta, & ita diceretur de mure generãte alium murem in naui, qđ ille nõ fuit genitus ex putri materia, ſed fuit uectus cum alijs rebus in naui, & erat de illis qui ex ſemine generãtur: unde Ariſto. ẽt in. 1. de genera. anima. ur̃ ſentire ꝙ mus genitus ex putri materia, uel nõ generat, uel ſi generat, generat aliud quod

I »

non ẽ, neq; mas, neq; fœmina. Nam ſi alius genitus generaret, ut inquit, in infinitũ generatio talium ſm ſpeciem ꝓtenderetur, & facit ille locus multum pro opinione Auer. & impoſſibile ur̃ aliter ſeq̃la illa poſſe deduci. niſi ſtet uia Auerro. in hoc quod quorum materiæ ſunt ſpecie differentes, et quæ ex ſpecie differentibus procreantur, ſpecie differunt, ut patet ſubtiliter conſideranti, & ita pariformiter diceret de plantis genitis ex materia putri, quod uel non generant, uel ſi generãt, generant aliud qđ non ẽ mas, neq; fœmina. Et ideo non habent eaſdem operationes aĩalia genita ex ſemine, & aĩalia genita ex putri materia. Vnde ſolertiſſimus naturæ rimator Ariſt. in. 2. de aĩa. ur̃ a talibus opus generationis prorſus remouere, inquit enim in tex. cõ. 34. Naturaliſſimum opus uiuentibus ẽ quæcunq; non orbata, ſed ꝑfecta, aut generationem ſpontaneam, hñt facere tale alterũ quale ipſum, aĩal quidem aĩal, planta aũt plantam, quatenus ipſo ſemper, & diuino participent, ſm quod poſſunt, ubi loquitur uniuerſaliter de omnibus uiuentibus, ſiue ſint plantæ, ſiue animalia in quibus apponit illas tres conditiones, ut aliquid generare poſſit, inter quas una eſt, ut nõ ſint ſpontaneam generationem habẽtia, ſicut quæ ex putri materia prodeunt. Ad alia autem de accidẽtibus, ut de figura, & magnitudine, & colore, patet ꝙ talia accidentia ſunt cõia, & multis ſpecie differentibus contingere poſſunt, unde uidemus plantas ſpecie differentes in colore, ſapore, figura, & magnitudine aſſimilari, quæ tamen ſpecie differunt.

K

Nec ualet ratio ipſorum, ꝙ membra quæ eandem retinent figuram, eandem obtinent operationem, famoſa eſt propoſitio, ſed eſt falſa apđ Peripateticos, res enim operationibus diſtinguuntur, nõ figura, nam collum matricis in mulieribus, eſt ſicut uirga in uiris, & tamen non habet eandem operationem. & ſecundum Gale. mammillæ in uiris nõ ſunt propter lac, ſed alterius rei gratia, in mulieribus uero ſunt gratia lactis. ita notabiliter ſcribit Auer. in. 1. de genera. anima. quando ſoluit rationes Gale. in q. illa qua q̃ritur utrum mulier habet uerum ſemẽ. Ad illud de unitate motus, quod prouenit ab unitate naturæ, dicendum ẽ, ꝙ ſecus eſt in ſimplicibus, ſecus eſt in animalibus, & plantis: quia ſimplicis corporis eſt ſimplex motus, tamen in talibus ſunt uarij, & diuerſi motus, ĩ iſtis enim quæ ſunt hic, ut dicit Cõmen. in. 2. cœli & mundi. in cõ. 64. Quanto aliquid eſt perfectius, tanto pluribus actionibus, & pluribus motibus, iunguntur ſuo fini: & quanto ſimpliciora, & imperfectiora fuerint, tanto paucioribus, ut ſunt elementa, q̃ propter eſſe propinquiſſima naturæ materiæ, paucas actiones habent.

L

Non eſt igitur in hoc aſſentiendum, ꝙ eædem operationes ſunt utrorumq; licet eadem illa accidentia cõmunia contingant, talia enim faciunt alteratum ſolum. ut dicit Porphyrius. Ad authoritatem Philoſophi. 7. primæ philoſophiæ, quæ re uera in tranſlatione arabica non eſt, diceret Cõmen. & ad omnes conſimiles auctoritates, hinc inde adduci conſuetas, & ex problematibus, quod talia q̃ generantur ex ſemine, & ſine ſemine, ſunt eadem, non ſpecie ſpecialiſſima, ſed ſubalterna, aut generẽ generaliſſimo, unde uidetur eſſe fallacia conſequentis, ſunt eadem. ergo ſunt ſpecie ſpecialiſſima, eadem poſſunt etiam eſſe eadem accidente, & ſimilitudine, non tamen propter hoc ſequitur quod ſint eadem forma. Et ita defendi poteſt ſubtiliter uia eius ſicut uides.

Rõ ꝓ Cõmenta.

Et apud me eſt ratio multum apparẽs, in uia Philoſophi, nam certum eſt, quod a perfectioribus cauſis, & quæ non differunt per magis, & minus, ſed eſſentialiter differunt, debent produci effectus ſpecie differẽtes, manifeſtum eſt autem, ꝙ perfectiores, & plures cauſæ, cõcurrunt ad animalia ex ſemine, quam ad illa quæ ſine ſemine: quomodo igitur poſſunt iſti effectus eſſe æque perfecti eſſentialiter, & habere eaſdem operationes perfectas æqualiter? natura enim nõ abundat in ſuperfluis, nec deficit in neceſſarijs, ſi animal æque perfectum generari poteſt ex putri materia, ſicut ex ſemine, cum pauciora concurrãt ad hanc generationem, quam ad illam.

M

uidetur igitur alter modus eſſe ſuperuacuus in natura, quod eſt abſurdum: nã ordo certus, & ratus, quæ eſt omnium natura conſtãtium, ut dicit Ariſto. in octauo phyſico. in commen. & text. 15.

Solo pulchri ꝓblematis.

Reuertamur igitur eo, unde deuenimus, & quæramus cauſam propter quid eſt, quod in rebus artificialibus, una exiſtente materia, ex ſola tantum diuerſitate agentium formarum, poteſt eſſe diuerſitas ſpecifica in cauſatis, in naturalibus autem, & perfectis ſubſtantijs apud Philoſophum hoc minime contingere poteſt. Niſi eſſet, quod formæ artificiales, non ſunt in potentia materiæ, ſed ſunt ab extrinſeco motore, ut tenet Commenta. in. 7. metaphy. in cõmen. 28. &. 29. & in tertio de anima. cõ. 18. unde materia non habet aliquam inclinationem naturalem, ad aliquam formam, quæ introducitur per artem in ſubiecto, nam uel ſe habet ad oppoſitum, præſertim cum plures formæ artificiales introducuntur per diuiſionem, & ablationem partium, a ſubiecto quæ atteſtantur corruptioni ipſius ſubiecti, ipſum ſubiectum inclinatur ad oppoſitum, quia unumquodque naturaliter reſiſtit ſuo corrumpenti. Aut ſaltem ſe habet in potentia neutra, ipſum ſubiectum ſicut ſunt formæ artis, quæ inducuntur ſine diminutione ſubiecti, ſed reſpectu formarum naturalium, ipſum ſubiectum habet potentiam, &

tentiam, &



A

potentiam, & appetitũ naturalem, qui ut ſcribit Cõmen. primo phyſicorum in cõmen. 81. Nihil aliud eſt, niſi illud quod habet de motu materia, ad recipiẽdum formam. Et ita in artificialibus (ſicut uides) propter allegatam cauſam nihil cooperatur ad diſtinctionem ſpecificam effectuum, ipſa materia ſicut in rebus naturalibus, nam licet uerũ ſit quod non quælibet forma artificialis, ex qualibet materia, aut in qualibet induci poſſit, forma enim ſerræ non poteſt induci in materia ceræ, quia æquiuoce diceretur ſerra cerea, quia caderet a ſuo ꝓprio fine, qui eſt ſecare dura, ſicut oculus lapideus, æquiuoce diceretur oculus, tamẽ (ut ſupra dictũ eſt) una exiſtẽte materia, poſſunt fieri artificialibus ſpecie diſtincta, propter ſolam diuerſitatem formarũ agentiũ, nõ ſic aũt in ſubſtãtijs perfectis, propter aſsignatã cauſam.

Propõ. 45.

## *Motus natus eſt ignire ligna, lapides, & ferrum.*

PROPOSITIO Eſt Ariſt. in. 2. cœli & mundi. in tex. cõment. 42. & in primo meteororum. Aduerte tamen, ꝙ duæ conditiones requiruntur circa hoc, ut motus calefaciat præcipue.

Duæ cõditiões requirunt, ut motus calefaciat.

B

Prima, quod ſit uelox, ita ꝙ corpus calefactibile, diſtrahatur pluſquam ſecundũ propriam naturam eſt diſtrahibile. ✻ Nam rarefactio, eſt diſpoſitio ad calorem, & ſic motus rarefaciendo corpus motum, calefacit, & ſi quæras quare corpus rarefactum, cum non ſit formaliter calidum, producit calorem? dic, ꝙ quando eſt aliqua diſpoſitio, quæ ultimate diſponit materiam ad aliquam formam, illa non educitur de potentia materiæ, niſi ea mediante, & ita eſt de raritate reſpectu caliditatis ex materiali ordine talium qualitatum, qui ordo inſequitur naturas earum. Secunda autem eſt, ut motus ſit in magno mobili, & propinquo, & has duas cauſas, uidetur aſsignare Ariſtote. in primo meteororum. inquit enim uelocem enim oportet, & non longe oportet eſſe, quæ quidẽ aſtrorum latio uelox quidem, longe autem, lunæ autem deorſum quidem, tarda autem, quæ autem ſolis, ambo ſimul habet ſufficienter. Ariſto. etiam in. 5. particula problematum, problemate. 36. uidetur dicere, ꝙ non omnis motus calefacit, uerum quidam infrigidat, ut patet in ollis feruentibus, quoties eas afflamus, aut uerſamus. Vnde ibi etiam redditur ratio propter quid eſt, ꝙ ſub ſole ſtantes, magis incaleſcimus q̃ dum mouemur, quod etiã contingit aquæ ſtanti, quæ calidior eſt ſeipſa mota. Solutio autem Ariſto. ibi eſt quod hoc ideo contingit, quia dum ſtamus, calor magis imprimit, quia corpus noſtrum aſſidue per poros emittit uaporem calidum, qui proximum aerem calefacit, ſicut titio.

C

Et ideo nobis quieſcentibus, aer circuens ob prædictam cauſam, calidus redditur: ſed cũ mouemur, flatus excitatur, qui nos poteſt refrigerare. Flatus nanq; quiſq;, frigidus eſt. Animaduerte tamen, ꝙ motus cœli in alia, & alia diſtantia, eſt productiuus caloris in alio, & alio gradu. Nam cõmen. in. 2. cœli, & mundi. in cõmẽ. 94. inquit propinquitas motui cœli largitur caliditatem, mobilitatem, leuitatem, & raritatẽ. Diſtantia uero largitur frigiditatem, quietem, grauitatem, & denſitatem, unde ignis intenſiue calidior eſt aer, nam. 2. meta. tex. cõm. 4. unumquodq; eſt maxime tale per quod alijs ineſt uniuocatio, puta ignis calidiſſimus, etenim eſt cauſa alijs hoc caloris, & ſecundo de generatione, & corruptione tex. cõm. 22. ignis eſt magis calidi q̃ ſicci, & ob eandem cauſam ignis eſt rarior aere, unde Cõmen. in. 2. de anima. cõ. 97. maxima dimenſionũ quam materia recipit eſt dimẽſio ignis, & minima eſt dimẽſio terræ. Similiter leuitas ignis propter prædictam cauſam, eſt leuitas ſimpliciter, ut patet. 4. cœli & mundi. in cõ. & tex. 38. & in libro deſtructio deſtructionũ. in diſpu. prima. in ſolutione. 11. dubij, inquit, ſed Philoſophi reſpondent, ꝙ probatum eſt demonſtratiue, ꝙ mundus ex quinq; corporibus conſtat, uidelicet, ex corpore ſupercœleſti, quod non eſt graue, neq; leue. Et quatuor corporibus elementaribus, quorum quoddam eſt graue abſolute, ut terra, quæ centrum eſt omnium orbium. Et quoddam leue abſolute (ut ignis) & cauſa grauitatis terræ eſt, quia eſt in maxima diſtantia a motu orbiũ, & per contrariam cauſam, ignis eſt in ſumma leuitate.

D

Et quia alia duo elementa, ſunt interpoſita inter ignẽ, & terram, ideo mixta exiſtunt de duabus prædictis naturis. Et aduerte unum, ꝙ licet ignis ſit primum calidorum, quæ ſunt hic. Non tamen propter hoc eſt primum calefaciens. Nam ut ſcribit Cõmen. 2. cap. de ſubſtantia orbis, ſicut in mouẽtibus, & motis corporeis, oportet uenire ad unum primum motum ex ſe. quod mouetur a motore in mobili, ſic in alterãtibus & alteratis, oportet deuenire ad unum primum alterans, quod in alterando nõ alteratur, & hoc eſt corpus cœleſte, illud enim calefacit motu ſecundum prædictum modum, ut declarauimus de mente Ariſt. & calefacit etiam alia cauſa, poſita ab expoſitoribus, uidelicet mediante lumine, lumen enim inquantũ reflectitur, calefacere habet. Et conſidera bene, ꝙ cum calor, & frigus ſunt contraria, & frigus eſt caloris priuatio, quod aliter prouenit calor a cœlo, & aliter frigus, quia cœlum mediante propinquitate motus, largitur calorem. largitur autem frigus mediãte motus diſtantia, ſicut dixit in ſimili Philoſophus in. 2. de generatione & corruptione, ꝙ motus ſolis in obliquo circulo, per ſui acceſſum, eſt cauſa generationis, & per ſui receſſum, eſt cauſa corruptionis idem enim. manens idem uniformiter, aptum natum eſt ſemper idem facere, & per conſequens oppoſita & contraria, aut proueniunt ab oppoſitis, & contrarijs cauſis, aut proueniunt ab eadem cauſa ſub oppoſitis, & contrarijs diſpoſitionibus ſe habente, ſic enim idem erit contrariorum cauſa. abſentia enim nautæ eſt cauſa ſubmerſionis nauis, cuius præſentia erat cauſa ſalutis. ut dicitur in. 2. phyſi. in tex. cõm. 30.

E

ſic Auer. tenuit in. 2. cœli & mundi. in cõm. 42. quod corpora cœleſtia per ſe, non operantur niſi caliditatẽ, & non operantur frigiditatẽ.

Diui Tho. rõnes contra Auer.

Huic autem opinioni aduerſatur diuus Thomas in ſecundo cœli in loco prælleg. illud enim, ut inquit, uidetur eſſe per accidens, quod non per ſe producitur ab agente. Corpora autem cœleſtia, ſunt actiua reſpectu eorũ, quæ ſunt hic. ſi igitur nõ per ſe agerent frigiditatem, & humiditatem, & alia huiuſmodi, ſequeretur ꝙ iſta eſſent per accidens ab agente in uniuerſo. Item cũ omnes formæ ſubſtantiales, inferiorum corporum, ſunt ex uirtute cœleſtium corporum, conſequens eſt, quod ex eorum uirtute ſint etiam qualitates conſequentes ſpecies, ſeu formas elementorũ, quæ ſunt calidum, frigidum, humidũ, & ſiccum, & alia huiuſmod.

F

Opinio Diui Thomæ, & mathematicorũ.

Et ideo inquit. dicendum eſt ergo ꝙ omnia corpora cœleſtia ſecundum cõmunem uirtutem luminis, habẽt calefacere, ſed ſecundum alias proprias uirtutes, ſingulis corporibus attributas, habent nõ ſolum calefacere, & infrigidare, ſed etiam omnes alios effectus corporales, hic efficere in iſtis inferioribus. Et iſta fuit etiam opinio Platonis, inquit enim Damaſcenus in libro de conſolatione medicinarum.

Damaſce.

dotatũ eſt unumquodq; (ut inquit Plato) duplici uirtute, cœleſti, & elementari. Et iſtam opinionem inſequuntur omnes mathematici, ut ſcribit Cõm. in. 2. cap. de ſubſtantia orbis. inquit enim, conſiderantes autẽ actiones ſtellarum, in antiquo tempore uere dicunt, quod quædam largiantur caliditatem, & ſiccitatem, quædam caliditatem, & humiditatem, quædam frigiditatem, & humiditatem, & quædã frigiditatem, & ſiccitatẽ, & ſic quatuor qualitates cõmunes corporibus cœleſtibus, & quatuor elementis dicuntur æquiuoce, aut ſecundũ prius, & poſterius. Et hanc opinionem maxima pars Latinorum inſequitur, ꝙ corpora cœleſtia nõ ſolum agunt lumine & motu, uerumetiam influentia.

Ariſt. opĩo.

Ariſto. autem uia & Peripateticorũ hoc non patitur, ut multiplicentur entia ſine neceſsitate, quia natura nõ abundat in ſuperfluis, uult autem Ariſt. in principio. 8. libri de phyſico auditu. quod motus cœli, ſit tanquam uita

G omnibus natura ſubſiſtētibus, & in principio libri meteororum dicit. oportet mundū iſtum ſuperioribus lationibus eſſe cōtinuum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur, ita ꝙ motus eſt qui conſeruat, & ſaluat, omnia in eſſe principaliter, & iſta eſt cauſa caloris, ut patuit. Ab expoſitoribus etiam ponitur alia cauſa, & eſt lumen quod inquantum reflectitur, eſt cauſa caloris.

Contra aſtronomos

Non enim eſt uerū ꝙ dicunt mathematici, quod lumen lunæ ſit infrigidatiuū. Nam experimentum ſermonum uerorum eſt ut concordent ſenſatis, ut dicit Cōm.in.8.phy.in.cō.22. manifeſtū eſt autem, quod in æſtate noctes plenilunij ſunt calidiores, ut aſſerit Ariſt.in.4.de partibus animaliū.cap.5. uidemus etiã tunc temporis, animalia exanguia diminuti caloris, pinguiora, et conchylia, & echinos, & id genus animalium magis plena eſſe in plenilunio, q̃ in decremento luminis in luna, quod non contingit, quia nocturno tempore plus cibi aſſumant ratione lucis, quia talia etiam contingunt animalibus uiſu priuatis: ſed eſt, quia calor eorum uigoratur a calore continentis, qui multiplicatur in eo ratione maioris, & intēſioris luminis, quando quidem digeſtio naturalis, a calore naturali proficiſcitur, unde etiã eadem ratione animalia theſauriçantia tempore ueris, & æſtatis, melius digerunt, q̃ tēpore hyemis, quia calor naturalis in hyeme a ſuperfluo frigido

H obtunditur, cū debilis ſit, non autem roboratur, ſicut in animalibus ſanguine, & calore plus participantibus, ſicut optime notauit Galenus in prima particula ſeparatorū ſermonum. Nec ualet, ꝙ quidam aſſerunt quod omnia corpora cœleſtia recipiunt lumen a ſole, & illud ex diuerſitate ſubiectorum recipit diuerſas uirtutes, & ita aliquod lumen dicitur eſſe frigefactiuum.

Opinio Alber.Mag.

Sed hoc quidem ſtare nō poteſt, licet Alber.in.2.cœli, & pluſquam cō. etiam illud dicere uideantur, nam melius eſt exiſtimare quod diuerſitas formarum ſit cauſa diuerſitatis materierum, q̃ econtra. ut dicit Cōmē.in.2.de anima.in.cōm.60. nam in hoc Ariſt. præcipue contradicit antiquis, quia ipſi uolebant quod formæ ſequantur materiam, unde Plato aſſerebat, ꝙ formæ dabantur ſecundum merita materię, ſed Ariſt. opinabatur contrarium, uidelicet, quod materiæ ſunt propter formas, ſicut notabiliter dicit Auer.in.2.phy.auſcultationis.c.87.

Cōtra ponentes influentias.

Opinio autē, ponens qualitates uirtuales in cœlo, quam ſequuntur aſtrologi, & Diuus Thomas habet etiam rationem contra ſe, quia non oportet (ut ſupra dictum eſt) multiplicare entia ſine neceſsitate. Forte dices, quod ponitur influentia præcipue pro conſeruatione elementorū. Sed contra, omnis qualitas cōſeruans aliquid, aut eſt diſponēs materiam, pro conſeruanda forma, aut eſt prohibens corrumpens ipſam formam, ſed propter neutrū oportet ultra

I motū, & lumen, ponere influentiam pro conſeruandis elementis in ſuis locis, nam frigiditas, & ſiccitas, ſufficiēter uidentur conſeruare formam terræ, in materia. Nec etiã propter ſecundū, quia omnis reſiſtentia eſt merito contrarietatis. ſi igitur influentia dicitur reſiſtere corrūpenti ipſam terram, illud igitur corrūpens terrã, erit contrariū illi influentiæ, ſit. uer. gra. illud corrūpens terram ignis, tūc igitur igni contrariabitur illa influentia, & igni etiam contrariatur terra, quæ debet corrumpi ab igne, & ita uni plura erunt contraria.

Replica.

Sed dices, niſi daretur influentia in medio, quodlibet elementum indifferenter poſſet moueri ad quemlibet locum, ita enim arguit Ariſt. in lib.4.phyſicæ auſcultationis tex.cōm.66. in trac. de uacuo, quia cū uacuum ſit uniforme, corpora poſita in uacuo poſſunt moueri ad quamlibet differentiam poſitionis.

Solutio.

Reſpondetur dando rationem diuerſitatis, nam in uacuo eſſet uniformitas per totū, nos autem dicimus, ꝙ corpora cœleſtia mediante calore cœleſti, producto mediante lumine, & motu, habent conſeruare, cū tali & tanta diſtantia elemēta in ſuis locis naturalibus, & conueniētibus, & ille calor eſt intenſior in ſphæra ignis, ratione maioris propinquitatis, & eſt remiſsior in centro mundi, ubi eſt terra, & in medijs in regionibus eſt medio modo ſe habēs, cum latitudine quadam. ſecundum igitur aliam, & aliam menſurã, eſt conſeruatiuus alterius, & alterius elemēti, in alio, & alio ſitu. ſecundum enim approximationē maiorem, & minorem, cauſantur iſtæ diuerſæ menſuræ caloris, ut ſcribit Cōmen.in.2.cœli.in cō.94. & ideo bene dixit in fundamentis Ariſt. ꝙ corpora cœleſtia in rei ueritate non agunt frigiditates, ſed calores ſimiles unicuiq; elementorū, & ſi Auicen. dicit, ꝙ operatur frigiditatem, hoc eſt ſecundum cōparationem, pro quanto, uidelicet producunt quãdoq; remiſſam caliditatem, unde licet cœlum agat mediante lumine, & motu, non ſequitur quod cū ſemper moueatur, & luceat, quod ſemper uniformiter calefaciat, quia corpus luminoſum nō ſemper æqualiter reſpicit iſta inferiora, aliter enim ſe habet in hyeme, & aliter in æſtate, quia radij ratione approximationis ſupra çenith, capitū noſtrorum perpēdiculariter multiplicantur in æſtate, & ideo magis calefaciunt ex modo diuerſo ſuæ reflexionis. Nec iterum ſequitur, ꝙ omnes hyemes, & omnes æſtates deberent eſſe ęquales in calore, & frigore, quia alij aſpectus, & coniunctiones ſtellarum ſunt in uno anno, & aliæ in alio, & ideo uidemus quod multiplicatum lumen in uno anno ex coniunctionibus planetarum, plus caloris operatur, quàm in alio.

K

Solutio ad rōnes diui Tho. L

Et per hoc patet ſolutio ad rationes Diui Thomæ. Ad primam dico, ꝙ corpora cœleſtia ſunt cauſa uniuerſalis, & remota omniū effectuum quæ ſunt hic, & ita omnes qualitates, quæ ſunt hic, dependent a cœlo tanquam a cauſa uniuerſali, nō tamen ad omnem effectū, qui hic exiſtit, corpora cœleſtia per aliquam ſpecialem qualitatem concurrunt, ſicut ad determinatum effectum, determinata cauſa. Nam uidemus naturas rerum, eſſe multum diſtantes adinuicem in perfectione, entia enim ſunt ſicut numeri. animalia enim perfecta fiunt a cœlo, & ab agente particulari, iuxta illud Ariſt. in ſecundo phyſicæ auſcultationis. tex. cōmen.26. Sol & homo generant hominē, ſecus autem eſt de animalibus genitis ex putri materia, nam ſufficit ibi calor cœleſtis, diffuſus in terra, & aqua, ut dicit Cōmen.12.meta, in cōm.18. Eodem modo cum calor ſit perfectior frigiditate, frigus enim eſt quaſi caloris priuatio, principaliori intētione producitur a motu, & lumine, quam ipſa frigiditas. lumen enim, & motus ſunt per ſe caloris productiua, modis aſsignatis, & ſic cœlum uidetur eſſe cauſa poſitiua caloris, ſed reſpectu frigiditatis, eſt cauſa priuatiua, pro quanto uidelicet, per ſui diſtantiam, talis motus operatur remiſſam caliditatem.

Replica.

Et ſi dicatur contra, quia effectus poſitiuus debet habere cauſam poſitiuam, modo frigiditas, licet caloris comparatione dici poſſet quodãmodo caloris priuatio. (ſemper enim uilius contrariorum eſt) ſicut priuatio reſpectu perfectioris, ut dicitur in.10.meta. in tex.cō.15. tamen in ſe eſt ipſa frigiditas, quædam forma poſitiua.

M

Solutio.

Dico ꝙ cauſa poſitiua, eſt cauſa particularis, generans, ſicut ſunt uenti, uel uapores eleuati ab aqua, & a terra, & ſicut ſunt agentia particularia generantia iſta elementa frigida, quia ſecundū partem generari, & corrumpi poſſunt, & ſic patet ſolutio ad ſecundū motiuum Diui Thomæ, quia qualitates & formæ ſunt a cœlo modo uniuerſali, & non oportet ꝙ omnia uniformiter, & æque primo inde depēdeant, unde cœlum per propinquitatē operatur calorē, per diſtantiã operatur frigiditatē, quia operatur remiſſam caliditatem, & diſtantia eſt ueluti ratio priuatiua, & propinquitas eſt ueluti ratio poſitiua, & ſic ni fallor, intelligunt Peripatetici, ꝙ corpora cœleſtia ſunt cauſa caloris, & nō ſunt cauſa frigiditatis.

ADDItio.

✱ Dubitatur ſi motus cœli eſt cauſa caloris, quo elementa conſeruantur, quō calore illo exiſtente, aqua poteſt habere ſummam frigiditatem? niſi eſſet, ꝙ calor ille eſt cœleſtis, & ut ſic habet conſeruare ſecundū diuerſas menſuras res, quarū natura eſt frigida, ſicut frigiditas præſeruat corpora calida a putredine. unde ſicut calor naturalis hominis conſeruat ſecundū diuerſas menſuras ſanitatem, diuerſorū





A membrorū, quorum cōpulſiones ſunt cōtrariæ, multo magis calor cœleſtis, qui eſt uiuificus, generatiuus, & cōſeruatiuus entium. & nota ꝙ ad argumentū Tho. bene reſpondetur in uia Cōm. aſſerendo ꝙ reſpectu aquæ, & terræ, ſecundū ſuas totalitates, non oportet quærere cauſam per ſe efficientē, quia ſecundū totū non generantur, neq; corrumpuntur: ſed bene oportet quęrere, ut ſit, cãm cōſeruantem, ſic enim dicit in ſimili Cōm.in.2.cœli cō.102. ꝙ medium non eſt cauſa quietis terræ per ſe, quia terra ſecundū ſe totam, nō generatur, ſed bene eſt cauſa conſeruans quietē, q̃ agens, ſed ſi cōſideratur, ut ſecundū partem generatur, ſic bene habet cauſam per ſe, & eſt agēs particulare, et hoc bene tetigi occulte, dum dixi, ꝙ agētia particularia generãtia, ſunt cauſa frigiditatis. ſi dicas ſic eſt reſpectu caloris. Reſpondetur cōcedendo totum. ſed eſt differentia, quia cœlū mediante motu per ſe producit caliditatē, & abſolute, ſed frigiditatē non producit abſolute, ſed cōparatiue, ut uidelicet producit remiſſam caliditatem, cū tali diſtantia &c. uide pro illa ſolutione cōmentum primū. quarti de cœlo. unde motus cœli, ut dicit Cō.2.cœli.c.42. inquantū eſt principium caloris cœleſtis, eſt tanq̃ uita omniū natura conſtantiū, ut dicit Ariſto. in principio.8.phyſi. & in principio libri meteororum.

Quō in animalibus motus ſit cauſa caloris. Auicen. B

Aduerte tamen, ꝙ in animalibus, motus eſt cauſa caloris inquantū per ipſum motum expanditur calor naturalis, & ſpiritus, de cētro ad circūferentiam, & maxime quando eſt uelox, & cū certa menſura, quia ſi fuerit ſuperfluus, accidit ſpiritum, & calorem reſolui, & ſic infrigidat, unde Auic.in.3.Fen.primi, doctrina.2.in ca.12 de his quæ proueniūt ex motu, & quiete. inquit, motus operationes in corpore humano diuerſificantur, ideo quod eſt fortis, aut debilis, aut paucus, aut multus. Et propter illud quod ei ex quiete admiſcetur. Et iſtud quidē apud ſapientes, eſt diuiſio per ſe. Et propter illud quod exercent homines, ex materijs. Et motus quidem fortis, & multus, & paucus, & cū quiete mixtus, omnes conueniunt in hoc, ut calorem efficiant fortiorem. Sed fortis, nō multus differt a multo non forti, & a multo quieti admixto, quoniam ipſe uehementer calefacit corpus, & ſi reſoluit, parū reſoluit. Multus uero paulatim reſoluit, plus q̃ calefaciat. Et cū quiſq; eorum multus exiſtit, infrigidat. Propterea quod uehementer calorem reſoluit naturalem, & etiã exiccat, &c. Vides igitur quomodo motus ſit aptus ignire, & calefacere corpora, & quomodo diuerſimode hoc operatur in rebus inanimatis, & diuerſimode inanimatis. Nam in rebus inanimatis, hoc operatur diſtrahendo, & rarefaciēdo, partes mobilis, unde raritas eſt diſpoſitio ad caliditatē, licet enim raritas, & denſitas, ut inquit Auer.in.7. phyſicæ auſcultationis

C ſint rerum qualitates, inſequentes calidū, & frigidum. ut patet in cō.15. tamen caliditas etiam per uiam ſequelæ poteſt ſequi ad raritatem, quia non inconuenit, ut una per ſe ſequatur ad aliã, alia aut per uiam ſequelę ſequatur, ut illam, unde raritas per ſe, ſequitur ad caliditatem. modo quo declarauimus ſuperius, ſed caliditas ſequitur ad raritatem, tanq̃ ad diſpoſitionē præuiam, per uiã ſequelæ, ſed per ſe eſt ab agēte extrahēte ipſam de potētia ad actū, tale aūt eſt motus, unde motus dū uelox fuerit, & ſufficienter approximatus in ſubiecto apto nato, per ſe aptus natus eſt producere calorem, & nō per accidens, ut quidã tenuerunt. Non enim omnis cauſa, quæ corpori aduenit, in ipſuʒ operatur, immo præter hæc tria requiruntur neceſſaria, fortitudo ſcilicet ſuæ uirtutis agentis, & fortitudo uirtutis corporis præparatiuæ. Et poſsibilitas permittendi unum tangere aliud, tanto tempore, ut in tali quale, illud poſsit prouenire operatio in aliud, ſicut pulchre notauit Princeps in.2.Fen.primi, doctri.2.cap.1. Sed ſermones in demonſtratiuis, ſunt intelligendi per ſe, & non per accidens, unde Ariſt. tex.cō.42.in.2.cœli & mūdi, inquit, quod natus eſt motus ignire, & ligna, & lapides, & ferrū, aptitudo autem per ſe dicitur de ſuo ſubiecto, & Cōm.in.cōm.dicit, & putatur ex hoc ꝙ cœlum eſt calefaciēs per ſe, motu, & lumine. &.12.meta. cōm.18. inquit, quod ignis fit a motu, ſicut ab igne, ſi igitur ignis qui eſt ſubſtantia, fit a motu, ſicut ab igne, ab igne autem per ſe fit, per ſe igitur fiet a motu, idem enim eſt agens per ſe, diſponens materiam, & inducens formam.7.meta. cōm.31. multo igitur magis per ſe, caliditas poteſt fieri ab ipſo motu, ſicut per ſe fit a calore. Vnde uidetur, quod motus diſtrahendo, & rarefaciendo partes mobilis, in rebus inanimatis per ſe, eſt productiuus caloris, unde Auer. dicit. in.1.meteororum.cap.2. ꝙ ſtellæ comatæ, nō habent caliditatem, ſed igniuntur ex motu. Nec ualet, ſi dicatur ꝙ omne quod per ſe fit, fit a ſuo ſimili, ita calor per ſe, non uidetur fieri niſi a calido. nam ut dicit Cōmen. illa propoſitio per ſe locum habet in ſubſtantijs, nō autem in accidentibus.2.cœli.cōm.42.&.12.meta.cōm.1. Nec ſequitur, ut omne faciens aliquod accidens, diſponatur per illud. ver. gra. quoniam non omne quod mouet, debet moueri, neq; omne quod nigrificat debet eſſe nigrū, ut dicit idem Auer. in.2.cap. de ſubſtãtia orbis, uerſus finem. Sic igitur motus uelociter factus, & cū debita approximatione in ſubiecto apto nato, cū debita mora, habet per ſe calefacere, ſed per accidens habet infrigidare, ſicut in ollis ferueātibus per excluſionem uaporis calidi, qui detruditur per motum, & ſicut aer calefactus ex præſentia uaporis tranſpirantis, per motū remouetur, & alius frigidior nobis occurrit æſtiuo tēpore, per motum flabelli, quomodo etiam animalia calefaciat, & eadem infrigidet, dictū eſt.

D

E

ADDItio.

✱ Sed eſt cōtradictio an calor, & lumen, calefaciant per ſe, uel per accidens, & Cōm.in cō.42.in.2.cœli quandoq; dicit per ſe, quandoq; per accidens. ſoluitur ſi per ſe ſumitur per uniuoce, ſic non per ſe, ſed per accidens, ſi uero ſumitur per ſe, ut diſtinguitur contra id quod eſt per accidens, ut idē ſit, ꝙ id quod eſt ſecundū naturam, opponitur ad id quod non ſecundū naturã, ſic per ſe, & nō per accidēs. aut dic ſi per ſe diſtinguitꝰ cōtra id quod eſt cū alijs cōditionious, ut ſit idē per ſe, ꝙ ſolitarie, ſic motus, & lumen, nō per ſe calefaciunt, quia motus per ſe, ideſt ſolitarie, & abſolute, non calefacit, ſed cum illis conditionibus, uidelicet, ut ſit uelox, & in magno mobili, & ſimiliter lumen per ſe. i. abſolute nō calefacit, ſed inquantum reflectitur. ſi uero per ſe ſit idem ꝙ ſecundū naturalem proprietatem, quæ tamen ad hoc, ut exeat in actū, requirit certas diſpoſitiones, ſic lumen, & motus, apta ſunt calefacere. Albertus tamen in.2.cœli.tract.3.cap.3. habet ꝙ lumen non eſſentialiter producit calorem.

Dubium.

Sed remanet una difficultas. nam ſi corpora cœleſtia calefaciunt mediante lumine, & motu. Propinquitas autem, motui cœli largitur caliditatē, & remotio frigiditatem, ut dicit Cōm.in 2.cœli & mundi. in cō.94. propter quid ergo corpora propinquiora cœlo, nō ita caleſiunt ex lumine, ſicut caleſiunt ex motu?

F

Solutio.

Niſi eſſet, quia cœlū per ſui motū eſt cauſa caloris per attritionem, ſicut dicit Ariſt. in.2.cœli & mundi tex.cō.42. & in.1.meteo. lumen autē non calefacit, niſi inquantū reflectitur. talis autē reflexio in partibus ſuperioribus, eſt magis diſperſa, q̃ in partibus inferioribus, & diſtãtioribus. & ita differēter motus, & lumē ſunt cauſæ caloris. nam quę caleſiūt ex motu, quãto ſunt cœlo propinquiora, tanto ſunt calidiora. unde ignis eſt calidior aere, & aeris ſuprema pars, eſt calidior reliq;, ſed q̃ ex lumine cœli incaleſcūt, q̃to magis ſunt diſtãtiora a cœlo, tãto magis caleſiunt.

Propō.46.

### *Poſsibile ex ſe, non poteſt ab alio perpetuari.*

VERA Eſt propoſitio, ut gloſſat Cōmē.in.12.primæ philoſophiæ in ſubſtantijs, ſed fallit in accidentibus, ut patet in cō.41. Inſtantia enim eſt in promptu, ut aſſerit de motu cœli, qui ex ſe poſsibilis eſt non eſſe, cū habeat contrariam quietem, & tamen perpetuatur ab intelligētia. unde.9.meta.tex.cō.17. ſcribitur non eſt timendū cœlum quieſcere.

Inſtantia.

Sed eſt inſtantia maxima contra Cōmē. quia

G
Ariſt.in.1.cœli & mundi.in tex.cõ.120.probat ꝙ nullum æternũ eſt corruptibile, quia poſito in eſſe, quod nõ ſit, eſt poſitio falſa poſsibilis, ſed ex falſo poſsibili nõ ſequitur falſum impoſsibile. ſi igitur æternũ quandoq; nõ ſit, ſequitur ꝙ ſimul ſit, & non ſit, ſed hoc eſt impoſsibile ſimpliciter, quia implicat cõtradictionẽ, ergo nõ ſequitur ex poſitione illius poſsibilis, de in eſſe, quia illa erat falſa poſsibilis, ſed ex falſo poſsibili, nõ ſequitur falſum impoſsibile, ut demõſtratum eſt in.2.priorũ.ergo illud impoſsibile, ſequitur ex hypotheſi data, quæ erat, ꝙ aliquod æternũ ſit corruptibile.manifeſtũ eſt autem, ꝙ cõſimilis ratio retorqueri poteſt cõtra Auer. aſſerentem motũ cœli eſſe de facto æternum, cũ tamen de poſsibili, poſsit nõ eſſe, quia poſito illo in eſſe quod nõ ſit, ſequitur ꝙ ſimul ſit, & nõ ſit, & illa poſitio eſt falſa poſsibilis, ut patet. & ideo nõnulli uniuerſaliter tenuerunt forte iſta ratione moti, tam in ſubſtãtijs, ꝙ etiã in accidentibus, locũ habere propoſitã propoſitionem.

Solutio.
Nos autem, in uia eius, damus rationẽ diuerſitatis, quare potius ſit propoſitio iſta uera in ſubſtantijs, nõ autem in accidẽtibus. nam ſi qua ſubſtantia ex ſe eſſet ens, poſsibile hoc haberet ratione principij intrinſeci paſsiui, quod eſt materia. Nã.7. meta.tex.22.&.53.materia eſt per quã res poteſt eſſe, & nõ eſſe.tali aũt potẽtię paſsiuæ, neceſſe eſt ꝙ in natura correſpõdeat potẽtia actiua.nã ut inquit Ariſt.in.3.de anima.

H
tex.cõ.17.In omni natura in qua eſt dare principiũ, quod eſt omnia fieri, eſt dare etiã principiũ, quod eſt omnia facere.ſic.n.probat neceſſario intelligentiã agẽtem. unde Cõ. ex hoc fundamẽto dixit in.12. primæ philoſophiæ, cõ.18. ꝙ oẽs formæ ſunt in potẽtia paſsiua, primę materię, & ſunt in actu in primo motore, quia ſunt in potentia actiua eius. unde.9.primę philoſophię tex.cõ.2. potẽtia paſsiua diffinitur per actiuã, & ideo ſi aliqua ſubſtãtia haberet potẽtiam ad nõ eſſe, ſi illa potẽtia non deduceretur ad actũ, tunc fruſtra eſſet illa potẽtia ibi.ut pulchre deducit Cõm.1.cœli.in cõ.20.inquit enim ꝙ ſi eſſet forma in materia ſine contrario, tũc natura ocioſe ageret, cũ iſta materia nõ ſit in ea aliqua potẽtia omnino.in materia enim, non eſt potentia niſi apud ſeparationẽ eius, a forma. Si igitur ſubſtãtia materiæ, eſt in potẽtia, & fuerit aliqua materia, cuius potentia nunq; exit ad actum.iſta potentia eſt ocioſa, & ſuperflua, & ſi nõ eſſet generatio, & corruptio, nõ ſtaret operatio iſtius uirtutis.ſ.potentiæ, operatio enim iſtius potentiæ quæ eſt ex ea, ſimilis ei quæ eſt abſciſio ex acumine gladij, eſt generatio, & corruptio. Si ergo iſta potentia eſſet ſine generatione, & corruptione, contingeret, ut aliquod ens eſſet ſine actione, propter quam fuit ens, quod eſt impoſsibile. potẽtia enim

I
paſsiua primæ materiæ, eſt contradictionis, quia per illam res poteſt eſſe, & nõ eſſe, indifferenter, & talem confeſtim conſequitur cõtrarietas, ut dicit Ariſt.in libro de longitudine, & breuitate uitæ. & ut inquit Cõm. in libro de ſubſtantia orbis cap.1. declaratũ eſt, ꝙ cauſa corruptionis entiũ, & factionis eorũ, eſt contrarietas exiſtens in ſuis formis, & cõmune ſubiectum, ꝙ nullam habet propriam formã, ſed eſt in potentia recipiens numerũ ſecundum formas diuerſas numero, & quæ ſunt ſecundũ magis, & minus. poſsibilitas igitur in ſubſtãtijs compoſitis eſt ex neceſsitate hylæ, ut dicit Cõmen. in prologo ſuo ſuper libro phyſicorũ, de morte, & corruptione, & talis impediri nõ poteſt, propter prædictam cauſam. Motus autem cœli, cũ ſit accidẽs ſucceſsiuum, nõ habet principium intrinſecum paſsiuum, per quod poſsit nõ eſſe, quia accidẽtia ſunt formæ ſimplices, & non habẽt materiã ex qua conſtant, ſed ſolũ habent materiam in qua.i.ipſum ſubiectum, ſed poſsibilitas ipſius motus, eſt ex extrinſeco, quia habet contrariũ ipſam quietem. quia motui inquantũ motus, cõtrariatur quies, & ideo quia motus cũ ſit accidens ſucceſsiuum, totũ ſuum eſſe dependet ab ipſo motore, & quia motor eſt intelligẽtia, quæ inuariabiliter, & ſempiterne mouet, ideo motui largitur ipſa intelligentia, permanentiam.

Solutio formaliter.
Ad argumentũ igitur adductum, do rationem diuerſitatis. nam Ariſt.ibi arguit contra Plato. de mundo quem dicebat genitũ fuiſſe, ſed aſſerebat ipſum nõ eſſe corruptibilem. & in Timæo dixit, aliquod corruptibile de ſe poſſe ab alio perpetuari, in illa authoritate quæ paſsim allegari ſolet, dij deorũ, quorum opifex pater, quæ ego & cætera. & ita dico ꝙ ratio Ariſt. contra Plato.in.1.cœli eſt de ſubſtãtia. unde ſi aliqua ſubſtantia æterna eſt potens nõ eſſe, iſta potentia eſt per principiũ intrinſecum paſsiuũ, & ſi ponatur in eſſe, eſto ꝙ poſitio ſit falſa, eſt tamen poſsibilis, & ex falſo poſsibili non debet ſequi falſum impoſsibile, ſicut ſequitur in caſu. ſed de motu ſecus eſt. nam motus formaliter ex ſe, non eſt neceſſe eſſe, ut ſequatur ex hoc ipſum de ſe ſemper eſſe, ſed ſua neceſsitas eſt aliunde.ſ.ab extrinſeco motore, & ideo ex illa poſitione non ſequitur, ut id eſſe ſimul ſit, & non ſit. Si ſubſtantia autem aliqua æterna eſſet, hoc non eſſet, niſi propter carentiam materię, & ideo illa ſimpliciter eſſet, & formaliter ens neceſſariũ, & ſi eſſet corruptibilis ſequeretur, ꝙ haberet in ſe materiam. & ita ex illo poſito in eſſe, ſequitur, ut idem ſimul ſit, & nõ ſit. Et conſidera etiam quia ens ſimpliciter neceſſariũ, nulli eſt incõpoſsibile ſimpliciter. motus autem cœli, nõ eſt ens ſimpliciter neceſſariũ, & ideo ex ſui ratione, non omni tẽpore eſt, & propter hoc, ſi ponatur ipſum quandoq; nõ eſſe, non ſequitur ꝙ ſimul eſſet, & nõ

K

L
eſſet. Si autẽ aliqua ſubſtantia æterna, corrumpi poſſet ex parte, qua eſſet æterna, ſemper eſſet, quia talis ęternitas, eſt ex ratione ſui per carentiam principij potentialis, & ex parte qua corruptibil s ponitur, & illa potentia ponitur in eſſe, nõ eſt, ſed ſemper erat, unde erat æterna. & ita bene (ut uides) ſequitur ꝙ idem ſimul ſit, & non ſit ad hominẽ, & gratia materiæ, in qua adducitur ratio.

Ardua replica.
Sed hic eſt ardua replica. quia Auer.in.2.cap.de ſubſtantia orbis, uult ꝙ cœlum quemadmodũ neceſſario dependet ab ipſa intelligentia quantũ ad motum, ita etiam dependet quantũ ad ſubſtantiam. inquit enim, & debes ſcire, ꝙ iſtud corpus cœleſte nõ indiget uirtute mouente in loco ſemper tantum, ſed largiente uirtute in ſe, & in ſua ſubſtantia, permanentiam æternam, quoniã etſi ſit ſimplex, non habet in ſe potẽtiam ad corruptionẽ, tamẽ eſt finitæ actionis neceſſario, quia eſt finitarũ dimenſionum, & terminatarũ, a ſuperficie cõtinente ipſum, & omne tale, cum intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe, abſq; eo ꝙ aliud largiatur ipſi permanẽtiam, & æternitatem, neceſſe eſt, ut ita ſit de finitate ſuæ permanentiæ, ſicut eſt de finitate ſuæ actionis, & ideo neceſſe eſt in intellectu eſſe potentiam, largientem ipſi permanẽtiam æternam, quemadmodum largitur ſibi motum proprium

M
æternum. Patet autem manifeſte ex dicta authoritate, ꝙ cœlum quo ad ſuum eſſe, in eodem genere cauſæ dependet, in quo dependet motus eius. nam ſi intelligentia non eſſet, ut inquit, idem eſt iudicium de orbe, & de motu. Patet autem ꝙ ſi intelligentia non eſt, non eſt motus. igitur neque orbis, & ideo cœlum indiget intelligentia largiente ſibi permanentiam, ſicut indiget etiam motus tali uirtute. & ita idem uidetur eſſe iudicium, ut poſsibile perpetuetur in ſubſtantia ſicut in accidẽtibus.

Error Grego. de Arimino.
Et mirũ profecto mirum eſt quõ Greg.ille Ariminenſis, hallucinatus fuerit in illo loco aſſerens in.2.ſententiarum. diſtin.2.q.1. Ariſt. & Auer, opinionẽ fuiſſe ſubſtãtiam cœli, & aliarũ intelligentiarũ non dependere a deo in genere cauſæ efficiẽtis, ſed ſolum hoc habet ueritatem de motu cœli. cũ tamen Auer.in prefato loco ex intentione, damnet opinionem iſtam eorũ, qui dicebant cœlum non habere cauſam, niſi mouentem, & nõ agentem, ſicut patet ibi. & declaratum fuit per nos, in ſpeciali queſtione, de hoc.

Solutio.
Dico igitur in uia eius, ꝙ licet cœlum dependet in triplici genere cauſæ, ab ipſa intelligentia, eſt tamen adhuc differentia inter cœlũ, & cœli motum, quo ad perpetuitatem eſſendi. nam motus ex ratione ſui, cũ contrariũ habeat, poteſt ex ſe formaliter dici, & per intrinſecam rationẽ, ꝙ ſit ens poſsibile. cœlu; autem, cũ ſit ſubſtantia



A
ſubſtantia, carens materia, & cõtrarietate, nõ eſt ens poſſibile, per intrinſecum principiũ, quia tale in ſubſtãtijs, eſt materia, & quo ad hoc non indiget in ſuo eſſe forma, ſicut eſt corpus animalis, quod cum ſit intrinſece compoſitum ex contrarijs, indiget in ſuo eſſe forma dante eſſe formaliter, & conſeruante. unde uidemus manifeſte, ꝙ ſeparata anima, aut corrupta in animalibus, ſtatim illud reſoluitur in elementa, ex quibus conſtabat. unde Ariſto. & Cõm.in primo de anima.in tex.Cõm.90. increpant antiquos, ponentes corpus continere animam, immo contrariũ eſt magis uerum. uidelicet, animam continere corpus. egrediente enim, ſpirat, & marceſcit. nam ut inquit ibi Cõmẽ. omne ꝙ eſt unum, & continuum non eſt, propter ſuam materiam, ſed per ſuam formam, & ideo cœlum formaliter eſt neceſſariũ, quia eſt ſimplex corpus, nõ cõpoſitũ ex materia quæ eſt in potentia ad eſſe, neq; ſubiecta contrarietati, & propter iſtam rationem, non indiget in ſuo eſſe forma, contra chimerizantes in uia eius. ita enim ſentit expreſſe in.2.& in.3.cap.de ſubſtantia orbis. tamen in talibus æternis ſubſtantijs, eſt eſſentialis dependentia in genere cauſæ efficientis. omnia enim dependent a primo principio. nã deus eſt cauſa entitatis, & ueritatis, in omnibus entibus. ut dicit Cõmen.in.2.meta.in cõm.4. & ſimiliter dicitur finis om-

B
nium, & dicitur prima forma omnium, non quia ſit forma inhęrens, immo eſt forma per ſe ſubſiſtens, & liberata ab omni materia, nõ enim omnis forma informat, ut quidam meo tempore in uia Peripatetica contendere conantur, in

Cõtra modernos.
uia Ariſt. nam ſi ita eſſet ad quid igitur poſita animæ diffinitione in.2.de anima.tex.cõm.5. dicente anima eſt actus corporis organici phyſici potentia uitam habẽtis, demum in tex.cõm.11.inquit. Amplius autem immanifeſtum eſt, ſi ſit corporis anima actus, ſicut nauta nauis. & eſt expreſſa ſententia Auer.12.meta.cõm 37. ex mente Alexan.inquit enim perfectionum enim propter quas mouetur perfectũ, quædã ſunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur, ut illud quod mouetur propter ſanitatẽ, & quædam ſunt ſubſtantiæ extrinſecæ a re, quę mouetur ad eas, ut aſsimiletur eis, ut inueniuntur omnes actiones ſeruorũ, quoniam ſunt erga genera intentionum domini ſui. igitur dicuntur eſſe propter dominum. & ſimiliter omnia entia, cum hoc primo principio, ubi patet quomodo prima intelligentia ſit cauſa in genere cauſæ formalis, reſpectu omnium. licet igitur cœlum cum non habeat principium intrinſecum, per quod poſsit non eſſe, quia nõ habet contrarium, neq; materiam, tamen adhuc dependet ab intelligentia in triplici genere cauſæ & efficiẽtis, & finalis, & forma-

C
lis, ſicut dominus eſt forma ſerui, ſed motus in ſe poſsibilis eſt, quia motui inquantum motus contrariatur quies, licet motui cœli, ut eſt ab intelligentia, nihil ſit contrarium. & ita ſtat adhuc differentia inter motum cœli, & ipſum orbem. & ſi potes tu ſubtilius dicere, dicas ſat fuerit mihi promouiſſe, & excitaſſe intellectum.

Propõ.47.

## *Prius ſubſtantia, eſt ſubſtantia.*

PROPOSITIO Iſta eſt Ariſt.in.12.meta.tex.cõ.43.ubi oſtẽdit motores planetarũ eſſe ſubſtãtias. nam cũ motor ſit natura prior mobili, ut dicitur in.3.de anima.in tex.cõ.19.cum planetæ ſint corpora ſempiterna, & ſubſtantiæ ſempiternæ, multo magis igitur motores eorũ erunt ſubſtãtiæ. Eadem ratione etiã probauit in.2.cœli & mundi.in tex.cõ.36.ꝙ cũ cœlum quod mouetur eſt ingenitũ, & incorruptibile, & intranſmutabile, neq; utiq; mouens tranſmutabitur, incorporale exiſtens.

Inſtantia.
Sed inſtãtia eſt in hac propoſitione contra Auer. ponentem dimenſiones interminatas, quæ ſunt accidentia coæterna primę materiæ. tunc enim ſequitur, ꝙ non ſubſtantia præcedit ſubſtantiam, quia materia primitus recepit illas dimenſiones, ꝙ formam ſubſtantialẽ, accideret igitur, ut cõpoſitio ſecũdum quid, & per accidens præcedat cõpoſitionem ſimpliciter, & per ſe, cõtra Ariſt. & eſt unũ de præcipuis motiuis

D
ſancti Tho. in tract.de dimenſionibus interminatis, & de natura materiæ.

Solutio.
Dicimus nos, ꝙ propoſitio propoſita habet ueritatem de prioritate naturæ, ſecundũ perfectionem. Fallit autem, de eo ꝙ eſt prius natura, uia generationis. duplex eſt enim naturæ prioritas, ut ſcribitur in.9.primæ philoſophiæ.in tex.cõ.15.ubi dicitur, quæ generatione poſteriora ſpecie, & ſubſtãtia ſunt priora, ut uir puero, & homo ſpermate. & ſic procedit ratio Philoſophi adducta. nã motor eſt prior mobili, prioritate perfectionis. ſemper enim agẽs exiſtimabitur nobilius paſſo, & motor mobili.3.de anima.tex.cõ.19. quãtitates autem interminatæ, & qualitatiuæ diſpoſitiones præcedũt uia generationis, formam ſubſtantialem, & hoc nõ inconuenit.

Replica.
Quod ſi replicatum fuerit, per authoritatẽ Philoſophi in.7.meta.tex.cõ.4.ubi dicitur ꝙ ſubſtantia præcedit accidens diffinitione, cognitione, tẽpore, & natura. & ita uia generationis non debet accidens aliquo modo præcedere formam ſubſtantialem, quæ ſimpliciter eſt perfectior, & magis ens, ꝙ materia, & cõpoſitum, ut dicitur.7.meta.tex.cõ.7.

Solutio.
Ad hoc dico, ꝙ accidentiũ quædam ſunt, quæ accidunt ex ſubſtantia rei.

Accidentia duplicia.
Sunt enim quædã quæ conſequuntur materiam, ut nigredo æthiopis, & cicatrices uulnerũ, & extenſio ſtaturę. Sunt etiã quædam quę conſequuntur formã, ut ſpes, &

E
gaudiũ, & potentia ridendi, & cætera in hominibus, ut dicit Auicen.in primo ſuæ ſufficiẽtie.cap.6. & eſt etiã ſententia Auer.in lib.de ſubſtantia orb s.cap.1.unde accidentia, quæ cõcomitantur materiã, & præcedunt formã, ſunt accidentia interminata, & a ſigno cognoſcunt iſto modo, quia quęcunq; eadẽm manent in corrupto, quæ erant ingenito, interminata dicuntur. nam inſequuntur materiam, quę remanet eadem in genito, & corrupto, ſiue in uiuẽte, & mortuo, ſicut eſt de cicatrice, & de nigredine æthiopis, & de alijs conſimilibus. non enim oportet dicere, ꝙ corruptio quælibet fiat per reſolutionẽ, uſq; ad primam materiã quo ad formas ſubſtantiales, & accidẽtales, ſicut tenuit beatus Doctor. quia illa diffinitio generationis ſubſtantialis, data per Philoſophũ in.1.de generatione, & corrup.tex.cõ.23. generatio eſt tranſmutatio totius in totũ, nullo ſenſibili remanente, ut ſubiecto, locũ habet in generatione ſimplici, in qua unũ generatur ex uno, quia præcipua intentio Ariſt.in illo libro, eſt pertractare de generatione, & modo generanis elementorũ inuicem. unde liber de generatione, & corruptione ab Ariſt. quandoq; liber de elementis nuncupatus eſt, ut patet in.2.de anima.in tex.cõ.117. non enim ſenſatis concordat, dicere aliã eſſe numero cicatricem in mortuo, & uiuente corpore, & nouiter genitam ab agẽte intro-

F
ducente formam cadaueris. Dico igitur, ꝙ dimẽſiones interminatæ, ſunt de accidentibus conſequẽtibus primam materiam, & ſunt coæternę illi, ſecundũ uiam Cõm. in libro de ſubſtãtia orbis, propoſitio autem Philoſophi in.7. meta.tex.cõ.4. in qua dicitur ſubſtantiam tẽpore præcedere accidẽtia, ueritatem habet ſecundũ uiam Cõm. ut ſupra diximus de accidẽtibus fundatis in ſubſtantijs compoſitis, quæ ſunt generabiles, & corruptibiles. nam de talibus loquitur Ariſto.in.7.meta. & in.8.ſecundũ mentem eius, ibi in ſuo prologo. Aut ſecundũ noſtram expoſitionẽ, cum accidentia inſequentia ſubſtantiã, quædam ſint ſeparabilia, & quędam inſeparabilia. dicimus ꝙ ſubſtãtia præcedit accidentia ſeparabilia tempore, ſed accidẽtia inſeparabilia, præcedit natura tantũ, non natura & tempore ſimul, ſicut eſt reſpectu ſeparabiliu;. nam in illic allegata authoritate, ponit quadruplex prioritas, ut ſupra dictũ fuit, quia ſic habetur in litera gręca. manifeſte uidelicet ſubſtãtia eſt prior diffinitione, cognitione, tempore, & natura. unde nõ ab re ponitur prioritas naturæ, ultra prioritatem tẽporis, quia primus magiſter, nihil unquã dixit ſine ratione, ut dicit Cõm. in.1.de generatione, & corruptio. in cõmẽ.38. & ita eſt de quolibet uerbo eius, ut dicit idẽ Cõ.de codẽ.1.phy.cõ.35.

G Solutio manifeſte contradictiõis.

Incidentaliter autem hic cadit cõtradictio in Auer. nam per prçadductam Auicen. authoritatem accidentia ſunt in duplici differentia. quædã uidelicet interminata, & iſta præcedunt formã: aliqua uero ſunt terminata, & iſta ſunt poſt formam ſaltem natura, ut gloſſat etiam ipſe Cõmen. in primo cap. de ſubſtantia orbis, & talia a ſigno cognoſcere poteris iſto modo, quia talia nõ remanẽt in corrupto, ſed corrumpuntur, quia talia ſundantur in cõpoſito, & inſequuntur formã, & ideo deſtructa ſorma ad deſtructionem cõpoſiti corrumpuntur etiã ipſa, & ſi ita eſt, igitur de opinione Auicen. ad quid ergo ſibi imponit oppoſitũ Auer. in primo cap. de ſubſtantia orbis, dum dixit, unde putauit Auicen. ꝙ diſpoſitio trium dimenſionũ exiſtentium in materia ſimpliciter. ſ. non terminatarũ, eſt diſpoſitio dimenſionum terminatarũ, in ea. Ad hoc reſpõdetur, ꝙ Auer. damnat Auicen. prçcipue in illo loco de dimenſionibus interminatis, quia opinatus eſt Auicen. ꝙ ſubiectũ cuiuſcunq; accidentis, debet eſſe ſubſtantia cõpoſita ex mã & forma, ſiue ſit accidens terminatũ, ſiue ſit accidens interminatũ. ſecundum ꝙ fundamentũ coactus fuit Auicen. ponere primam formam informantẽ materiam, eſſe corporeitatẽ ſubſtantialem, & illã aſſerebat eſſe materiæ coæternam, & in illo cõpoſito æterno, ex prima materia & forma ſubſtantiali, corporeitatis fundabatẽ, ut in ſubiecto corpus de prædica-

H

mento quantitatis, quod eſt trina dimenſio. unde poſt allegata uerba Auer. immediate ſubiũgit, quapropter dixit, neceſſe eſt primam formam exiſtere in prima materia, antequam dimenſiones exiſtant in ea. Ex quo accidunt ei multa impoſsibilia, quorũ unum eſt formã non diuidi per diuiſionem materiæ, quapropter nõ recipiet diuiſionem, & ipſam eſſe æternam nõ diuiſibilem per diuiſionem ſui ſubiecti, & ipſam nõ habere contrariũ ſibi ſuccedens, in eodem ſubiecto, quod ſi ita eſſet, tunc materia nullã reciperet formam, prçter iſtam ſibi primã. diſcordia igitur inter Auicẽ. & Auer. nõ conſiſtit in illa diuiſione accidentiũ, uidelicet, ꝙ quædã ſunt interminata, & quædã terminata, ſed eſt penes ſubiectũ, & penes modum ponendi, quia Auicen. uult ꝙ in corpore de prædicamẽto ſubſtantiæ, fundetur dimenſio interminata, quæ eſt corpus de prædicamento quantitatis. unde iſte eſt ordo ſecundũ naturam in uia Auicẽ. primo eſt prima materia, deinde eſt forma generalis, uidelicet, corporeitas ſubſtantialis, deinde eſt dimẽſio interminata, & alia accidentia interminata, præparantia, & diſponentia, ut ſunt qualitates præuiæ, deinde erat forma ſpecifica cõpleta, ultimo erant accidẽtia terminata, in ſequentia formã. ſed Auer. in omnibus concordat cũ eo, præterꝗ quod

I

ipſe negat corporeitatẽ prçcedere dimenſiones interminatas, immo uult ꝙ nuda eſſentia materię, immediate recipit corpus, iſtud quod eſt trina dimẽſio, & eſt accidẽs, & non ſubſtantia, prima enim forma (ut aſſerit) quæ primitus recipitur in materia, eſt dimẽſio interminata, & iſta eſt proculdubio uia eius. quicquid dicat Iohãnes de gandauo, & moderni in hoc. Reuertamur igitur, & dicamus propoſitũ

Sũma limitationis.

Theorema, prius ſubſtãtia eſſe ſubſtantiã, ueritatẽ habere de priori, ꝙ natura & perfectione præcedit ſubſtantiam, eſſe de neceſsitate ſubſtantiam, quantũcunq; ſi bene conſideras, ſemper accidens præſupponit ſubſtantiam, quia accidentis intellectus non eſt ſeparabilis a ſubſtantia, quia accidens diffinitur per eſſe in ſubiecto.

Propõ. 43.

## *Bonitas eſt paſsio entis.*

NIMIS allegata, & uulgata authoritas, & colligi poteſt ex ſententia Philoſophi in. 4. primæ philoſophiæ. tex. c. 6. ubi dicitur, ꝙ nõ eſt geometræ ſpeculari quid contrariũ, aut perfectũ, aut unũ, aut ens. Intelligitur tamẽ propoſitio de ente extra animã, & de ente in actu, quia tali primo cõpetit, nam. 6. primæ philoſophiæ. tex. cõ. ulti. bonum & malũ ſunt in rebus, & uerũ & falſum ſunt in anima. unde Cõm. inquit ibi. natura primorũ oppoſitorũ in intellectu. ſ. ueri & falſi, non eſt natura primorũ oppoſitorũ extra animã. ſ. boni & mali, uerũtamen uerũ & falſum ſunt in cognitione, & bonũ, & malũ, eſt in materia. Dixi tamẽ notabiliter ꝙ bonitas eſt paſsio talis entis extra aĩam, quia entia in anima ſunt entia diminuta, & ideo excludunẽ a cõſideratione diuinę ſciẽtię quæ eſt ſciẽtia realis, unde bonitas nõ inſequitur ens diminutum, ſed ens perfectũ. unde Cõm. animaduertẽs ad hoc ꝙ modo dixi in. 12. primę philoſophiæ. in cõ. 36. inquit, balneũ in aĩa mouet, ut efficiens, ſed balneũ extra aĩam mouet, ut finis. potiſsimũ enim aliorum uoluit eſſe, & optimũ id cuius gratia eſt, & finis eſt, ut patet. 2. phy. tex. cõ. 31. unde bonitatẽ quam habet balneũ inquantũ eſt bonũ utile, & expediens ad ſanitatẽ habet inquantũ eſt extra aĩam non prout eſt in anima, & ſi auarus appetit aurum ſub ratione boni eſt inquantũ aurum habet eſſe extra aĩam, non inquantũ eſt in mente. ſic enim quilibet facile ditari poſſet ex ſola auri imaginatione. Addidi etiã ꝙ bonitas eſt paſsio per ſe primo entis in actu. nã cuicunq; bonitas & perfectio cõpetit. illud aũt actus, aut habẽs actu, ita ꝙ rõne actualitatis eſt participatio bonitatis. unde cũ primus actus in quo nulla prorſus eſt admixta potentia ſit ſummũ bonũ. inrantũ enim entia ſunt perfecta & bona, inquantũ participant bonitatem primi actus ſm ꝙ poſſunt. & iſta eſt ſentẽtia expreſſa Ariſt. in. 1. phy. auſcultationis. in tex. c. 81. ubi ſcribit. Exiſtẽte. n. quodã diuino & optimo &c. ubi Cõm. in cõm. inquit, ꝙ cũ hic ſit perfectio diuina maxima cui omnia appetunt aſsimilari ſm ꝙ poſſunt. & ita oſtẽdit materiam primã participare bonitatem inquantũ habet naturalem appetitũ ad recipiẽdũ formam quæ eſt participatio quædã diuini eſſe, & hoc colligitur de intẽtione Philoſophi, in. 1. cœli & mundi. in tex. cõm. 100. ubi habet a primo quidẽ principio cõmunicatũ eſt eſſe, & uiuere omnibus his quidẽ clarius, his uero obſcurius, licet enim omnia entia bona ſint, & bonitate participent: tamẽ hoc eſt inquantũ, aut ſunt actus, uel inquantũ participant rationem actus. unde uidetur mihi ꝙ prima materia in illo priori in quo prçcedit formã, licet ens ſit, tamẽ in illo priori bona nõ eſt, quia bonitas & pfectio cõtingit ei ex receptione formę, & ideo deus indidit ſibi naturale deſiderũ ad ipſam formã, nam alia uia boni capax nõ erat.

K.

ADDitio. Ex uerbis Ariſt. ꝙ bonitas ſit paſſio entis in actu.

L.

ADDitio.

✠ Aduerte hic ꝙ licet unaquæq; creatura ex ſua bonitate ſit admirabilis. nam ut dicit Ariſt. in libro de partibus animaliũ. Nulla res natura conſtans eſt adeo deſpicatiſsimę conditionis in qua non liceat aliquid diuinum admirari, tamẽ adhuc admirabilior redduntur res primo, ut ad ſe inuicem cõſiderantur, ut ex eis ſit unus actus, unde æther in ſe conſideratus admirabilis eſt, ſed longe admirabilior, ut coniungitur aeri, & aer aquæ, & humidum ſicco, unde ſecundũ Philoſophum 12. diuinorũ. bonum uniuerſi conſiſtit in ordine, & ideo in ſacris literis legitur ꝙ in prima mundi cõditura facta quælibet creatura dicitur, ꝙ uidit deus ꝙ erat bonum, ſed poſtquam deus uidit cuncta quæ fecerat dicit ꝙ erat ualde bonum, ita etiam dicit Gregorius Naçiançenus theologus in ſermone de natiuitate domini. Plotinus etiam inquit nõ in eo quòd qualitatem habeat mala cẽſetur numero ex eo potius ꝙ nullam habeat qualitatem, ergo recte non qualis dicetur ſimul & mala, ſed Proclus in eo quod extrema entium eſt, & a bonis remota non bonam eſſe exiſtimauit uerum in eo quod ſemper ſe præbet effectioni in bonis cenſuit eſſe ponendam, quare mediam eſſe dixit inter bonum & malum, item dixit eam neq; animum, neq; intellectum, neq; aliquid aliud ꝙ ſecundum ſe uiuat, rudem quoque informemq; infinitam, & mutabilem, & uere non ens, ſed appetitionem quandam ſubſiſtẽtiæ, non tamen conſiſtentem in ſtatu, ſed potius apparentem, & modo quid parui, modo magni, quodq; fiat ſemper & antequam moueat, prætcrea mentientem quia non præſtat ꝙ pollicetur item fingentem nõ in locũ, ſed in non ens, quapropter imagines quę in ea apparẽt inſunt quaſi in ſpeculo in quo ꝙ alibi ſitũ eſt apparet,

M



A

eſt apparet, & ipſum ſpeculum plenum eſſe uidetur, & habere omnia cum nihil habeat. Pythagoras autem dicit Deum monadem eſſe, ſyluam uero dualitatem: a quo dogma Platonis non diſcrepat. unde aſſerunt primum deum bonum eſſe, & principium bonorum, ſyluam uero malorum, nec huic aduerſatur Ariſto. qui contingentiam, errorem, mortem, & defectus omnes ad materiã reduxit. Scias autem ꝙ in prima ſui nouatione materia neq; bona, neq; mala, ſed in ſecunda qua habet formam ſit capax bonitatis: pro quanto uero capit priuationem eſt capax mali, ſic enim eſt turpis per accidẽs. ut dicit Philoſophus in primo Phyſi. in fine, facit etiam pro hac mea uia Ariſto. in. 12. primæ philoſophiæ iuxta finem: ubi arguens de inſufficientia illos qui poſuerũt bonum eſſe principiũ, inquit quod diminute dixerunt quia non determinauerunt utrum bonũ ſit cauſa ut mouens, aut ut ſpecies, aut ut finis, non meminit autem de materia, quia uidit quod in materia nulla eſt bonitas ratione ſui, et fuit bene notatum ibi per diuũ Tho. bonam autem poteſt cõpetere tribus cauſis, quia ut amatum competit fini. 12. meta. tex. com. 36. ut largiens competit efficienti. 3. phy. 11. ut autem eſt uniuocum habet rationem formæ. 7. meta. 28. & 4. meta. tex. com. 4. unde lucidiſſimus Themiſtius in primo phyſicę auſcultationis. ſuper tex. 81. inquit loquens de prima materia, ſed cur ſuſcipit uicibus formas, quia appetẽs eſt diuinitatis & deſpiciẽs boni, uoco autem diuinum, & bonum primam formam, & primam cauſam quo referuntur collimantq; omnia, & cui quæque res tendit fieri quam ſimillima quantum poteſt, poteſt autem quantum natura conceditur. ea uero appetitio quonam modo eſt ĩ materia, profecto uerisſimum puto ꝙ dicitur prouidentiam fuiſſe, quæ & turpi deſiderium honeſtatis, & egenti opulentiæ quantum ſit ſatis iniecerit. eandem ferme ſententiam habet Ariſto. in ſecundo de anima. in tex. com. 34. ubi ſcribit. Naturaliſſimũ enim opus uiuentibus eſt quæcunq; perfecta & non orbata, aut generationem ſpontaneã habentia facere tale alterũ quale ipſum, animal quidem animal, planta autem plantam, & reddit cauſam quatenus ipſo ſempiterno, & diuino eſſe participent ſecundum ꝙ poſſunt, omnia enim illud appetunt, & illius cauſa agunt omnia quæcunq; agunt ſecundũ naturam. unde non eſt eſſe abſolute quod habet rationem appetibilis, ſed eſſe actuale, & diuinum, nam tale habet rationem boni. unde ut inquit Ariſt. in principio libri ethicorum. Bene oſtenderunt bonum eſſe quod omnia appetũt. nihil autem refert, ut inquit Philoſophus in ſecundo phyſicæ auſcultationis. in tex. com. 31. aliquid bonum eſſe uel uideri bonum. nam ut inquit Commen. ibi in com. dixit hoc ut deſcriptio ſit communis rebus uoluntarijs, & naturalibus, quoniam ultimum intentum in rebus uoluntarijs multoties uidetur bonum, & non eſt in rei ueritate. intentum uero in rebus naturalibus eſt bonum uerum. & ratio huius ut mihi uidetur ꝙ ideo ſemper bonum intẽtum a natura eſt bonum. uerum quia ubi ſcribit Commẽ. in. 12. primæ philoſophiæ. in com. 18. opus naturæ dirigitur ab intelligentia non errante, licet in ſe non cognoſcat agens naturale, tamen dirigitur ad finem ſuum ab intelligentia nõ errante, ſicut enim ſagitta tendit in ſignum præfixum, licet non cognoſcat, dirigitur tamen ad illud ab ipſo proijciente, ſed agens uoluntarium dirigitur a ratione cui plerunq; poteſt contingere, immo cui de facto ut plurimum error permiſcetur, ideo bonum tale eſt quandoq; in apparentia, & non in exiſtentia. nam ut Poeta inquit. perpauci ſunt q poſſunt dignoſcere uera bona, atq; illis multum diuerſa remota Erroris nebula. et propter hoc igitur contingit ꝙ appetitus naturalis ſemper eſt reſpectu boni ueri, quia dirigitur in intelligentia, & prouidentia Dei qui falli non poteſt. & ideo dicit Ariſto. in ſecundo cœli, & mundi. in tex. com. 34. ꝙ natura ſemper de poſſibilibus facit quod melius eſt. omnẽ igitur quod mouet appetitum bonum eſt, aut uerum, aut apparens bonum. unde Ariſt. tertio de anima. tex com. 51. inquit ſemper quidem mouet appetibile, ſed hoc eſt bonum, aut apparens bonum, non autem omne ſed actuale bonum, actuale enim eſt contingens, & aliter ſe habere. Et ex his patere poteſt ſolutio. q. quæ plerunq; agitari conſueuit, an nõ eſſe poteſt appeti ab aliquo appetitu a ratione regulato in quo magis eligere quis habeat non eſſe, ꝗ miſerum eſſe, & eſt. q. mota per Henricũ de Gãdauo in quolibeto primo. q. 20. & tandẽ diſtinguit de duplici malo pœnę, & culpæ, & inquit. iuxta doctrinã Auguſtini in libro tertio de libero arbitrio, ꝙ uoluntas poteſt conſiderari, ut natura, & ut ſic non poteſt magis appetere non eſſe ꝗ miſerum eſſe miſeria pœnę, quia non eſſe ſimpliciter non habet rationem appetibilis. unde inquit, immo eſſe ſolummodo qualecunq; ſit etiam ſi ſit pœnale magis appetit ꝗ non eſſe. licet enim unum eſſe magis appetat ꝗ aliud eſſe, ut eſſe nõ pœnale ꝗ pœnale nõ eſſe, tamen nunquam omnino eligit. nõ enim odit eſſe pœnale niſi propter naturale deſiderium quietis, quæ non nihil eſt, ſed aliquid eſt. & ideo dicit, ſi quis dixerit non eſſe, ꝗ miſerum eſſe, ſe malle, reſpondebo, mentiris, quia cum miſer eſſe nolis, eſſe uis tamen. Si uero uoluntas eligat aliquid ut deliberatiua, tũc ſubdiſtinguit, aut enim uoluntas eſt regula a ratione recta, aut falſo errore decepta. primo modo diſtingui poteſt de non eſſe, quia ipſum de non eſſe præpoſitum, aut eſt non eſſe ſimpliciter: & ſic adhuc non poteſt plus eligere nõ eſſe, quã eſſe pœnale, quia ut dictum eſt ipſum non eẽ ſimpliciter nihil habet in ſe eligibilis: recta ratio nihil eligit niſi ſecundum ſe eligibile. Aut eſt non eſſe in uno ſtatu propter eſſe melius quod expectatur in alio ſtatu ſecundum ꝙ Apoſtolus cupiębat diſſolui, & eẽ cum Chriſto, magis eligens non eſſe in uita iſta, ꝗ eſſe ꝓpter bonum quod expectabat in alia uita, ſicut econuerſo. mali magis eligunt eſſe hic in miſeria quam non eſſe quia maiorem miſeriam timent incurrere in alia uita. Si autẽ uoluntas fuerit falſo errorę decepta, & hoc circa ipſum nõ eſſe tanquam eligibile a ratione acceptum, hoc contingit dupliciter, aut enim iſta deceptio contingit circa non eſſe in uno ſtatu propter eſſe melius in alio ſtatu, ſicut contingit de illis, ut inquit Augu. qui urgente miſeria ſeſe interimunt eo ꝙ confugiunt ubi melius ſibi fore putauerint. aut contingit circa ipſum non eſſe ſimpliciter putando nõ eſſe, eſſe quoddam eligibile plus ipſo eſſe pœnali, & hoc ꝓpter ipſius rationis obnubilationem ex pœnę perturbatione, qui enim ut dicit Augu. urgente malitia pœnali ſeſe interimunt, ſi nullum ſe futurum eſſe omnimode crediderint, falſa eſt electio nihil eligentis. nam ſi eligit non eſſe profecto ſi nihil eligere, & ſi nolit reſpondere conuincitur hoc modo, Cato impatiens ſubijci Cęſari ſeipſum occidit, & multa alia quæ in hoc conſiſtunt. loquendo igitur de non eſſe abſolute, non eſt magis eligendum a uoluntate a ratione recta regulata ꝗ miſerum eſſe. Tamẽ beatus doctor in 4. ſententiarum, & in tertia parte ſummę. q. 98. de uoluntate & intellectu damnatorum. arti. 2. ubi quærit utrum damnati recta ratione uellent non eſſe. Reſpondendo inquit, ꝙ nõ eſſe dupliciter cõſiderari poteſt. Vno modo ſecundum ſe & ſic nullo modo eſt appetibile cum nõ habeat rationem boni, ſed ſit boni pura priuatio. Alio modo poteſt conſiderari inquãtum eſt ablatiuam pœnalis uitæ ſeu alicuius miſeriæ, & ſic non eſſe accipit rationem boni. carere enim malo eſt quoddam bonum, ut dicit Ariſto. in. 5. ethico. & per hunc modum melius eſt damnatis non eſſe ꝗ miſeros eſſe. Vnde Matthęi. 26. bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. & Hieremię. 20. ſuper illud, Maledicta dies in qua natus ſum. dicit gloſſa Hiero. Melius eſt non eſſe ꝗ male. per ſe autem non eſſe non eſt eligibile, ſed per accidens, inquantum eſt miſeriæ terminatiuum. Quod enim dicitur ꝙ eſſe, & uiuere ab omnibus appetitur naturaliter, non oportet hoc accipere quantum

Themi. aurea ſentẽtia

B

C

Quamobrem appetitus naturalis ſemp ſit ueri boni electiuus uero ut pl'ꝫ non ueri.

D

Solutio pulchrę quæſtionis. Opinio Hẽrici de Gandauo, & bti Auguſti.

E

F

Opinio diui Tho.

G ad malam uitam,& corruptam, & eam quę eſt in triſtitijs ut dicit Philoſophus in.9.ethic.c.11.inquit enim. Viuere autem diffiniunt animalibus quidem potentia ſenſus, hominibus uero ſenſus,& intellectus.potentia uero ad operationem refertur,ſed principale in operatione eſt.uidetur autem uiuere principale eſſe ſentire,uel intelligere. uiuere autem per ſeipſum bonum eſt ac iocundum.determinatũ uero natura eſt bonum.quod autem natura bonum eſt id & bono uiro,quapropter uideretur omnibus eſſe iocundum,nec uero accipere oportet prauam uitam neqꝫ corruptam,neqꝫ in doloribus poſitam.ubi manifeſte ſecundum Philoſophum non quælibet uita eſt expetibilis,ſed quę eſt ſine triſtitia & dolore. Vnde animaduerte & conſidera ꝙ aliud eſt loqui de eſſe & bono ſimpliciter, & generaliter,& aliud eſt loqui de tale eſſe quod unicuique propriũ eſt.unde non eſt dubium ꝙ eſſe ſimpliciter eſt melius q̃ non eſſe,ut dicitur in ſecundo de generatio.& corrup.tex. com.59.& non eſt dubium ꝙ loquendo de appetitu naturali quod eſſe naturaliter appetitur,quia tale eſt participatio prima entibus communicata a primo principio, ut dicit author de cauſis.& ſentẽtia Philoſophi primo cœli,& mundi.tex.com.100.Si loquamur autem de appetitu intellectiuo regulato a ratione recta per ſe.iſte fertur in

H eſſe perfectum ſecundum propriam rationem conuenientem ſuæ naturæ.nullus enim tali appetitu appetit per ſe uitam prauam,aut in doloribus,& triſtitijs conſtitutam, immo per accidens poteſt, ut ſic appetere non eſſe inquantum eſt terminatiuum miſeriæ,& triſtitiæ,quia cum proprium uniuſcuiuſque noſtrum eſſe neceſſario ſit terminatum,nam mors ut inquit Commen.in prologo primi phyſi.accidit ex neceſſitate hylę ſiue materię,præſtat uiuere ꝑ paruum tempus ſecundum perfectam uitam quæ debetur homini ſecundum uirtutem,q̃ uiuere per longum tempus in triſtitia,& in miſeria,ſicut contingit hominibus uitioſam, & prauam uitam agentibus. uita enim iſtis data eſt in ſupplicium,nec male facientibus poteſt uerum gaudium,aut delectatio uera contingere.unde Salomo ſapientiſſimus inquit.Cognoui ꝙ non eſt homini melius,q̃ benefacere & gaudere in uita ſua,poſuit autem prius benefacere,quia male uiuenti non contingit gaudium.non enim curat ſapiens a ratione recta regulatus quanta futura ſit uita,ſed de ſola qualitate conſiderat.

Summa limitationis.

Reuertamur igitur & dicamus ꝙ bonitas,& perfectio eſt paſſio per ſe entis extra animam exiſtentis in actu. nam entia intantum participant de bonitate inquãtum participant de actualitate.

Sco.i.5.q. I quolibetorum in fine

Subtilis doctor quandoqꝫ dixit ꝙ bonitas ſeu quantitas uirtualis non conuenit niſi entitati quiditatiuę, & quandoque dixit ꝙ non competit niſi entitati abſolutę. hoc autem facit pro nobis quantum ad illud quod diximus ꝙ bonitas primo nõ fluit a ratione præciſa entis,licet omne ens bonum ſit,ſed a ratione entis in actu inquantum in actu, & hoc teneo.

ADDItio. ✠Adde pro hoc authoritatem Philoſophi 2.phy.tex.com.74.ubi etiam Commen.inquit ꝙ nobilitas non accidit formæ inquantum formã ſequitur nobilitas entis,ſed inquantum forma eſt finis.

Propõ.49.

*Entia omnia aut ſunt ſubſtantiæ,aut accidentia,aut uie ad eſſe iſtorum, & ſunt uniuerſaliter tranſmutatio.*

PROPOSITIO iſta eſt Auer. primo cœli. com.1.ubi aduerte quod ut inquit Commen.in.2.phyſicæ auſcultationis. com.4.ſubſtantia & accidens ſunt de differentijs entis.ubi ſcire debes ꝙ Ariſtote.poſtea quam in 5.meta.diuiſit ens in ens ſecundum ſe,& in ens ſecundum accidens,& in ens in anima,& in ens extra animam. deinde ens ſecundum ſe,& extra animam diuiſit in decem Prædicamenta.ut patet.in tex com.13.&.14.Et in.6.primæ philoſophiæ poſtea quam abiecit a ſua conſideratione ens per accidens, quia non habet cauſas terminatas ꝑ quas ſcientia de ipſo haberi poſſit,& abiecit ens in anima, quia eſt diminutum.iterum tale ens per ſe, & extra animã diuiſit in decem prædicamenta,ſicut patet in tex. com.4. ibidem.& in principio.7.

K

Ens multis modis diuidi poteſt.

Et propter æquiuocationem quæ eſt cauſa confuſionis,& erroris, animaduerte ꝙ ens multis modis diuidi poteſt ſecundum uarias apprehenſiones,& modos diuerſos concipiendi.nam quandoqꝫ ens diuiditur,ut dicitur de omnibus quomodocunqꝫ & qualitercunqꝫ ita ꝙ dicitur tam de entibus in anima,q̃ de entibus extra animã,& de ſubſtantia,& de accidente,& de priuationibus,& negationibus,& iſta diuiſio eſt entis tranſcendentiſſime ſumpti,& in hac ſignificatione diuiſit ens Ariſtote.in.4.primæ philoſophiæ.in tex.com.2. unde Commen.uult ibi in com.quod dicatur etiam de ſecundo intellectis.i.de ſecundis intentionibus quæ ſunt res logicæ. nã Ariſt.ibi uult ꝙ dicatur indifferenter tam de affirmationibus,quam etiam de negationibus,& priuationibus intantum ꝙ aliqui auſi ſunt dicere ꝙ ens in illa maxima communitate ſit ſubiectum adęquatum in metaphyſica,quod quidem nullo pacto ſtare poteſt,quia ut ſcribit Auer.in.7.primæ philoſophiæ.in com.15.nomina quæ dicũtur de affirmatione,& negatione dicuntur pure æquiuoce.manifeſtum eſt autem ꝙ nullum pure æquiuocum eſt ſubiectum in aliqua ſcientia,& ideo dicimus nos ꝙ illa diuiſio qua ens diuiditur in ens in anima,& in ens extra animam, & in affirmationem,& negationem eſt diuiſio uocis æquiuocę in ſua æquiuocata.enti enim in anima, & enti extra animam non correſpondet cõceptus per ſe unus,nec uniuoce,nec analogice dictus, quicquid dicat Franciſcus de Mayrone ſuper hoc.

L

Sunt iterum aliquæ diuiſiones entis,ſecundum ꝙ ens cadit ſub opere animæ, & ſic ens prima ſui diuiſione diuiditur in res quæ ſunt noſtra opera,& in res quæ non ſunt noſtra opera. Vnde Auicen. dixit in principio ſuæ logicę,& in principio ſuæ metaphyſicæ, ꝙ res abſolute ſumpta diuiditur in ſubſtantiam,& accidens ſicut & ens,ſed res ut de ea habetur ſcientia prima ſui diuiſione diuiditur in res quæ ſunt noſtra opera de quibus ſunt ſcientiæ actiuæ,& in res quæ nõ ſunt noſtra opera,ut ſunt ſcientię ſpeculatiuæ.& hoc etiam eſt de mente Auer.in.2. phyſicæ auſcultationis.in com.71.inquit enim cum ens diuiditur ſecundum conſiderationem demõſtratiuam intrabit una natura in duas artes dando intelligere aliquas eſſe diuiſiones entis ſecundum ꝙ de ente ſcientia per demonſtrationem haberi poteſt.

ADDItio Hoc idem habet.Cõ. in.2.phyſi. c.4 ꝙ ſubſtantia, & accidens ſunt differẽtiæ entis ſecundum ꝙ ens.

Similiter etiam ens ut cadit ſub opere animæ diuiditur in ens per ſe,& in ens per accidens,quia iſta eſt diuiſio logicalis penes modos prædicandi per ſe,uel per accidens.quædam enim prædicata per ſe dicuntur de ſubiectis,ut prædicata primi,& ſecundi modi dicendi ꝑ ſe. Et quædam dicuntur per accidens.nam quę cunqꝫ neutraliter inſunt,accidentia ſunt.ut patet primo poſte.licet enim huiuſmodi diuiſio ponatur in metaphyſica. eſt tamen logicalis,appropriata tamen metaphy.Nam ut ſcribit Commen.primo phy. com.35. logica uſitatur in ſcientijs duobus modis,aut ſecundum ꝙ eſt inſtrumentum diſtinguens:uerum a falſo,et hic eſt modus proprius. aut ſecundum ꝙ declarata in ea accipiuntur pro maximis in deſtruendo,aut conſtruendo aliquid.& iſta conſideratio cum uſitatur in artibus particularibus eſt non propria, in arte autem uniuerſali.ſ.in prima philoſophia eſt ꝓpria, ꝙ pro tãto dixit logicam ſecundo modo ſumptam dũ uſitatur in ſcientia diuina eſſe propriam illi,quia iſtæ ſcientię communicant in uniuerſalitate conſideratorum. nam circa idem uerſatur dialecticus metaphyſicus & ſophiſta: patet.4.meta.tex.c.3.& iſta eſt opinio eius etiã in.7. mephyſi.com.2. Et eandem ſententiam habet in.3. meta. com. primo ubi dat cauſam quare omnes quæſtiones examinabiles per rationes dialecticas ad utranqꝫ partem in ſcientia diuina fuerunt in una parte illius ſcientiæ introductæ.

M

Logica dupliciter uſitatur.



A ctæ.uidelicet in tertio metaphy. non ſic autem contingit in alijs ſcientijs,& dicit ꝙ hoc fuit,ideo quia communicat in uniuerſalitate conſiderationis cum ſcientia dialecticali, & ideo debuit eſſe pars illius ſcientiæ.& ita dicit in ſimili in.5.metaphy.in com.primo, & animaduerte ꝙ hoc eſt multum difficile in ſcientia obſeruare huiuſmodi mixturas.nam ſcientiæ ſunt mixtim traditę,unde alia ſine dubio eſt diuiſio entis in ſubſtantiam & accidens,& alia eſt qua diuiditur ens in ens ſecundum ſe,&,in ens ſecundum accidens.nam prima eſt diuiſio entis extra animam abſolute ſumpti,ſed ſecunda eſt diuiſio entis:ut cadit ſub opere animæ penes alium,& alium modum prædicandi.Et ſimiliter eſt diuiſio entis in ens complexum & in ens incomplexum,& multæ conſimiles quæ per ſe,& directe pertinent ad artificẽ rationalem, licet etiam appropriari poſſunt in ſcientia diuina propter uniuerſalitatẽ conſiderationis ſicut prædictum eſt.

Tres entis realis diuiſiões primę

Sed diuiſiones entis realis & ad artificẽ realem per ſe ſpectãtes,ut eſt diuinus,ſunt tres. Prima eſt qua diuiditur in ſubſtantiam & accidens.Secũda eſt qua diuiditur per potentiam & actum. Tertia eſt qua diuiditur per unum & multa,& iuxta iſtas tres primas entis diuiſiones ſcientia diuina prima ſui diuiſione diuiditur in tres partes.

Metaphorice diuiſio.

B

In prima agit de prima diuiſione entis in ſubſtãtiam & accidens,& iſta abſoluitur in.7.&.8.primæ philoſophiæ.unde iſti libri appellantur tractatus de ſubſtantia & de ente: ut patet per Philoſophum in principio.9. primæ philoſophiæ. Secunda uero pars tractat de diuiſione entis prima,quæ eſt per potentiam & actum,& iſta abſoluitur in.9.primæ philoſophiæ. Tertia uero pars tractat de prima diuiſione entis quæ eſt per unum et multa,& iſta abſoluitur in.10.primæ philoſophiæ. & iſta eſt ſententia Auer.in ſuo prologo ſuper.7.met.ita ꝙ uult oẽs alios libros ante ſeptimum eſſe præparatorios. Et nota ꝙ omnes iſtę tres diuiſiones ſunt entis extra animam, & omnes ſunt primæ in ſuo genere.nam ſicut alias dixi quẽadmodum ſunt decem genera generaliſſima,tanquam decem prima rerum principia,ut inquit Porphyrius in cap. de ſpecie,& unumquodqꝫ generaliſſimum eſt primum in ſuo genere,ſic unaquæqꝫ ex iſtis diuiſionibus entis eſt prima in ſuo ordine.unde loquendo de prima diuiſione entis quæ eſt per quiditates.iſta eſt prima qua diuiditur ens extra animam in ſubſtantiam & accidens.unde iſta eſt diuiſio entis abſolute ſumpti,& non cadit ſub opere animę, ut dicit Auic.nam omne ens extra animam aut eſt ſubſtãtia,aut eſt accidens.

C

Diuiſio autem entis per potentiã et actum eſt prima inter diuiſiones entis quæ dantur per relatiue oppoſita.ſic enim actus & potentia ſunt primæ entis differentiæ,& ſunt ualde oppoſitę,& circuunt omne genus.opponuntur enim relatiue,ut patet.9.primæ philoſophiæ.in tex.com.11.unde omne ens extra animam,aut eſt ſubſtantia,aut accidens,& omnis ſubſtantia uel accidens aut eſt actu, aut eſt potentia.

Diuiſiones entis multiplicis.

Diuiſio autem entis per unum & multa eſt prima inter diuiſiones quæ dantur per priuatiue oppoſita. Pro quo animaduerte ꝙ diuiſiones entis ſunt multiplices, aliquæ enim ſunt per differentias ſubſtantiales intelligendo per differentias ſubſtantiales quiditates ſeu partes ſubiectiuas, in quas diuiditur ens, ſicut eſt ſubſtantia et accidens.ſic loquitur Auer.in.2.phyſi.com.4.dum dixit ꝙ ſubſtantia & accidens ſunt de primis differentijs entis,aliquæ uero ſunt per relationes, aliquæ per priuationes & habitus,ut teſtatur Com. in tertia diſpu.in libro deſtructionum in ſolutione.14.dubij.unde unum & multa opponuntur priuatiue ſecundum Commen.10.metaphy.com.8. Nam unum non ſuperaddit niſi in diuiſionem ſupra ipſum ens, ut dicit etiam.4. meta. com.3.unde cum omnia contraria habeant reduci ad priuatiue oppoſita. ſemper enim unum contrariorum ſe habet ut habitus,& reliquum ut priuatio:ut dicitur.10.metaphy.tex.com.15.pro hoc facit authoritas Philoſophi in 4.meta.in tex.com.4.ubi Ariſto.habet in tex. fere autem referuntur omnia contraria ad principium illud.ſ.ad unũ. quod bene etiam ponderauit beatus Thomas in.4.meta. in lectione ſecunda ſuper expoſitione tex.com.4.unde ſignificatio unitatis entis eſt ſignificatio priuatiua: ut dicit Auer.in locis adductis.unũ enim cum conſequatur ens & addat modum qui eſt priuatio diuiſionis ratione talis modi opponitur multitudini,& illi non opponitur ens,& ſic unũ diuidit ipſum ens,ſed alia et alia ratione.nã ut ſignificat naturam eandem ſic conuertitur cum ente & adęquatur illi:ſed ut addit modum in diuiſionis ſic opponitur multitudini,& ſic fit entis diuiſiuũ, ſicut bene notauit magnus Alber.4.meta.trac.primo cap.5.

D

Quomodo unũ diuidit ens & cõuertitur cum ente.

Redeamus igitur ad declarationem propoſiti Theorematis,& dicamus ꝙ omnia entia uidelicet extra animam,aut ſubſtantiæ,aut ſunt accidentia,aut ſunt uia ad eſſe iſtorum, & uniuerſaliter ſunt trãſmutatio. ubi animaduerte unum quod eſt ſubtile ualde,ꝙ licet ſecundum rem non detur medium inter ſubſtantiam & accidens,tamen bene poteſt dari medium ſecundum rationem formaliter loquendo, quia uia ad ſubſtantiam formaliter loquendo, non eſt ſubſtantia, nec uia ad accidens formaliter eſt accidens.unde Com.3. phy.com.4.ſcribit,ꝙ motus licet dum conſideratur inquantum non differt a perfectione ad quam uadit niſi ſecundum magis & minus,neceſſe eſt ut ſit de genere illius perfectionis.motus enim nihil aliud eſt q̃ generatio partis,poſt aliam illius perfectionis ad quam intendit motus, donec perficiatur & ſit in actu.unde neceſſe eſt ut motus qui eſt in ſubſtantia inueniatur in genere ſubſtãtiæ,et motus qui eſt in quantitate in genere quãtitatis. Et ſimiliter q eſt in ubi & qualitate,tamen motus ſecundum ꝙ eſt uia ad perfectionem quæ eſt alia ab ipſa ꝑfectione, neceſſe ẽ ut ſit genus per ſe.uia enim ad rem eſt aliud ab ipſa re formaliter loquendo,ſic enim ſedatur cõtradictio in com.9. 5.phyſi.ubi uidetur dicere oppoſitum,ut alias declarauit. ſic igitur licet ſecundum rem nihil mediet inter ſubſtantiã & accidens,poteſt tamen aliquid mediaret ſecundum rationem formalem.& hoc etiam affirmat Albertus cognomento magnus ſuper 5.phyſi.in expoſitione tex. com. 1. ubi dicit ꝙ aliud eſt dum conſiderantur res oppoſitę quæ ſunt ſubſtantia & accidens, & per ſe,& per accidens, & aliud dum conſiderantur modi ſubſtantiæ, & modi accidentis,& modi eius quod eſt per ſe,& modi eius quod eſt per accidens.in rebus enim nihil eſt medium,ſed in modis accidentis,& eius quod eſt per accidens nihil prohibet aliquid eſſe uicinius ſubſtantiæ, & in modis ſubſtantiæ aliquid eſſe uicinius accidenti.unde etiam differentia ſubſtantialis licet ſecundum rem ſit ſubſtantia,habet tamen modum qualitatis.nam inter alias acceptiones qualis enumeratur differentia ſubſtantialis,ut patet in.5.primæ philoſophię.in cap.de quali.& genera accidentium licet ſecundũ rem ſint accidentia,habent tamen modum ſubſtantiæ,qa prædicantur in quid & per modũ per ſe ſtantis.unde Ariſtote.primo topi.cap.7.ſcribit,quando colore albo poſito dixerit ꝙ poſitum eſt album,uel colorem quid eſt dicit,& quale ſignificat.ſimiliter autem & ſi bicubitali magnitudine poſita dixerit,ꝙ poſitum eſt bicubitalem magnitudinem eſſe,& quid eſt dicit & quantum ſignificat.

Alber.ma.

E

F

Ratiões diui Tho.aduerſus Auer.

Et ex hoc incidentaliter defendere poſſumus Auer.ab argumẽtis diui Tho.de formis elementalibus,de quibus tenuit.3. cœli & mundi,com.67.ꝙ intenduntur & remittuntur in ſubſtantijs ſuis nedum in ſuis qualitatibus, & quod ſunt mediæ inter ſubſtantiam & accidens.ſunt enim imperfectiſſimę utpote primæ materiæ propinquiſſimę. ſed inquit diuus Tho.in primo de genera.& corrup.in expoſitione & digreſſione ſuper tex.com.4.ꝙ iſta opinio eſt impoſſibilis. Primo quidem quia eſſe aliquid mediũ inter ſubſtantiam & accidens eſt omnino impoſſibile, eſſet enim aliquid medium inter affirmationem & negationem. pro

G prium enim accidentis eſt in ſubiecto eſſe. ſubſtantiæ ue-
ro in ſubiecto non eſſe, formæ quidem ſubſtantiales ſunt
in materia, ſed non in ſubiecto. nam ſubiectum eſt hoc ali
quid. forma autem ſubſtantialis eſt quæ facit hoc aliquid,
non autem præſupponit ipſum. Amplius ridiculum eſt
dicere medium eſſe inter ea quæ nõ ſunt unius generis, ut
probat in. 10. meta. medium enim & extrema ex eodem
genere eſſe oportet: nihil ergo medium eẽ poteſt inter ſub
ſtantiam & accidens. unde impoſſibile eſt formas elemẽ-
torum ſuſcipere magis & minus. omnis enim forma reci-
piens magis & minus eſt diuiſibilis per accidens inquan-
tum ſubiectum poteſt eam participare uel magis uel mi-
nus. ſecundum autem id quod eſſe diuiſibile, uel per acci-
dens, uel per ſe contingit eſſe motum continuum, ut patet
in. 6. phy. ſi igitur formæ ſubſtantiales elementorum ſuſci-
piunt magis & minus, tam generatio ꝗ corruptio erit mo
tus continuus, quod eſt impoſſibile. nam motus cõtinuus
non eſt niſi in tribus prædicamentis. ſ. in quantitate, qua-
Defenſio Auer. litate, & ubi. Dicimus nos ꝓ defenſione Auer. ꝙ formę
elementales ſecundum rem ſunt ſubſtantiæ, tamen parti-
cipant modum aliquem accidentis, ſicut differentia ſub-
ſtantialis ſecundum rem eſt ſubſtantia, tamen participat
motum qualitatis, quia in quale prædicatur. inter res igi-
H tur quæ ſunt ſubſtantia & accidens nihil mediat, quia om
omne ens extra animam, aut eſt ſubſtantia, aut accidens,
tamen in modis ſubſtantiæ aliquid eſſe poteſt uicinius ac-
cidenti, ſicut in modis accidentis aliquid eſt uicinius ſub-
ſtantiæ. multa enim uerificantur ſecundum rationem ab
ſtrahentem in qua non eſt mendacium. 2. phyſicę auſcul-
tationis. tex. c. 13. quæ tamen non ſunt diuiſa in eſſe. nam
ut ſcribit Auer. 12. diuinorum com. 39. intellectus natus
eſt diuidere ea quæ ſunt adunata in eſſe. Nec illo modo
ſequitur dari medium inter affirmationem & negationẽ,
quia negatio inhęrendi non conſtituit intellectum ſubſtã-
tiæ, nec affirmatio intellectum accidentis quantum ad in-
hęrere. ut ſcribit Auic. in ſecundo ſuæ primæ philoſophię.
Amplius autem medium apud Philoſophos eſt duobus
Mediũ dupliciter. modis ſecundum comparationem, & ſecundum compo-
ſitionem ex extremis. ſic enim primo modo dicimus aerẽ
& aquã eſſe media inter graue ſimpliciter, & leue ſimpli-
citer non ſecundum compoſitionem, ſicut rubeum eſt me
dium inter album & nigrum: accideret enim ut aqua &
aer componantur ex igne & terra, ſed hoc intelligendum
ut ſcribit in quarto cœli & mundi. in com. 16. ubi innuit
iſtam diuiſionem de duplici medio, ꝙ duæ potentiæ exi-
ſtunt in eis ſecundum comparationem, ex quo non ſequi-
tur ut ſint compoſita. Aqua enim non dicitur leuis niſi in
I comparatione ad locum terræ. Et grauis ſecundum com
parationem ad aerem. unde ipſa in ſe habet unam naturã
ſimplicem, quemadmodum de aliqua re dicitur ipſam eſ-
ſe dextram & ſiniſtram in reſpectu diuerſorum, & ipſa in
ſe habet unam naturam ſimplicem & non compoſitam.
Media uero quæ non dicuntur ſecundum comparationẽ
ſunt compoſita ex extremis contrarijs. Et per hanc di-
ſtinctionem patet ſolutio ad obiectionem primam San-
cti Thomæ, quia formæ elementales ſunt media ſecundũ
ſimilitudinem inter ſubſtantiam & accidens, quia in ali-
quibus aſſimilantur accidentibus propter ſui imperfectio
nem. uidelicet ꝓ quanto intenduntur & remittuntur in gra
du ſuæ ſubſtantialitatis, licet ſecundũ rem ſint ſubſtantię.
Et per hoc patet etiam ad aliud, quando enim dicitur ꝙ
media ſunt eiuſdem generis cum extremis, hoc habet ue-
ritatem de medijs quæ ſine comparatione dicuntur, immo
ſunt formaliter compoſita ex extremis, & ita argumentũ
peccat per fallaciam æquiuocationis, ſi bene aduertis.
Ad illud autem in quo dicit ꝙ in forma elementali eſſet ue
rus motus & continuus ſi talis forma eſt diuiſibilis & par
tibilis. Reſpondetur ꝙ argumentum peccat per fallaciã
conſequentis, quia ad hoc ꝙ in aliqua forma ſit per ſe mo

K tus continuus, non ſufficit ꝙ illa ſit diuiſibilis, ſed oportet
ꝙ ſubiectum tranſmutationis per quam acquiritur illa for
ma ſit ens in actu: ut dicitur in. 5. phyſi. tex. com. 8. unde li
cet motus diſtinguatur a mutatione & per terminos & ꝑ
ſubiecta, quia primi termini motus ſunt affirmati, ſed pri-
mi termini genrationis ſunt priuatio & forma. ſubiectũ
uero motus eſt in actu, ſed ſubiectum generationis eſt in
potentia, quia quod mouetur eſt, & ꝙ generatur non eſt,
diſtinctio tamen per ſubiecta ſecundum doctrinã Auer.
in loco præallegato. 5. phyſicorum eſt magis per intrinſe-
ca ꝗ quæ eſt ex parte terminorum, licet Scotus in hoc diſ
ſentiat & beatus Thomas in primo cœli & mundi. quia
igitur ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis elemento
rum eſt prima materia, ut dicit Ariſto. in primo de genera
tione & corruptione. in tex. com. 24. quæ ſecundum ſe eſt
in potentia ad quamlibet formam: ideo non ſequitur ꝙ il-
la tramſmutatio ſit uerus & continuus motus: immo ſtat
aliquam formam per ſe diuiſibilem non acquiri per motũ
cõtinuum, ſicut patet de motu augmẽti, ut declarat Auer.
in. 3. phyſi. com. 6. & in. 8. phyſi. com. 33. Et animad- Subtile dictum
uerte ꝙ in uia eius conſequenter loquendo ſicut dicimus
formas elementales eſſe medias inter ſubſtantiam & acci
dens, pariformiter dicere debemus ꝙ modus ille tranſmu
L tationis quo acquirũtur non eſt uera generatio ſubſtantia
lis nec uerus motus, ſed eſt quaſi medius inter generatio-
nem & motum, quia idem eſt iudicium de uia & de termi
no, ut dicit Commen. in. 5. phy. com. 9. ſic igitur intellexi-
ſti quomodo inter ſubſtantiam & accidens datur mediũ.
Quod aũt moderni dicere uoluerunt ſuper hoc quod Expoſitiones modernorum.
ſubſtantia & accidens dupliciter ſumi poſſunt tranſcen-
deter, uidelicet prædicamentaliter, & tunc dicunt ꝙ inter
ſubſtantiam & accidens prædicamentaliter ſumpta mo-
tus eſt medium, quia non eſt ſubſtantia neq; accidens, ſed
eſt uia ad utrunq; hoc quidem dicunt Auer. intellexiſſe in
propoſita propoſitione. Si uero ſumantur ſubſtantia & ac
cidens tranſcendenter ſic ſunt oppoſita immediata, &
tranſmutatio eſt accidẽs illo modo. Sed iſta ſolutio nõ Impugnatio.
eſt de mente Auer. quia tunc ſequeretur ſecundum iſtam
gloſſam, ꝙ formæ non ſunt in prædicamento niſi inquan-
tum ſunt habitus quieſcentes & cum motus non poteſt eſ
ſe ſpecies quieſcentis, ſic motus formaliter non erit ĩ prædi
camento, ſed ſi dicitur eſſe in prædicamẽto erit ſolummo-
do ratione materiæ & termini motus. & iſta erat opinio.
Auic. quæ late impugnatur per Auer. in. 5. phy. com. 9. Popoſitio propria.
Dicas igitur ꝙ licet ſecundum rem quicquid eſt, eſt aut
ſubſtantia, aut accidens, tamen ſecundum modum & ra-
M tionem poteſt inueniri medium, quia aliquid ſecundum rẽ
exiſtens ſubſtantia poteſt habere & participare aliquem
modum accidentis, & ut poſſis bene hoc capere, manudu
cam intellectum tuum per quoddam ſimile. certum eſt ꝙ
ſecundum rem ſanitas & ægritudo ſunt contraria imme-
diata, ut dicit Ariſt. in prædicamentis, & tamen ut conci-
piuntur ab arte medicinæ, ſic datur medium quod eſt neu
tralitas. ueritas autem non contradicit ueritati, ut dicit Ari
ſto. in primo ethico. cap. 8. ſic in propoſito omnis tranſmu
tatio ſecundum rem ipſam, aut eſt ſubſtantia, aut eſt acci-
dens. nam tranſmutatio ſi in ſubſtantia fuerit eſt ſubſtan-
tia, & ſi tranſmutatio fuerit in accidente erit accidens, quia
in eodem prædicamento per ſe eſt uia & terminus uiæ, ſeu
motus & terminus motus, ut dicit Commenta. in. 5. phy.
com. 9. & non differunt niſi ſicut diminutum a perfecto,
tamen tranſmutatio ſecundum ſuam tranſcendentiam nõ
eſt ſubſtantia neq; accidens, quia ratio multa poteſt præ-
ſcindere quæ non poteſt diuidere natura. nam animal ſe-
cundum rationem abſtrahentem, neq; rationale, neq; irra-
tionale eſt, & tamen omne animal in re ipſa aut eſt ratio-
nale, aut eſt irrationale. Vnde ſubtiliter rimare & ſiſte
gradum hic, quod inuenies motum & tranſmutationem in
ſe conſideratum habere uim tranſcedentis conceptus. nã
Ariſto.



A Ariſto. ſic imaginatus eſt in tertio phyſi. ubi tex. com. 4. di
cit tot eſſe ſpecies motus quot ſunt ſpecies entis: unde diſ
finitionem motus uenatur per diuiſiones tranſcendentes
potentiæ & actus, & per diuiſionem entis in decem præ-
dicamenta ſi bene aduertis: ſic igitur ratio inuenit mediũ
quod non poteſt habere natura. ens enim quod diuiditur
in ſubſtantiam & accidens: eſt ens extra animam abſolu-
te ſumptum, & ſic omne extra animam ens aut ſubſtan-
tia aut accidens: tamen anima poteſt conſiderare aliquid
ſecundum rationem formalem ut non eſt formaliter ſub-
ſtantia, neque formaliter accidens, ſed eſt uia ad utrunq;
& hoc colligitur ex propoſito Theoremate ex mẽte Auer.

Propõ. 50

## *Locus totius & locus partis idẽm eſt.*

PROPOSITIO iſta eſt Ariſt. in. 1. cœli & mundi
in tex. cõ. 19. 77. & in. 2. cœli. 35. 92. 102. & 105.
Gloſſat aut Com. iſtam propoſitionẽ in tertio phyſico
rum. in com. 52. de loco ſecundum ſpeciem non de loco
ADDItio ſecundum numerum, quia maior eſt locus totius ꝗ locus
partis. ✻ Iſta etiam eſt gloſſa Themi. ibi. Sed aduerte ꝙ
oppoſitum ſcribitur primo cœli. tex. com. 84. & Commẽ.
in com. dicit ꝙ idem numero eſt locus totius & partis niſi
eſſet ꝙ hoc eſt uerum de loco communi non de loco com
B muni non de loco proprio, quia locus proprius eſt æqualis
locato & pars non eſt æqualis toti, etiam locus in actu eſt
unus numero qui primo eſt totius, partes enim locantur lo
catione totius. Et aduerte ꝙ cum unitate ſpecifica ſtat uni
tas numeralis, ſicut ſol eſt unus ſpecie & unus numero, lo
cus igitur terræ totius & partis unus numero eſt, & quia
maior unitas infert numerationem etiam unus eſt ſpecie,
ſed nõ uniuerſaliter eſt unus ſpecie, igitur plures numero.
Habet etiam ueritatem propoſitio quando pars eſt ſepara
ta a ſuo toto, quia tunc ad eundem locum mouetur pars
ad quem mouetur totum, aut moueretur totum ſi eſſet
ſeparatum uel extra ſuum locum. Nam partibus non ſe-
paratis a toto non debetur locus per ſe, ſed per accidens.
Animaduerte tamen hic diligenter ꝙ pars non mouetur
ad locum totius, ratione qua eſt pars totius, quia tunc ubi-
cunq; poneretur totum mouerentur partes ſicut ferrum
ad magnetem, quod tamen falſum eſt, ſed mouetur ad lo-
cum naturalem totius qui in tali & tanta diſtantia habet
qualitatem conſeruatiuam totius & cuiuslibet partis eius.
unde ſi totus aer poneretur in loco aquæ in hoc caſu pars
aeris non moueretur ad ſuum totum. Colligo hoc ex men
te Philoſophi & Auer. in. 4. phyſicæ auſcultationis. in tex.
com. 42. ubi Auer. in cõ. inquit. ſuper illis uerbis textus, ꝙ
uero graue deorſum eſt, quod quid eſt ad medium conti-
C nens deorſum eſt, et ipſum medium. Et dixit medium: quo
niam graue non quærit hunc finem. ſ. finem aquæ niſi ſe-
cundum ꝙ eſt medium totius, non ſecundum ꝙ eſt finis
aquæ, & ſi nõ tunc terra moueretur ad aquam ubi eſſet fi
nis eius, ſicut ferrum mouetur ad magnetem ubicunque
fuerit, & hoc non ſentitur de aqua, hoc idẽ cõfirmat Ariſt.
in. 4. cœli & mũdi. in tex. cõ. 22. ꝙ ſi terra eẽt ſub luna par
tes non mouerentur ad totum. nam ſi partes terræ moue-
rentur ad totam terram, non mouerentur ad totum ratio-
ne qua totum, ſed ratione loci in quo totum naturaliter ẽ
locatum. Habet etiam ueritatem propoſitio in his quæ
ſunt homogenea: ut gloſſat Commen. primo cœli com.
29. Nam quæ habent eandem diffinitionem habent ean-
dem formam, & quæ habent eandem formam habent eã
dem actionem, & ideo fallit propoſitio in heterogeneis,
quia non eſt neceſſarium ꝙ ad id ad quod mouetur totũ
ADDItio. moueatur pars. aut econtra, ſicut clarum eſt de ſe ✻ Vn-
de Alex. dicit primo cœli. 84. ꝙ iſta propoſitio locum nõ
habet de animalibus, quia eſſe animalis nõ conſiſtit in mo
tu ad locum naturali ꝙ debetur partibus ex quibus con-
ſtat, ſicut eſſe mundi conſiſtit in naturali motu primarum
partium ex quibus conſtat, nam animal mouetur ab ani-

ma non a natura. Animaduerte tamen unum pulchrũ D
hic ſecũdũ Philoſophos. Quod locus debetur corporibus
ratione magnitudinis, ſed differentia locorum debetur eiſ
dẽ ratione qualitatis ſenſibilis. Ratio primi eſt. nam cũ
locus ſit æqualis locato. æquale autem & inæquale ſunt
quanti paſſiones: ut dicit philoſophus in prædicamentis. iõ
locus abſolute debetur corporibus ratione magnitudi-
nis. unde Ariſt. in. 4. phyſicæ auſcultationis. in tex. com.
76. inquit ſicut enim ſi in aqua apponat aliquis cubum di-
ſtabit tanta aqua quantus eſt cubus. & parum infra ibidẽ
dicit quare & ſi ſeparetur ab omnibus alijs, & neque leue,
neq; graue ſit continebit æquale ſpacium, & in eadem erit
quæ eſt & loci & uacui parte. ubi Commen. in com. in
quit. & dixit. ad hoc declarandum ꝙ impoſſibilitas pene-
trationis corporum accidit eis ex ſuis terminis mathema-
ticis non ex ſuis accidẽtibus ſenſibilibus. unde corpora ma
thematica quę abſtrahunt a qualitatibus ſenſibilibus ſunt
in loco. nam ut ſcribitur in primo de generatione & corru
ptione. in tex. com. 44. locus & tactus ſunt inſeparabiles
a corporibus mathematicis. licet huius oppoſitum Ariſt.
dicere uideatur, in primo cœli & mundi in tex. com. 69.
ubi habet ꝙ omnia corpora quæ ſunt in loco ſunt ſenſibi
lia, tamen Commen. ibi ſoluit iſtam contradictionem di
cens, ꝙ Ariſt. intellexit conuerſam. uidelicet. ꝙ omnia cor E
pora ſenſibilia ſunt in loco, quæ tamen expoſitio non con
cederetur ab Alex. qui ut ſcribit Auer. in eo. in. 4. phyſicę
auſcultationis. in com. 43. dixit. ꝙ non eſt impoſſibile cor
pus aliquod non in loco eſſe, quia locus non eſt corporis eſ
ſentialiter, quia non accipitur in diffinitione corporis, neq;
corpus in diffinitiõe loci. Ideo aliter ſolui poteſt ꝙ om
nia corpora quæ realiter ſunt in loco ſunt corpora ſenſi-
bilia. Nam corpora mathematica ſunt in loco ſecundum
imaginationem. ita ſcribit Commen. in. 4. phyſicæ auſcul
tationis. in com. 47. & tertio phyſi. com. 60. inquit. ꝙ pro-
poſitiones geometriæ ſunt fundamenta imaginationis.
De ratione igitur quãti eſt facere diſtare, & ideo locus cor
poribus principaliter debetur ratione quantitatis, ſed diffe
rentia locorum: puta ꝙ igni debetur locus ſurſum, terræ
autem qui deorſum eſt. Hæc competunt iſtis corporibus
ratione qualitatum ſenſibilium. uidelicet merito grauita-
tis & leuitatis.

Propõ. 51.

## *Vbi eſt dare maius et minus, ibi eſt dare ęquale.*

FAMOSA eſt propoſitio, ſed fallit in rebus naturali-
bus in pleriſq; caſibus. nam datur animal inæquale quã
tum ad perfectionem aſino ſecundum maius & minus,
& tamen non eſt dare æquale. aliquod enim animal eſt F
magis perfectũ aſino, & aliquod eſt minus ꝑfectũ, & ta
men non datur aliquod animal æque perfectum ſicut aſi
us. nam ſpecies entium ſunt ſicut numeri. ut patet. 8. me-
ta. tex. com. 10. Similiter loquendo de magnitudine ꝓ
prie dicta ſeu ſecundum modum loquendi beati Augu-
ſtini de magnitudine molis eſt inſtantia. nam datur in re-
rum natura corpus maius luna, & datur corpus minus lu-
na, non autem datur in natura corpus æquale lunæ. Et Error multorum.
ideo patet error illorum qui ſuper hac propoſitione funda
ti inquiunt dari æquale ad pondus in qualitatibus alterati-
uis. patet enim ꝙ prædicta propoſitio ſi quid ueritatis con
tinet eſt in mathematicis, & in entibus imaginarijs. nam ꝓ
poſitiones eorum ſunt fundamenta imaginationis. ut dicit
Auer. 3. phyſi. com. 60. Vnde aduerte ꝙ multe propo-
ſitiones ſunt ueræ ſecundum mathematicam conſideratio
nem quæ in ſola imaginatione conſiſtit, quæ tamen non
ſunt ueræ ſecundum phyſicam conſiderationem, & ut ex
citem intellectum tuum dabo exemplum in pleriſque caſi
bus. Dicunt mathematici ꝙ ſphæra contingit planum
in puncto, ſed hoc negat naturalis. pro hoc uide Ariſto. pri
mo de anima tex. com. 13. ubi inquit, ſed ſicut recto inquã

G

tum rectum multa accidunt ut tangere gneam ſphæram ſecundum punctum, non tamen tangit hoc ſeparatum rectum, inſeparabile.n. ſiquidem ſemper cum quodã corpore eſt. ubi Cõmẽ. inquit contactus uerus quẽ habet linea cum ſphæra. hoc.n. inuenitur extra animã inquantum linea eſt in corpore & figura ſphærica in corpore, uerbi gratia inquantũ linea eſt in ligno & ſphæricum in cupro. Impoſſibile eſt.n. ut contingat linea ſphæram inquantũ utraqꝫ eſt abſtracta a materia niſi contactus ſit mathematicus non naturalis. idem habetur in. 3. meta. in tex. com. 8. ubi dicit Cõmẽ. in com. ꝙ geometer demonſtrat ꝙ linea recta tangit circulũ in puncto, ſed linea ſenſibilis non tangit circulũ ſenſibilẽ niſi in linea. Et ſimiliter ponit ꝙ ſphęra tangit ſuperficiem in puncto, ſed ſphæra ſenſibilis non tangit ſuperficiem ſenſibilem niſi in ſuperficie. Et ex hoc poteris diiudicare quantum defecerit in naturalibus ſubtilis doctor in. 2. ſentẽtiarum diſtin. 2. q. 9. de motu angeli, qui per argumenta facta in mathematicis quæ procedunt de motu imaginario contendit idẽ aſſeuerare de motibus phyſicis. Nam licet concluſio uera ſit in ſe, non tamen in uia Peripatetica conceſſa eſt, ut patet. 6. phyſi. tex. com. 32. Similiter etiam motui circulari ſecũdum phy. conſiderationem nihil dicitur eſſe contrarium, tamen mathematici ſequentes imaginationẽ in motibus circularibus imaginarijs ponunt contrarietatem. unde Cõmen. 1. cœli & mundi in com. 32. inquit. ego autem longo tempore feci morã in hoc in quo non intellexi explanationem illius loci ultimam, ſed Deus induxit me ad ueritatem. Et ſecundum hanc explanationem erit intentio ſermonis Ariſto. ꝙ motus circularis non habet contrariũ non in eo ꝙ motus eſt abſtractus a corporibus naturalibus, ſed inquantum eſt corpore naturali ſecundum naturam, quoniã ſi eſſet acceptus motus in imaginationibus abſtractus a moto non contingit impoſſibile ponendo eos contrarios, & eiuſdem ſpeciei. uerbi gratia cũ imaginauerimus duos motus ſuper eũdẽ polũ, & idẽ cẽtrum ad duas partes diuerſas contingit neceſſario ut prohibeant ſed, & cõtrariẽtur inter ſe, & ſecũdũ hunc modũ poſſibile eſt exiſtimare ꝙ in motu circulari ſit contrarietas. Et cũ iſti duo motus fuerint poſiti in corporibus naturalibus reuertetur poſſibile ad impoſſibile. ſ. eſſe cõtrarietatem in eadem ſpecie, quia tunc contingeret ut una res deſtrueret ſe, & ſic natura faceret ocioſum, uerbi gratia ſecundũ conſiderationem geometræ ſuperficies, & ſphæra poſſunt ſe cõtingere ſuper punctũ, & cũ fuerint in corpore naturali non poſſunt ſe tangere niſi ſuper partẽ diuiſibilẽ. Et ex præfata authoritate collige unum aliud quod mathematice loquẽdo contraria poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei, ut patet in caſu de duobus motibus circularibus ſuper eodẽ centro & eiſdem polis ad partes diuerſas. Sed naturaliter contraria ſunt diuerſarum ſpecierũ, & tũc diffinitio contrariorum, & in. 10. meta. in tex. com. 13. contraria ſunt quæ ſub eodẽ genere poſita maxime diſtant ueritatem habet de contrarijs ſenſibilibus. Nam ſi aliqua cõtraria ſecundũ phyſicã conſideratione ẽſſent eiuſdẽ ſpeciei tunc aliquid ſeipſum corrũperet. nam cũ unum contrariorum ſit per ſe deſtructiuũ alterius, & in his quæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei quicquid per ſe competit uni per ſe competit cuilibet, ſic accideret aliquid per ſe eſſe ſuimet corruptiuũ, ut patet intuenti. hoc autem mathematicis abſtrahentibus a qualitatibus ſenſibilibus contrarijs, quæ ſunt cauſa actionis & paſſionis non cõtingit, unde ſine præiudicio dicere poteſt aliqua contraria eſſe eiuſdẽ ſpeciei, ſicut expreſſe fatetur Cõmẽ. in loco præallegato. Similiter ẽt mathematicus inſequens imaginationẽ dicit continuũ eſſe augmẽtabile in infinitũ: ſed naturalis, ut ſupra dictum fuit in hac ꝓpoſitione ſimpliciter loquendo non concordat cũ geometra, ut dicit Cõmen. in 3. phy. in com. 60. quia ire ad augmentum eſt ire ad formam. forma autem eſt ratio finitudinis & terminationis, & ſi concordat hoc non eſt niſi ſecundum quid & ratione materiæ, quia augmentatio merito materiæ ſtatum non habet. Similiter in hac propoſitione ſimpliciter concordat naturalis, & geometer. uidelicet continuum eſt diuiſibile in infinitum, quia ire ad diuiſionẽ eſt ire ad nihil & ad non eſſe, ut dicit Commen, & imperfectiones ſimpliciter reducuntur ad materiam, tum quia diuiſio non competit formæ niſi per accidens. diuiſio enĩ in infinitum ratione formæ non progreditur, quia datur minima caro, ut dicit Ariſto. in primo phy. ĩ tex. com. 36. & ideo dicit Commen. in quarto phyſi. in com. 72. ꝙ quẽadmodum linea ſecundum ꝙ linea eſt: poteſt diuidi in infinitum quod eſt impoſſibile ſecundum ꝙ eſt linea terreſtris, aut ignea, ita de ſubtilitate poteſt intelligi, proceſſus in infinitum ex ſua natura, ſcilicet ſecundum ꝙ eſt ſubtilitas ſimpliciter nõ ſecundum ꝙ eſt ſubtilitas corporis mobilis. & ita in iſta ſecundum quid diſcordat, quia diuiſio atteſtatur imperfectioni ſimpliciter. ſic intellige dictum Cõ. in tertio phyſi. in com. 60. ꝙ in illa non concordat quæ dicit continuum eſt augmentabile in infinitum naturalis cũ geometra. uidelicet ſimpliciter, quia augmentatio atteſtatur perfectioni, & abſolute reducitur ad formam non ad materiam niſi ſecundario & ſecundum quid, & quia materia eſt cauſa infinitudinis ratione eius augmentatio uadit in infinitum, ut ſupra dictum fuit. ſic igitur in hac diſcordat ſimpliciter & ſecundum quid concordat, & ita oppoſitis modis ſe habẽt in iſtis duabus propoſitionibus iſti duo artifices naturalis uidelicet & geometer. Similiter geometer inſequens imaginationem dicit motum inquantum motus eſt eſſe augmentabilem in infinitum, ſed naturalis negat iſtud, & iſta eſt ſolutio Auer. ſi bene conſideras in. 6. phyſico. in com. 15. ad quæſtionem ibi motam dũ quęrit quomodo eſt poſſibile quod omne motum poteſt moueri motu uelociori ſuo motu. Nam declaratum quod motus motorum naturalium terminatus eſt in uelocitate, & tarditate. Et cœlum impoſſibile eſt, ut ſit uelocius, ut poſt declarabitur. ergo propoſitio quæ ponitur hic poſſibilis eſt impoſſibilis, & ſoluendo dicit. ad hoc autem dicamus ꝙ omne motum ſecundum quod eſt motum poſſibile eſt ut moueatur motu uelociori ſuo motu ſecũdum quod eſt motus, & cauſa in hoc eſt, quoniam motus eſt de continuo, & uelocitas quæ eſt in motu eſt ſimilis diuiſibilitati in continuo, quemadmodum igitur diuiſibilitas procedit in continuo in infinitũ. Similiter uelocitas in motu, quoniam ſi uelocitas finiretur in motu ſecundum quod eſt motus, eſſet poſſibile motum fieri in inſtãti. Et forte propter hoc dixit prius quod omnis motuș eſt in tempore, et ſic iſta propoſitio eſt poſſibilis per ſe, impoſſibilis ꝑ accidẽs. ſ. qa accidit motui q fuit in rebus naturalibus. i. materialibus, ubi expſſe teſtatur ꝓpoſitionẽ illã ueritatẽ habere de motu, ut eſt in rebus mathematicis, & ſecundũ eſſe imaginarium, non autem ut eſt in corpore naturali, ſic enim omnium natura conſtantium terminus eſt magnitudinis & augmentis, & actus uniuſcuſque eſt determinatum minimum tempus ad non excedere, ut dicitur in. 2. cœli, & mundi. in tex. com. 29. & iſta eſt uera expoſitio illius loci, ſic enim dicit in ſimili Commen. de ſubtilitate in. 4. phyſi. in com. 72, in calce cõmenti quod ex natura ſui ẽ diuiſibilis in infinitum ſicut linea, non aũt ſecundũ quod ẽ ſubtilitas corporis mobilis, & ſic dicit illã propoſitionem eſſe falſam poſſibilem, & ex falſo poſſibili non ſequitur falſum impoſſibile, & dicit quod Ariſto. illo modo declarationis multoties utitur & etiam Plato, & eſt uera declaratio, quoniam non ponitur falſum in eo quod eſt falſum impoſſibile, ſed ſecundum quod eſt falſum poſſibile. Similiter etiam naturalis dicit ꝙ figura recta non eſt comparabilis figuræ arcuali, quia. 7. phy. trx. cõ 31. cõparatio fit in ſpẽ atoma, & ideo motus circularis non eſt cõparabilis motui recto, tñ mathematicus ſequens imaginationẽ dicit oppoſitũ, unde Cõmẽ. 7. phy. com. 29. inquit, & intẽ-



Cõtra Sco.

H

Q ũo ĩ motibus circularibus põt dici eſſe cõtrarietas.

I

Nota. Contraria mathematice loquẽdo poſſunt eẽ eiuſdẽ ſpẽi, naturaliter nequaquã.

K

Quare diuiſio in infinitum impoſſibilis exiſtens, ſecundũ formam cõcedatur a philoſopho.

L

M



A

debat per hoc quod impoſſibile eſt de quantitatibus eſſe æquales niſi rectas tantũ, aut circulares tãtum. ſ. quæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei cũ iſtę ſibi ſuperponantur. & ideo dicimus ꝙ quantitates curuæ nõ æquabuntur, niſi ſint eiuſdem circuli, quod autem dicunt geometræ ꝙ linea recta eſt breuiſſima linea ducta inter duo puncta, dicitur large, & æqualitas dicitur de eis fere æquiuoce, & ſimiliter hoc ꝙ dicitur quod circũferentia alicuius circuli eſt ęqualis figuræ polygoniæ, dixit & geometer non decipitur in hoc, quia poſſibile eſt exiſtimare lineam rectã quæ incuruetur, & fiat circularis, & quia hoc accidit in mente, attribuit hoc proprie geometrę. Et ex hoc alias recolo me dixiſſe & nũc idem confirmo, ꝙ quadratura circuli non eſt poſſibilis propter prædictam cauſam phyſice loquendo, unde Auer. dicit in 10. meta. cõ. 10. quod linea arcualis nõ poteſt æquari lineæ rectę. Tamen mathematice illa quadratura poſſibilis eſt, ut teſtatur diuinus Boe. in prædicamẽtis. quia mathematicus poteſt imaginari lineã rectã incuruari. Similiter etiã ſm mathematicã cõſideratione inſtans cauſat tẽpus, ſicut punctus lineã, & tñ naturalis in. 6. phyſi. oſtendit ꝙ tẽpus non cõponiẽ ex inſtãtibus, nec linea cõponitur ex punctis, eiuſdẽ.n. rõnis eſt, & magnitudinẽ, & tẽpus, & motũ ex indiuiſibilibus cõponi, & diuidi in indiuiſibilia, aut nihil, ut dicit ibidẽ tex. cõ. 4. Et ſic põt tibi patere ſolutio arduę difficultatis, an ſit idem nunc in toto tẽpore, quæ fuit mota ab Ariſt. in. 4. phyſi. & ſoluta ibidem in tex. cõ. 104. dixit enim quod eſt idem nunc ſm ſubſtantiam in toto tẽpore, uariatum tamẽ ſm eſſe. patet enim ꝙ ſolutio illa eſt ſm mathematicam conſideratione, unde Cõm. ibi in cõ. 104. ſcribit cauſa in hoc ꝙ inſtans eſt tale eſt hoc quod dicã. iam enim prædiximus ꝙ motus ſequitur quãtitatem in hoc quod ſit continuus, quoniã continuatio, & alia quę habet ſm quod eſt quantitas cõtinua ſunt in eo ex mẽſura, & ſimiliter etiã tẽpus ſequitur motum. Et ſm hunc modũ translatio ſequitur translatũ, & tẽpus inſtans, quoniã inſtans agit tẽpus, ſicut translatũ translationem, & punctus mẽſuram. nam ut geometrę dicunt cũ punctus mouetur facit menſurã. Ecce quod uult inſtans agere tẽpus per ſui fluxũ, ſicut punctus per ſui fluxũ cauſat mẽſuram ſeu lineam, omnia enim iſta uera ſunt ad imaginationẽ, ſm quam poſſibile eſt imaginari aliquod indiuiſibile moueri & fluere. Cũ tamen naturalis iſta habeat negare, & iſta eſt uera ſolutio illius quęſtionis, quam Antonius And. & alij uidere nõ potuerunt in. 3. meta. q. ult. unde cauſa erroris fuit, quia nõ uiderunt iſtam perplexionẽ contingere, quia iſtæ ſciẽtiæ plerunqꝫ miſcentur, unde nõ quælibet ratio in philoſophia naturali eſt naturalis, ſicut in ſimili non quælibet ratio in ſciẽtia diuina eſt metaphyſicalis, ut clare patet exercitatis in iſtis ſcientijs. Sed tunc eſt difficultas. Nam Cõm ſcribit. in. 2. cœli & mundi. in cõ. 59. quod demonſtrationes naturales nõ ſunt innatę poni in hac ſciẽtia. ſ. in naturali. Et confirmaẽ hac authoritate Philoſophi in. 1. poſte. ubi expreſſe dicit in tex. cõ. 22. Nõ ergo eſt ex alio genere tranſcendentẽ demõſtrare, ut geometrã in arithmeticam. Ad hoc reſpõdetur, ꝙ ſunt aliquę cauſę quę quodãmodo ſunt naturales, & quodãmodo ſunt mathematicæ, accidit enim cauſis mathematicis. ſ. propinquis in matheſi, ut ſint cauſæ primæ plurium rerum naturaliũ, ſicut accidit ſcientijs ſubalternantibus cũ ſubalternatis, ſicut arithmetica cũ muſica, & geometria cũ perſpectiua, & idem ſcribit in. 3. cœli & mundi in cõ. 6. & idem ſentit Auic. in. 1. ſufficientiæ ſuæ cap. 3. Nam ut ſcribit Philoſophus in principio primi de cœlo & mũdo, Scientia de natura fere plurima uidetur circa corpora & magnitudines, & horũ exiſtẽs paſſiones & motus, &. 2. phy. tex. cõ. 18. Eædẽ ſunt lineæ mathematicę & naturales. Et ideo quãdo aliqua cauſa mathematica accidit, ut ſit cauſa alicuius proprietatis naturalis in hoc caſu, licet mathematico deſcendere ad probandũ illam in ſcientia naturali, quia circa eadẽ uerſanẽ, licet alio, & alio modo. Sed hoc nõ licet ſemper facere. Nã ubi effectus naturalis hẽt cauſaꝫ proximam naturalẽ per illã debet demonſtrari, & nõ per cauſam mathematicã quæ eſt remota, quia demõſtrationes naturales ſunt ex cauſis naturalibus, & ſenſibilibus, & in hoc Ariſt. dãnat plerunqꝫ Platonẽ, & antiquos, qui reddebant rationes entiũ ſenſibilium ex cauſis intelligibilibus, unde Cõ. 1. meta. cõ. 21. inquit. conting t antiquis nõ dicere ſermonem conuenientem in ſenſibilibus, quia intromiſerunt ſe dare cauſas rerũ mobilium ex nõ mobilibus, & de Platone ſpecialiter dixit in. 3. cœli & mundi. cõm. 61. inquit. & intendebat ꝙ Plato non intẽdebat facere ſermonem falſum, ſicut faciunt ſophiſtæ, ſed accidit ita ꝙ fecit ſicut illi propter amorem magiſtri & geometriæ, quia in ſuo tempore magnificabatur geometria, & credebant eam eſſe principiũ rerum ſenſibilium, & ita bene uides quanta ſit difficultas, & perplexio a qua non niſi ſolers ingenium poteſt euadere in qualibet ſcientia. & Deus ſit dator auxilij.

## *Semper in uno genere eſt contrarietas una.*

PROPOSITIO Eſt Ariſt. in. 1. phyſi. auſcultationis. in tex. com. 56. Aduerte ꝙ cõtrarietas quandoqꝫ ſumitur proprie, & quãdoqꝫ ſumiẽ large, ut dicit Auer. in. 1. phy. cõ. 41. tũc enim dicitur tam de cõtrario, quã etiam de priuatione, & iſto modo ſumitur ibi, ut inquit & eadem ratione hic. Poteſt autẽ propoſita propoſitio ueritatem habere de cõtrarietate ſecundum eſſe, & non eſſe. i. ſecundum priuationem & habitũ, nam in omni genere eſt priuatio, & forma, unde Cõm. in cõ. illo, inquit. ſi prima cõtraria in unoquoqꝫ genere ſunt oppoſita ſecundũ eſſe, & non eſſe, tunc oppoſita in ſubſtãtia ſecundũ eſſe, & nõ eſſe ſunt cauſæ aliorũ oppoſitorũ exiſtentiũ in alijs prædicamentis, & illa debent eſſe prima contraria, & in hoc ſenſu ſine dubio intelligitur propoſitio Ariſt. ibi, quia intẽtio eius eſt uenari principia generationis in uniuerſali, ſiue ſit in ſubſtantia, ſiue ſit in accidẽtibus. ut patet in tex. c. 57. Poteſt etiã alio modo gloſſari, ꝙ in omni genere eſt cõtrarietas differentiarũ, nam differentiæ diuidẽtes genus ſunt oppoſitę, & ſunt ſimul natura, ut inquit Ariſt. in prædicamẽtis. in cap. de ſimul. nullo aũt modo oppoſitiõis poſſunt opponi, quã ſecundũ contrarietatẽ. Non enim opponunẽ ſecundũ affirmationẽ, & negationẽ, quia negatio nullius ſpeciei eſt cõſtitutiua. Nec ſecundũ priuationem et habitũ, propterea quia priuatio nullius habitus eſt conſtitutiua. Nec relatiue, quia in prædicamẽtis abſolutis relatio nõ poteſt eſſe differentia cõſtitutiua ſpeciei abſolute, quia iſti cõceptus ſunt diuerſi. & ideo a ſufficiẽti partium enumeratione oportet iſtũ modum oppoſitionis reducere ad cõtrarietatem. Animaduerte tñ ꝙ licet differẽtiæ diuiſiuæ eiuſdẽ generis ſint cõtrariæ, tamẽ nõ oportet dicere ſpecies cõſtitutas per illas differentias eſſe cõtrarias. nam tametſi rationale & irrationale ſunt differẽtię contrariæ, tamẽ homo, & aſinus nõ ſunt ſpecies contrariæ. Et ratio, ſicut mihi datur cernere, eſt iſta, quia differẽtię ſunt partes ſpecierũ, nam ſpecies cõponitur ex forma uniuerſali quę eſt genus, et ex forma propria quę eſt differẽtia, ut dicit Cõ. in. 2. phy. c. 28. & etiã. 1. phy. c. 5. cõtrarietas aũt inuenta in parte nõ infert de neceſſitate cõtrarietatem in toto, nã eſt in prõptu inſtantia. in. 1. cœli & mũdi. in tex. cõ. 29. quod motus in duobus ſemicirculis, licet ſint cõtrarij, non tñ motus in circulis cõpletis ſunt contrarij. Sed tũc eſt difficultas, nã ſi in omni genere eſt cõtrarietas, tũc in ſubſtãtia cõtrarietas, quod tñ negat Ariſt. in prædicamẽtis. & in. 5. phy. in tex. c. 10. ubi negat in ſubſtãtia eſſe motũ, quia in ſubſtãtia nõ eſt cõtrarietas. Aduertens aũt Alex. ad hoc iſto modo talẽ cõtradictionẽ ſedare conatus eſt, ut ſcribit Cõ. ibi in cõ. 105. phy. nã in prędicamẽtis. dum dixi ſubſtantiã non cõtrariari ſubſtãtię, intellexit de ſubſtãtia compoſita ex materia & forma, ſed dum dixit hic in omni genere eſſe cõtrarietatẽ, & ſimiliter dum dixit in. 2. de gene. & corru. tex. cõ. 22. quod igni cõtraria



Nota de quadratura circuli.

B

Solutio arduæ difficultatis.

C

Pulchra obiectio.

Solutio.

D

Propõ. 52.

Contrarietas dupliciter.

E

F

Obiectio pulchrã. In tabula libro [illegible] 49 col.

Opĩo Alexan.

G

eſt aqua, terræ aũt aer quod ibi loquitur de ſubſtãtia ſimplici.ſ.de forma, quia forma ignis contrariaẽ formę aquę, & forma aeris cõtrariatur formę terrę, quia ſuſpicatus eſt, ut ſibi imponit Cõm.ibi ꝙ qualitates proprię in elementis eſſent formæ ſubſtãtiales elementorum, ut calor reſpectu ignis, & frigus reſpectu aquæ.

Impugnatio.

Sed iſta opinio ſtare non poteſt, quia in his quæ uniuoce dicuntur ꝙ uni eſt accidẽs alteri nõ poteſt eſſe ſubſtantia, aut ecõuerſo, nunc aũt caliditas & uniuerſaliter qualitates primæ inuentæ in elemẽtis & in mixtis corporibus ſunt unius & eiuſdẽ rationis uniuoce, quia rectus iudex de qualitatibus tãgibilibus eſt ſenſus tactus, ut dicitur in.2.de anima, tactus aũt uniformiter immutatur a calore ignis, & a calore mixti ſine aliquo diſcrimine, ſequiẽ ergo ꝙ ſi caliditas in mixto eſt qualitas quod in igne nõ eſt ſubſtãtia. Amplius ſi calor in igne ſit ſubſtantia, tunc corpus mixtũ calidũ cũ cõponatur ex ſubſtantia & qualitate, tale igitur cõpoſitũ haberet ignis diffinitionem, pręſertim cũ ſit eiuſdẽ rõnis uniuoce calor ignis & calor mixti, unde ſi in igne eſſet ſubſtantia & in mixto qualitas, tunc diceretur æquiuoce, ſicut hoc nomẽ ens dicitur de ſubſtãtia & accidẽte, ut inquit Cõm.in.8.meta.cõ.5.quod ideo ſuſpicor dictũ eſſe quia in his quæ æquiuoce dicuntur nõ inconuenit, ut id quod uni eſt ſubſtantia alteri ſit qualitas ſicut ſciẽtia in nobis eſt qualitas, ut patet per Ariſto.in

H

prędicamẽtis.& in.7.phy.in tex.c.20.ubi demõſtrat quod in parte intellectiua animę nõ eſt alteratio, & tamen ſciẽtia in deo ẽ ſubſtãtia, q̃a in abſtractis a materia penitus nõ eſt aliquod accidẽs, ut teſtaẽ Cõm.12.meta.cõ.25.& in ipſis idem eſt intelligens & intellectũ & intellectio, & pręcipue hoc ueritatẽ hꝫ de primo ĩtellectu ubi iſta oĩbus modis ſimpliciter ſunt eadẽ.ut patet.12.meta.cõ.51.ſciẽtia aũt ęquiuoce diciẽ de ſciẽtia dei & de ſciẽtia noſtra, quia ſciẽtia dei eſt cauſa entiũ & ſcientia noſtra eſt cauſata ab entibus, ut dicit Auer.in.12.primæ philoſophiæ, cõ.51.& in libro deſtructionũ.in diſpu.3.in ſol.18.dubij, & in diſpu.6.in ſol.3.dubij.&.5.

Motiuum Alexandri.

Quod aũt mouit Alexan.uel mouere potuit ultra rationẽ adductã fuit hoc, quia illud ad cuius ablationem aufertur ſubſtantia rei eſt ſubſtãtia, ſed ad ablationem caliditatis ab igne ſequitur ablatio ignis. igitur caliditas in igne eſt ſubſtantia. Soluit Cõm.in.8, meta.cõ.5. hoc limitãdo iſto modo ꝙ illud ad cuius ablationẽ primo, & per ſe aufertur ſubſtãtia illud eſt ſubſtãtia, unde inquit. & ignis aufertur per ablationẽ caloris, ſed nõ aufertur primo neq; per ſe, ſed mediante ablatione formæ ignis, ſicut quando aufertur riſibilitas, aufertur homo ſed nõ primo, ſed mediante ablatione rationabilitatis.

Obiectio contra Auer.

I

Sed iſta ſolutio Auer.uidetur imaginari id quod primo corrũpitur eſſe formam ignis ablato calore & ad ablationem formę aufertur ſubſtantia cõpoſita totius ignis. ſed hic eſt duplex error ſicut uidetur, tum quia quod per ſe primo corrũpitur eſt cõpoſitum, ſicut etiã quod per ſe primo generatur eſt cõpoſitum, nam forma nõ generatur, neq; corrũpitur per ſe, ſed per accidẽs, ut patet.7, meta.tex.cõ.26.&.31.unde Auer. 12.diuino.cõm.18, ſcribit imaginatio ſuper creationes formarũ induxit homines dicere formas eſſe & datorem eſſe formarũ, tum etiam quia argumentũ adhuc ſtat, quia ſi ad ablationẽ caloris aufertur forma ignis, ſed per uos forma ignis eſt ſubſtantia. igitur adhuc argumentũ Alexan.uidetur ſtare.

Solutio prima.

Niſi eſſet quod pro tãto dixit illud Auer.ut innueret ablationem qualitatũ & accidentium non eſſe primam cauſam ablationis ſubſtantiarũ per uiam primæ intentionis, quia accidẽtia ſunt propter ſubſtantiã principaliter ſicut imperfectũ & deterius rei perfectioris, & nobilioris gratia eſt, ut dicit Ariſt.in.7.politicæ, unde ablatio qualitatum & proprietatũ inſeparabiliter inſequentiũ ſubſtantiam, eſt ſicut cauſa ſine qua nõ, aut per accidẽs ablationis ſubſtantiarũ non prima cauſa, nam nõ poteſt ſaluari forma ignis in materia ſine caliditate, non q̃a caliditas ſit igneitas, ſed quia eſt [illegible]ſitio eius, & iſto modo credo dictum Auer.debere intelligi.

K

Solutio ſecunda.

Aut aliter dici poteſt ꝙ Auer.loquitur de ablatione quę eſt ſecundũ intellectũ ſicut intelligitur diffinitione priori ſecundũ naturã in qua dicitur, priora ſecundũ naturam ſunt quæcunq; poſſunt eſſe ſine alijs & alia non ſine ipſis, ſicut ſupra dictũ fuit in limitatione illius propoſitiõis, & ſic dicimus quod ablata per intellectũ forma ignis primo, & per ſe aufertur ignis, ſed ablata caliditate nõ aufertur ignis niſi per uiam ſigni, pro quãto talis ablatio arguit ablatã fuiſſe formam ad quã concomitabatur tanq; naturalis & inſeparabilis proprietas, & ſic intelligitur dictũ Porphyrij in cõmunitatibus dum dixit, quod propria interẽpta interimunt ea quorũ ſunt propria & his interẽptis ipſa ſimul interimunẽ, nam ut inquit ibi Boe.ſpecies & propria cũ ſunt ęqualia alterna ſe uice conſumunt. nam ſi nõ ſit riſibile homo nõ erit, & ſi homo nõ ſit, riſibile nõ manebit, tamẽ prima eſt per uiam ſigni, & ſecũda eſt per uiam cauſæ, & ſic ubi ad ablationẽ alicuius ſequiẽ per uiã cãę ablatio ſubſtãtiæ illud eſt ſubſtãtia, ſed fallit ſi fuerit per uiam ſigni. Ad aliud aũt motiuũ Alexandri dicendũ ꝙ Ariſt.in.2.de gener.& corru.in tex.cõ.49.inquit.terra quidẽ aeri, igni uero aqua cõtraria eſt ut cõtingit ſubſtãtiam ſubſtantiæ cõtrariam eſſe. quod pro tanto dixit, quia ſubſtantia ſecundũ ſuum eſſe ſubſtantiale nõ contrariatur alteri ſubſtantiæ, ſed merito ſuarũ qualitatũ.

L

Replica contra Cõm.

Sed contra obijcit Alexã.nam Ariſt.in eodẽ.2.de gene.in tex.cõ.24. inquit elementa aũt omnia habẽt contrarietatẽ adinuicem, quia differentiæ contrariæ ſunt, manifeſte aũt patet ꝙ per differẽtias nõ poteſt intelligire niſi illas quæ ponunẽ in diffinitionibus elementorũ, cũ itaq; caliditas ponaẽ in diffinitione ignis & frigiditas in diffinitiõe aquæ: ſequiẽ manifeſte quod ſunt ſubſtãtię, quia ſubſtãtię nõ difinitur per accidentia. Ad hoc aũt reſpondet Cõm.in.5.phyſi.cõ.10.aliter gloſſando prædictã authoritatem dicẽs, & opinandum eſt quod ſubſtãtię ſimplices ſunt cõtrariæ ſecundũ qualitates ſuas, & proprię qualitates in eis nõ ſunt ſubſtãtiæ, & ſi aſsimilẽtur ſubſtantijs, q̃m impoſsibile eſt, ut aliquid in aliquo ſit de aliquo prædicamẽto, & in alio ſit de alijs, ita ꝙ calor in hoĩe ſit de qualitate, et in igne de ſubſtãtia, ſed eſt in igne propinquius ſubſtantiæ, & ideo accipitur in diffinitione loco differẽtiæ & in alijs cõpoſitis eſt remotius a ſubſtantia, ubi aduerte quod q̃ñ differẽtiæ ſubſtantiales rerũ ſunt nobis ignotæ, tunc in diffinitionibus rerũ circunlocutiuæ ponere poſſumus qualitates & accidentia propria ſicut teſtatur Auer.in.6.meta.cõ.50.& in.7.meta.cõ.41. & Auicẽ.in.5.ſuæ meta.inquit, quod difficultas percipiẽdi differentias rerũ & paucitas nominũ, aut hoc, aut illud facit declinare nos a principali ad comitans.

M

Sed eſt dubium propter quid Cõm.dixit, ꝙ in elementis hmõi qualitates ſunt propinquiores ſubſtantiæ, q̃ in cõpoſitis. Niſi eſſet quia ut ſcribit Cõm.in.4.cœli & mundi.in cõ.40.quãto aliqua forma magis fuerit diminuti eſſe tanto dignius eſt, ut diffiniatur per accidẽtia, & quanto fuerit forma perfectioris eſſe, tanto dignius magis accidentia diffiniri per ipſam & elementa ſunt formæ imperfectiſsimę propter maximã propinquitatem quã habent ad primã materiam, ideo in elemẽtis ſunt propinquiores ſubſtantia hmõi qualitates. Accedit etiam quod tales qualitates uidẽtur eſſe accidentia propria inſeparabiliter cõcomitãtia tales formas. unde Auer. inquit, in.8.meta.cõ.5.in calce cõm.et ſcire debes ꝙ actio formę ignis quę ſequitur formam ignis eſt calor maximus & motus ad ſuperius, & calor in igne eſt ſicut abſciſio in acumine gladij, non ſicut ablatio in ablato, hoc eſt dictu quod ſicut abſciſio eſt accidens inſeparabile ab acumine gladij, ſic eſt de calore reſpectu ignis, & non eſt ſicut ablatio in ablato, hoc eſt non eſt eius differẽtia ſubſtantialis, ad cuius ablatione primo, & per ſe auferatur eius ſubſtãtia ſicut ad ablationẽ differentiæ ſubſtantialis primo, & immediate aufertur ſpecies cõſtituta per ipſaꝫ. ſic igitur dicimus elemẽta eſſe contraria ratione ſuarũ qualitatũ, ut quia caliditas



A

ditas contrariaẽ frigiditati, ſic ignis ratione qua calidus contrarius eſt aquæ ratione qua eſt frigida, & ideo Ariſt.dixit igni contrariã eſſe aquam, ut contingit ſubſtantiã ſubſtantiæ eſſe contrariam.

Obiectiones contra prædicta.

Sed dices quorũ propria ſunt cõtraria ipſa ſunt cõtraria, ſed proprietates elemẽtales ſunt contrariæ, ergo elemẽta ipſa ſunt cõtraria. Amplius Cõ.in 1.cap.de ſubſtantia orbis dicit, ꝙ formæ elementales ſunt cõtrariæ, et ideo paſsiua quodãmodo dicuntur cõtraria, & quodãmodo dicuntur eſſe ſimilia. Amplius in.1.phyſi. cõ.52.expreſſe dicit, & ſimiliter etiã nihil prohibet ut ſubſtantiæ ſint cõtrariæ ẜm formas. nõ cõtrariæ ẜm ſubiectũ, et ſic dicere quod ſubſtãtia nõ eſt cõtraria ſubſtãtiæ ſecundum ſubiectũ eſt uerũ, & quod ſubſtãria eſt cõtraria ſubſtantiæ ſecundũ formã eſt uerũ etiã, & hoc adiuuat Alex. dum dixit, ꝙ in ſubſtãtijs ſimplicibus põt eſſe cõtrarietas, non in cõpoſitis, & Alex. intelligit hoc quod Ariſt. dicit in prædicamẽtis, quia dicit quod propriũ eſt ſubſtãtiæ nõ habere contrariũ de ſubſtantijs cõpoſitis nõ de ſimplicibus. Ariſt.enim dicit in libro de gene.& corru. ꝙ corpora ſimplicia ſunt cõtraria. Amplius in ſua expoſitione ſuper.4. meteo. inquit. ꝙ hæc quatuor ſunt elementa per uirtutes actiuas, & paſsiuas, & per cõſequens uult quod qualitates actiuæ, & paſsiuæ ſint cauſæ formales elementorũ.

Solutio.

B

Ad primũ iſtorum Cõm. dereliquit ſolutionẽ ſub dubio in.5. phy.cõ.10.inquit enim. utrum aũt illa quorũ propria ſunt cõtraria neceſſario ſunt cõtraria, aut diuerſa, cõſiderandũ eſt, ſed nõ hic quod pro tãto dixit, quia iſta ſpeculatio pertinet ad diuinũ. nam ut ſcribit Philoſophus in.4.primæ philoſophiæ, in tex.cõ.5. Philoſophi eſt de oĩbus poſſe ſpeculari. nam ſi nõ Philoſophi, quis erit qui inueſtigabit ſi idem Socrates ſedens, aut ſi uni unũ contrariũ, aut quid eſt contrariũ, aut quoties diciẽ? & infra in tex.cõ.5.ibidẽ habet. Et ideo nõ eſt geometræ ſpeculari quid contrariũ, aut perfectum, aut unũ, aut ens, aut idẽ, aut diuerſum, niſi ex ſuppoſitione. Dicimus nos tñ ꝙ illa quorũ propria ſunt cõtraria, nõ oportet illa ſemꝑ proprie & formaliter loquẽdo cõtraria eſſe, nã in ſimili licet genus ſemper diuidaẽ per contrarias differẽtias, nõ tñ ſemper diuiditur in cõtrarias ſpẽs, licet illud poſsit q̃ñq; contingere, dicimus enim quod aĩal diuiditur per rõnale, & irrationale tanq; per differẽtias contrarias, & tñ homo, & aſinus quæ ſunt ſpẽs, non ſunt cõtraria. Ex aduerſo aũt color diuidiẽ per congregatiuũ, & per diſgregatiuũ uiſus tanq; per cõtrarias dr̃ias, & ſpẽs conſtitutę per illas ſunt ꝯtrariæ, vꝫ albedo, & nigredo, & ſic debes tenere in ſimili, unde ſtat ꝙ ꝓprietates contrariæ ꝓueniant q̃ñq; a ꝯtrarijs cauſis formaliter, ut rarefacere et con

C

denſare, quæ ſunt ꝓprietates ꝯtrariæ ꝓueniunt a calore, & frigore quæ ſunt cauſæ formaliter ꝯtrarię, ſic enim ꝯtrariorum effectuũ ſunt ꝯtrariæ cauſæ. ſtat etiã q̃ñq; ꝓpria eſſe ꝯtraria, licet ſubiecta non ſint ꝓprie contraria, ſed rectius dñr diuerſa, aut dr̃ia ut in caſu noſtro, nã ſubſtãtia ignis diciẽ differẽs, aut diuerſa a ſub̃a aquæ & non cõtraria, & hoc tene. Et ideo Sãctus Tho. cũ ſupportatione in hoc non bene reprehẽdit Auer.in.5.phy.in lectione.3.ſuper expoſitione.tex.c.10.nã poſtq̃ Auer. ibi cõtra Alex.declarauerat q̃ño elemẽta ſunt contraria ſecundũ qualitates actiuas, & paſſiuas, ſubdit quod hæc rñſio difficultatẽ patiẽ, manifeſtũ enim ꝙ ꝓprię paſsiones cauſanẽ a principijs ſubiecti. ſi igiẽ proprię paſsiones ignis, & aquæ ſunt contrariæ cũ contrariorũ ſint cõtrariæ cãæ, uideẽ ꝙ formæ ſubſtãtiales ſint cõtrariæ. Itẽ in.10.meta.probaẽ quod omne genus diuiditur per cõtrarias dr̃ias, dr̃iæ aũt ſumuntur a formis, ut in 8.eiuſdẽ dicitur, uideẽ ergo ꝙ ſit cõtrarietas in formis ſubſtantialibus.

Opinio diui Tho.

Et ideo relicta reſpõſione Auer. ipſe aliter ſoluit dicẽs quod cõtrarietas differentiarũ quæ eſt in oĩbus gñibus attendiẽ ſecundũ cõmunẽ radicẽ cõtrarietatis, quæ quidẽ eſt excellẽtia & defectus, ad quã oppoſitionẽ oĩa alia cõtraria reducunẽ. oẽs enim dr̃iæ diuidẽtes aliquod genus hoc modo ſe hñt, quod una earũ eſt ut abundans, & alia ut

D

deficiens reſpectu alterius, unde Ariſt.dicit in.8.meta.tex. cõ.10.ꝙ diffinitiones rerũ ſunt ſicut numeri, quorꝫ ſpecies uarianẽ per additionẽ, & ſubtractionẽ unitatis, nõ aũt oportet ꝙ in quolibet genere reperiaẽ contrarietas ſecundũ propriam rationẽ huius & illius ſpeciei, ſed ſolũ ſecundũ cõmunẽ rationẽ excellẽtiæ & defectus. quia.n. contraria ſunt quæ maxime diſtant, oportet ꝙ in quocunq; genere inuenitur cõtrarietas quod inueniant duo termini maxime diſtantes, inter quos cadunt oĩa illa quæ ſunt illius generis: & paulopoſt cõcludit quod formæ diuerſarũ ſpecierum ſunt adinuicẽ differentes ſecundũ excellentiã & defectũ, inquantum una forma eſt nobilior alia, & propter hoc ex diuerſis formis poſſunt cauſari diuerſæ paſsiones, ut ſupra obiectũ eſt, tñ una forma ſpeciei ſecundũ propriam ſuã rationẽ nõ habet contrarietatem ad aliã. hæc ille.

Inſtãtia cõtra ſolutionem Diui Tho.

Sed uidetur mihi Diuus Thomas quod in reprehendendo nõ careat reprehenſione, nã argumẽtum factũ per ipſum cõtra Auer. ſtat & procedit æque bene cõtra ipſum. nã propriæ qualitates cõtrarię cauſantur ex principijs ſubiecti, & cõtrariorũ ſunt cõtrariæ cauſæ. Tu dicis ꝙ quia una forma ſecundũ cõmunẽ rationẽ cõtrarietatis inuentã in quolibet genere, una eſt abundans & alia deficiẽs, & ſic ex diuerſis formis cauſantur diuerſæ paſsiones. hoc quidẽ uerũ eſt, ſed nõ eſt ad propoſitũ, quia licet ex diuerſis formis orianẽ diuerſæ paſ-

E

ſiones, non tamẽ ſemper ex diuerſis formis oriuntur paſsiones cõtrariæ, ſicut eſt in caſu argumenti. Et cõfirmatur, quia homo et aſinus habẽt hmõi diuerſitatem ſecundũ excellẽtiam & defectũ, & uniuerſaliter oẽs ſpecies, quia ſunt ſicut numeri, non tñ proprietates omniũ ſpecierũ ſunt contrariæ. argumentũ aũt hoc cõtendit probare ꝙ quorũ propria ſunt cõtraria ipſa ſunt cõtraria, quia cõtrariorꝫ ſunt cõtrariæ cauſę, aut igiẽ impugnatio ſua cõtra Auer. nõ procedit, aut ipſe patit in ſua deciſione cõſimiles anguſtias.

Opinio propria.

Et ideo dicimus nos pro Auer. & pro ipſo ꝙ ſubiectũ reſpectu propriæ paſsionis & ſubiecti principia non ſunt cauſæ accidentium propriorũ niſi in genere cauſæ materialis, ſicut teſtaẽ expreſſe Auer.in.4.meta.in cõ.2.ubi inquit. qđ ſubſtãtia eſt cauſa omniũ accidẽtiũ nõ ſecundũ agẽs, neq; ſecundũ finẽ, ſed quia cõſtituunẽ per illã, & quia eſt ſubiectum eorũ.& Ariſt.in.1.phy.auſcultationis.in tex.cõ.80. inquit. ſubiecta quidẽ materia cũ forma cauſa eſt omnium eorũ quæ fiunt ſicut mater, manifeſtũ eſt aũt ꝙ eadem eſt materia cõtrariorũ. & calidi & frigidi & aliarũ phyſicarũ contrarietatũ, ut dicit expreſſe Ariſt.in.4.phyſicæ auſcultationis, in tex.cõ.84.& in.1.de genera.& corrupt.in tex. cõ.50. ubi decidit qõnem & controuerſiam antiquorũ de actione, & paſsione. utrum fiat merito ſimilitudinis an fiat

F

merito cõtrarietatis. unde Cõm. ibi in cõ. inquit. quod cauſa receptionis eſt cõmune genus eis. ſ. genus ſubiectum & cauſa actionis eſt contrarietas. unde mirũ eſt de beato Doctore cũ ipſe teneat ſubiectum non cõcurrere, ut efficiens, ſed ſolũ, ut materia reſpectu propriæ paſsionis, q̃ño deuenerit ad hoc.

Nota.

Et iſta eſt una de limitationibus, quam addes ſuperius in illa propoſitione dicente quod contrariorũ ſunt contrariæ cauſæ, fallit enim in cauſis materialibus, ſed uera eſt in cauſis agentibus ut plurimum. Aut ſupplenda eſt contrariorum ſunt contrariæ cauſæ aut diuerſæ, & in hac ſolutione concordare habet Auer. & Thomas ſi bene conſideras. Similiter cauſæ agentes contraria ſunt contrariæ uel formaliter uel uirtualiter. Ad aliam auctoritatem Cõmen. in libro de ſubſtantia orbis, dico ꝙ formæ elementales ſunt contrariæ merito ſuarum qualitatum, per quas agunt adinuicem & patiuntur & ſeipſas corrumpunt. nam ut dicit Philoſophus in libro de ſenſu & ſenſato, ignis non agit inquantum ignis, ſed inquantum calidus, & ratio eſt quia actio, ut dicitur in primo de generatione, & corruptione, in tex.cõ.43.&.50. eſt merito cõtrarietatis, ignis autem ratione qua ignis non habet contrariũ, ſed ratione qua calidus, unde Cõmẽ. in hoc ſenſu loquitur

G

ibi in. 1. cap. de ſubſtantia orbis, inquit enim ideo impoſſi-
bile eſt hoc ſubiectũ recipere duas earũ in eodem ſubiecto
exiſtente terminatæ quantitatis, ideo impoſsibile eſt a ſubie
cto denudari formã, & ſubiectũ denudari a forma niſi per
formæ deſtructionẽ, neqꝫ etiam eſt poſsibile ipſam fieri in
ſubiecto niſi per agens extrahens illam de potẽtia ad actũ.
unde neceſſe eſt has formas eſſe contrarias, adeo ꝙ altera
corrũperet ſuam cõtrariam & ſubiectũ reciperet formã ſi-
milem. unde formæ elementorũ ſunt cõtrarię ubi patet ꝙ
nõ ponit illas eſſe cõtrarias, niſi inquantũ ſunt adinuicẽ cor
ruptiuę & hoc nõ habẽt niſi inquantũ ſunt coniunctę qua-
litatibus contrarijs, & iſta eſt expoſitio eius. 5. phy. cõ. 10.

Ad aliã authoritatem eius in. 1. phy. cõ. 52. dico ꝙ ibi lo
quitur ſecundũ mentẽ Alexan. ut oſtẽdit ſeries & cõtextus
uerborũ eius, & non loquitur ſecundũ mentem propriã, ſi-
cut fecit in. 5. phyſi. cõ. 10. & in. 8. meta. in cõ. 5. ubi de cõ-
poſito deſtruit opinionẽ Alexan. Aut ſi uis tenere ꝙ lo-
quitur ex mente propria gloſſa, ut ſupra. ꝙ formæ elemen
tales ſunt cõtrarię ſecundũ qualitates. Vel dic iuxta opi-
nionẽ Diui Thomæ ꝙ ſunt contrariæ ſecundũ cõmunem
rationẽ contrarietatis inuẽtam in quolibet genere ſecundũ
excellẽtiam & defectũ, inquantũ una eſt eſſentialiter nobi-
lior altera, ſed nõ ſunt contrarię ſecundũ propriam rationẽ
ſpecificam. Tamẽ iſta ſolutio habet inſtantiã quia manife-

H

ſtum eſt quod iſta contrarietas ſecundũ perfectum & im-
perfectũ inſequitur ultimas & ſpecificas differẽtias, & non
uidetur oriri ex cõmuni ratione generis, quia enim una dif-
ferentia ultima conſtitutiua unius ſpeciei eſt nobilior alia,
ideo una ſpecies eſt nobilior reliqua ſecundũ propriam ra-
tionem, quia ſpecies rerũ ſunt ſicut numeri, ut dicit Ariſto.
in. 8. meta. in tex. cõ. 10. Vbi animaduerte ꝙ cõtrarietas

Nota.

quę eſt in unoquoqꝫ genere, ut dicit Ariſt. quæ eſt ſecundũ
eſſe & nõ eſſe. i. ſecundũ priuationem, & habitũ inquantũ
differentię condiuidẽtes genus ſunt impares in perfectione
nõ eſt illa penes quam habeat uerſari motus, nam tunc cũ
in omni prædicamẽto ſint principia, quorũ unum eſt, ut ha
bitus, & reliquũ ut priuatio, quia actus & potẽtia ſunt prin
cipia prima in unoquoqꝫ prędicamẽto ſequereẽ iſto modo
motũ poſſe repiriri, in quolibet prædicamẽto, ſed eſt cõtra
rietas phyſice in qua ſunt contraria & media, & talia ſunt
quæ habẽt fieri in eodẽ ſubiecto, uel propinquo uel remo-
to, nam calor cõtrariatur frigiditati, quæ tamẽ non eſt apta
nata eẽ in igne, ſed in materia ignis, & requiritur etiã quod
talia mutuo ſe expellant circa idem ſubiectum, & ut inquit
magnus Alber. ſuper. 5. phy. in expoſitione tex. c. 10. ad ue

Mag. Albert.

ram cõtrarietatẽ requiſitam ad motũ requiruntur quatuor
conditiones quas uide ſi placet. Et aduerte unum aliud

I

Contraria in loco & qualitate æquiuoca.

quod contrarietas æquiuoce reperitur in loco, & in quali-
tate, ut dicit Cõm. in. 4. cœli & mundi. in cõ. 38. inquit enĩ
contraria quæ ſunt in alijs prædicamẽtis ſunt duo in forma
& nõ duo in ſubiecto, ſed duo loca debẽt cõtraria eſſe cõ-
traria in formis & locis, & ideo contraria quæ ſunt in loco
ſunt duo in forma, & duo in ſubiecto ecõtrario in contra-
rijs quæ ſuo duo in forma & unũ in ſubiecto, & ęquiuoca-
tio eſt illa quæ ut plurimũ decipit ſapientes, unde multa ſi-
milia inuenies de continuitate de medijs, ſicut de contrarie
tate quæ ſecundũ aliam rationẽ attribuuntur motui locali
& alijs motibus qui ſunt in alijs prædicamẽtis ſi bene con-
ſideras. Ad ultimum reſpondetur ꝙ de ratione elemen
ti eſt quod ex eo fiat aliquid, ut in exiſtente, ex elementis
autem aliquid fieri non poteſt niſi inuicem agant, & patian
tur, & quia ut ſupradictum fuit elemẽta inuicem actiua &
paſsiua non ſunt niſi inquantũ ſunt informata qualitatibus
contrarijs, ſic dixit Auer. ꝙ iſta quatuor corpora non ſunt
elemẽta niſi per has uirtutes actiuas & paſsiuas, & iſta eſt
intentio Ariſto. in. 2. de generatione & corruptione. in tex.
cõm. 7. & 8. ſi bene conſiderentur uerba eius, & forte hoc
uoluit dicere Alexan. pro hoc tamen uide quæ ſcripſerim
in concordantijs Auer. 4. cœli ſuper cõmen. 40. Sic igi-
tur patet quomodo in unoquoqꝫ genere eſt una contrarie-
tas, uidelicet ſecundum priuationem & habitũ, uel ſecun-
dum contrarias differentias condiuidentes illud genus.

K

Propõ. 53.

## *Subiectum in ſcientia debet eſſe notiſsimum.*

FAMOSA Eſt propoſitio & logicalis, & colligitur ex
intentione Philoſophi in. 1. poſte. in cap. de præcognitio
nibus, ubi dicitur ꝙ de ſubiecto oportet præcognoſcere
quid & quia. Dicit autem ſubtilis doctor in primo ſuæ

Opio Sco. & Anton. And. in. 1. meta. q. 1.

meta. q. 1. & Anto. And. ꝙ ſubiectũ in ſcientia eſt notiſsi-
mum quo ad naturam, quia nõ poteſt demonſtrari a prio-
ri, ſed nihil prohibet quin ſubiectum poſsit demonſtrari in
ſcientia a poſteriori. unde demonſtrari poteſt demonſtra-
tione quia, & hoc probãt, & prima ratio eſt Anto. And. in-
quit enim omnis ſciẽtia utitur uel poteſt uti demonſtratio-
ne quia: ergo probat, uel poteſt probare ſuum ſubiectum
eſſe. maior eſt euidẽs, quia ſicut per cauſam probatur effe-
ctus propter quid, ita econuerſo per effectũ demonſtratur
cauſa quia, cõſequentia oſtenditur ſic, quod. ſ. omnis ſciẽtia
per effectũ demonſtratione quia demonſtrat ſuũ ſubiectũ
eſſe, quia per effectũ demonſtratur aliquid de cauſa. ſ. eſſe,
ex hoc enim quod effectus nõ poteſt eſſe ſine tali conditio
ne in cauſa effectus non poteſt eſſe ſine eſſe cauſæ, ergo ſi

L

effectus eſt cauſa eſt. Confirmant etiam hoc inductiue
ꝙ aliqua ſcientia poteſt demõſtrare ſuum ſubiectum eſſe,
& hoc poſteriori ſicut in libro elenchorum demonſtratur
ſyllogiſmũ ſophiſticum eſſe per ſimile, ſicut patet ibi. Si-
militer Priſcianus in libro conſtructionum oſtẽdit oratio-
nem conſtructam eſſe per ſimilem modum ſe habẽdi lite-
rarum ad ſyllabas, & ſyllabarũ ad dictiones, et dictionum
ad orationes. Similiter etiã arguunt aliqui de Auicẽ. qui
in. 6. naturaliũ ex operationibus animæ demonſtrauit ani-
mam eſſe, cũ tamen anima ſit illius libri ſubiectũ. Am-

Opinio Auer.

plius Ariſto. in prologo primi poſter. demonſtrat ſcire eſſe
ſecundum cõmunem modũ Latinorum exponẽtium illũ
prologum, tamen ſcire eſt ſubiectũ logicę, ut dicit Cõmen.
in. 3. cœli & mundi. in cõ. 4. Ad oppoſitum eſt ſentẽtia
Auer. in. 1. phyſi. cõm. ulti. & in. 2. phy. in cõ. 26. expreſſe
dicit ꝙ impoſsibile eſt aliquam ſcientiam, neqꝫ uniuerſa-
lem, neqꝫ particularem demõſtrare ſuum ſubiectum eſſe,
ſiue per ſignũ, ſiue per demonſtrationem quod non eſt ita
in cauſis ſui ſubiecti, quoniam declarat eas per ſignum nõ
per demonſtrationẽ ſimpliciter. Vbi animaduerte debes,

Propõnes in triplici differẽtia.

ꝙ propoſitiones circa quas uerſatur unaquæqꝫ ſciẽtia ſunt
in triplici differentia. Quædam ſunt notiſsimę, ita ꝙ ex ſo-
la notitia terminorum euidentiam habent ſicut prima prin

M

cipia, ut de quolibet dicitur eſſe, uel non eſſe, & omne totũ
eſt maius ſua parte. Quædam ſunt prorſus ignotæ, ſicut
ſunt quæſtiones & dubitabiles propoſitiones, quæ non ni-
ſi ſyllogiſmo categorico, ſiue dialectico, ſiue demonſtra-
tiuo oſtendi poſſunt & probari. Quædam uero ſunt me-
dio modo ſe habentes, quia nõ ſunt ęque notæ ſicut prima
principia, quæ ex ſola terminorum notitia euidentia ſunt,
nec ęque dubia ut ſunt quæſtiones, ſed ſunt indigentes ali-
qua innuitione ſicut eſt ſyllogiſmus hypotheticus per natu
ram, & ſicut eſt inductio & diuiſio, & ſicut eſt exemplum
aut enthymema, & ſicut eſt cõmunis hominum cõſenſus,
unde Auer. dicit in. 4. cœli & mundi. in cõmen. 22. ꝙ alia
eſt latentia quæ indiget ſyllogiſmo, & alia eſt latentia quæ
indiget inductione, nõ enim omnes propoſitiones in ſcien-
tijs ſunt ęque notæ, nec omnes ſunt ęque ignotę, nam Ari-
ſtote. in primo poſteriorum dicit. ꝙ demonſtrationes quæ
procedunt ex propoſitionibus magis propinquis primis
principijs ſunt certiores illis demonſtrationibus quæ pro-
cedunt ex propoſitionibus magis remotis, & 4. meta. tex.
cõm. 18. redditur ratio huius, quia illud eſt uerius quod eſt.
primo uero propinquius & illud eſt notius quod primo no
tiſsimo eſt propinquius eadẽ ratione. unde Auer. 5. meta.
& eſt



A

& eſt etiã ſententia Ariſt. ibidẽ tex. cõ. 4. primæ demõſtra
tiones, quæ cõponunẽ ex primis propoſitionibus ſunt ele-
menta omnium demonſtrationum, quæ componuntur ex
eis, demonſtrationes enim cõpoſitę diſſoluuntur in demon
ſtrationes ſimplices, iſtæ autem non diſſoluuntur in alias.

Via doctrinæ maneries diſciplinæ.

Et aduerte ꝙ apud Peripateticos, aliud eſt uia doctri-
næ, & aliud eſt maneries diſciplinæ, ut colligitur ex inten-
tione Cõmen. in ſuo prologo ſuper primo phyſico. Via
doctrinæ ſunt tria genera demonſtrationum. ſ. demonſtra
tio ſigni, ſeu quia, & demõſtratio propter quid, ſeu demon
ſtratio cauſæ tantum, quod idem eſt & demonſtratio ſim
pliciter ſeu demonſtratio dans cauſam, & eſſe quod idem.

Demõſtratio ſigni.

Demõſtratio autem ſigni ſeu quia fit tribus modis. Pri-
mo quando eſſe cauſæ demonſtratur per eſſe effectus, ubi
eſſe effectus fuerit notum, & eſſe cauſæ latuerit, ut ſi per
eclipſim demõſtro terræ interpoſitionem. Secundo modo
quãdo eſſe effectus ignotum fuerit, & per aliquod ſignum
demonſtrem illud eſſe, ut ſi ex hoc quod eſt umbram non
facere demonſtrem lunam eſſe eclipſatam, ut dicit Ariſt.
in. 1. poſter. uel ex hoc quod habet mulier lac in mãmillis
demõſtrẽ ipſam peperiſſe, & hmõi probationibus multo-
ties utuntur medici, qui ſunt artifices magis circa ſenſata

Galen.

uerſantes ꝗ Philoſophus naturalis. unde Gal. in tertio pro
gnoſtico. cõ. 41. inquit ſignũ, & ſignificatio differunt apud

B

rhetoricos, & medicos. Vnde in omni demonſtratione
quæ ſit uera ſunt duæ differentiæ. una eſt neceſſaria, alte-
ra, ut frequenter. ſimiliter eſt alia differẽtia, quia quædam
propoſitio eſt ratione cognita, quædam uero experimẽto.
In prima differentia ſuper rem quæ ſignificat ſemper una
re utuntur nomine ſignificationis, ſuper re autem quæ ſi-
gnificat, ut in pluribus utuntur nomine ſigni. In ſecunda
uero differẽtia ſuper propoſitione ratione cognita utuntur
nomine ſignificationis, ſuper propoſitione uero experimen
to cognita utuntur nomine ſigni. Tertio modo demon-
ſtratio quia, ſiue ſigni fit per cauſam remotã, ut dicit Ariſt.
in. 1. poſter. in illo cap. ſed quia differunt, & propter quid,

Demõſtratio propter quid.

& eſt in tex. cõ. 30. Demõſtratio uero propter quid, ſeu
demonſtratio cauſæ tantũ eſt, ubi eſſe effectus & inhęrẽtia
paſsionis in ſubiecto eſt per ſe nota, ſed eſt ignota quo ad

Exẽplũ demonſtrationis ſimplr ex. 8. phy. tex. 65.

propter quid illius, & de hoc datur pulchrum exemplum
in. 8. phyſi. in tex. c. 65. ubi demonſtratur propter quid eſt.
ꝙ ſi duo mobilia æqualis uelocitatis moueanẽ ſuper ęqua-
libus ſpacijs iſto modo, uidelicet, quod unum mobile per-
tranſeant totũ ſpacium ſemel, aliud uero pertranſeat me-
dietatem illius ſpacij bis citius pertranſit primũ mobile to-
tum ſpaciũ quam ſecundũ medietatẽ iterato pertranſeun-
do ipſam, hoc enim quia ita ſit eſt euidens ad ſenſum, ſed

C

ignoratur cauſa eius, & eſt quia inter motus iteratos cum
ſint contrarij accidit quies media, & ideo eſt quod tardius
ſecundũ pertranſit his medietatem quam primũ pertran-
ſeat totũ, quia motus eius eſt continuus, ſed motus ſecundi
eſt interciſus per quietem mediã, ubi cõ. in cõ. 65. expreſſe
teſtatur illam demonſtrationẽ eſſe cauſæ tãtũ, quia ſolum
facit notitiam de propter quid effectus nõ de eſſe effectus,
quia tale erat per ſenſum præcognitũ ante demonſtratio-
nem, & ad nota per ſenſum nõ indigemus demõſtratione.

Demõſtratio ſimpliciter ſeu potiſsima.

Demonſtratio uero dans cauſam & eſſe, ſeu demõſtra
tio ſimpliciter, ſeu potiſsima demonſtratio eſt quando eſſe
ctus latuerit, & quo ad eſſe, & quo ad propter quid, & cau
ſa fuerit notior, tunc per illam cauſam ſimul, & ſemel ag-
generatur in nobis per demonſtratione & inhęrentia paſ-
ſionis in ſubiecto & cauſa inhęrentiæ, ita ꝙ ſimul & ſemel

Themiſtius.

cognoſcimus quia, et propter quid. unde lucidiſsimus The
miſtius in ſecundo poſterio. in cap. 2. inquit. hoc enim de-
monſtrationis illius potiſsimę ingenium eſt, ut uno cõmu-
ni examine utranqꝫ abſoluat cognitionẽ, & ut ſit, & quam
obrem ſit. Et iſta eſt doctrina Cõm. in. 2. cœli & mun-
di. in cõ. 35. a perpaucis intellecta ubi habet iſta uerba, &
iam eſt declaratum in logicis quod demonſtrationes ſunt
in quibus itur ex notiori ad latentius, ſi igitur notius fuerit

D

poſterius demonſtrationes erunt quia, & ſi notius fuerit
prius & latentius fuerit ſuũ eſſe & ſua cauſa notior erit de-
moſtratio abſoluta quæ dat cauſam & eſſe, & ſi latentius
fuerit cauſa rei quam ſuum eſſe erit demonſtratio propter
quid tantũ. unde mirũ eſt de Latinis expoſitoribus quomo
do non tangãt in lib. poſte. differentiã inter demonſtratio-
nem cauſæ tantũ, ſeu propter quid, & inter demonſtratio-
nem potiſsimam, quam tamen omnes antiqui & græci &
arabes tetigerunt. Tali igitur uia doctrinæ non utimur
niſi in quæſtionibus quæ ſunt propoſitiones omnino igno

Maneries diſciplinæ.

tæ & indigent demonſtratione. Maneriẽ autem diſcipli
næ utimur ad declarationem eorũ quæ ut inquit Auer. in
primo cœli & mundi. in cõ. 22. & in. 6. phy. cõ. 41. ſunt mi
noris latentiæ ꝗ ignota naturaliter, & ſunt minus nota ꝗ
primæ propoſitiones quæ ſunt per ſe notæ. Tales autẽ

Contra ſophiſtas, & modernos logicos.

maneries diſciplinæ eſt inductio, ſicut dicit & exemplum,
ſimiliter etiam ſyllogiſmus hypotheticus per naturam, qui
uidelicet eſt legitimus hypotheticus, & non poteſt reduci
ad categoricum. nõ enim eſt uerum quod dicunt uulgares
& ſophiſtæ ꝙ omnis ſyllogiſmus hypoteticus ad catego-
ricũ poteſt reduci, ſicut pulchre declarat Auer. in lib. prio-
rum. ubi in primo facit digreſsionem de ſyllogiſmo hypo

E

thetico, tales enim ſyllogiſmi per naturam ſunt iſtius con-
ditionis & naturæ quod in eis antecedẽs eſt per ſe notum,
& conſequens eſt per ſe notũ, & tota illatio eſt per ſe nota,
unde non ſimpliciter probant, ſed faciunt aliquam fidem
& innuitionem in his quę indigent modicula innuitione, ſi-
cut dicit etiam in. 2. phy. in cõm. 3. & de hoc ordine etiam
eſt enthymema & diuiſio & alia id genus. unde quemad-
modum cõtingit in alijs artibus in quibus ſunt uaria & di-
uerſa inſtrumenta ad diuerſos fines, ſic etiam accidit in lo-
gica quod tradit nobis uaria inſtrumẽta quę ſunt deſeruien
tia nobis ad diuerſas intẽtiones ſecundũ diuerſitatem pro-
poſitionum & ſcibiliũ in ſciẽtia qualiber, ideo modus ſcien
di nuncupatur ab Ariſt. in. 2. meta. in tex. cõm. 15. etenim
non omnia æqualiter nota aut ignota ſunt, & tunc Cõmẽ.

Opio moder. in primo phy. ſuper expõne tex. cõ. ulti.

tenet ꝙ ſubiectũ in ſcientia nullo genere demonſtrationis
poteſt in ſciẽtia in qua eſt ſubiectũ demonſtrari. Huius
autem ratio ſecundum modernos talis eſt, quia in ſcientia
nihil notius eſt ipſo ſubiecto, & ſi principia ſubiecti in ſciẽ-
tia demonſtrentur per aliquod medium ſpectans ad illam
ſcientiam nullo pacto poterit per illa principia demonſtra
ri illud ſubiectũ, quia nunꝗ erunt notiora ſubiectum, quia
nihil in ſcientia dicitur eſſe notius ipſo ſubiecto. Sed iſta

Cõfutatio.

opinio ſtare nõ poteſt. nam certũ eſt ꝙ cũ aliquid dicatur
notius altero duobus modis, uel quo ad nos, uel quo ad na

F

turam, ut patet. 1. poſte & 1. phyſi. tex. c. 2. tunc nõ eſt du-
bium ꝙ ſi loquamur de notitia quo ad naturã, principia &
cauſæ ſubiecti ſunt priora quo ad naturã ꝗ ſit ipſum ſub-
iectum, quia cauſa inquantũ cauſa eſt prior & notior ſecũ-
dum naturã ꝗ effectus, ut patet. 1. phy. tex. cõ. 2. & Auer.
etiam in cõm. 3. ibi reddit cauſam quia natura a cauſis inci
pit operari. Si autẽ loquamur de notitia quo ad noſtram co
gnitionem, nõ eſt dubiũ ꝙ paſsiones, & effectus, ut in plu-
ribus in ſcientijs in ſenſatis ſunt notiores nobis ꝗ ſuæ cau-
ſæ, & ꝗ ipſa ſubiecta, ut naturata ſunt notiora ipſa natura,
licet utrũqꝫ ſit notũ per ſe, ut patet in principio ſecũdi phy.
tex. cõ. 1. & 3. dicere igiẽ nihil notius eſſe in ſcẽtia ipſo ſub-
iecto abſolute eſt negare Ariſto. & ueritatem. Nec ualet
motiuũ eorũ ꝙ ſi principia ſubiecti demõſtrentur in ſcien-
tia per aliquod mediũ, ꝙ illud mediũ ſemper erit ignotius
ipſo ſubiecto, & nunꝗ tale medium poterit reddere notio
ra illa principia, ut per illa ſubiectũ poſsit a priori demon-
ſtrari. Nam illud mediũ in ſcientia erit notius ipſis princi-
pijs quo ad nos, & ſimiliter ipſo ſubiecto, & ideo ubi prin-
cipia, & cauſę ſubiecti latuerint poterunt illa principia de-
monſtrari demõſtratione ſigni, licet autẽ tale mediũ ſit no-
tius etiam ipſo ſubiecto, tamen nõ propter hoc poterit per

G

illud demõſtrari ſubiectū eſſe demõſtratiõe ſigni propter cauſam quā dicam ſtatim. Vbi animaduerte ꝙ mirum eſt q̄ñ fere oēs hallucinent̃ in hoc ante noſtra tēpora in re notiſsima, ut mihi uidet̃. nā nulla alia eſt reddēda ratio quare ſubiectū in ſciētia in qua eſt ſubiectū non poteſt demonſtrari niſi ex ſuamet ratiõe formali per quam eſt ſubiectū, quid enim eſt aliquid ſubijci in ſciētia quam cõcedi & præſupponi, & hoc eſt quod tāgit pulchre Cõm. 1. phy. c. ulti. ubi reddit cām, & eſt, quia aut eſt per ſe notū, aut ſumitur tanq̃ notū a ſciētia ſuperiori in qua fuit probatū. Si contingat aūt ꝙ ſubiectū in ſcientia ſit per ſe notū, patet ꝙ nõ indiget demonſtratione quia ad per ſe nota nõ erigitur demonſtratio. unde iſti qui nõ poſſunt diſcernere inter ea quę demõſtratione indigent. & inter illa quæ nõ indigēt nunq̃ potuerunt nec poterunt philoſophari, ſicut ſcribit Cõm. & Ariſt. in. 2. phyſicæ auſcultationis. in cõ. & tex. 6. ubi dicit̃, ſic aūt eſt naturam demõſtrare tentare ridiculū, manifeſtū enim eſt quod hmõi rerū ſunt multa, demonſtrare aūt manifeſta per immanifeſta non potentis iudicare eſt propter ipſum, & nõ propter ipſum cognitū. Si aūt tale ſubiectū nõ ſit per ſe notū ſciētia in qua eſt ſubiectū ſumit illud tanquam notū, quia ſe ſubmittit in hoc & credit ſciētię ſuperiori in qua erat quæſitū, ſic enim nõ inconuenit quod aliquid

Quare ſubiectū nõ demonſtretur in ſcientia.

H

ſit quæſitū in una ſciētia, & idem ſit cõceſſum in alia, unde qui dicunt ſubiectū in aliqua ſcientia aliquo illorū trium generū demonſtrationis poſſe demõſtrari non uidētur intelligere quorū ſit demõſtratio, & quæ ſit ratio formalis ipſius ſubiecti, et ideo Ariſt. dixit in principio libri poſteriorū qđ de ſubiecto oportet p̄cognoſcere quia eſt, & quid eſt, licet cõtingere poſsit quod ſubiectū q̄ñq; eſt adeo notū et clarū ꝙ ſciētia negligit aliquā mentionē facere de ipſo, ut dicitur in eodē. 1. poſte. in tex. c. 25. & eſt in illo cap. Omnis enim demõſtratiua ſciētia circa tria eſt. Et ideo quærere quare ſubiectū in ſcientia qualibet, ſiue uniuerſalis fuerit, ſiue particularis eſt indemõſtrabile ē quęrere quare ſubiectū ē ſubiectū. Non enim euadit ab altero condiuidentiū ipſum ſubiectū, uel ut ſit per ſe notū, & tunc nõ indiget demõſtratione, uel ut ſit ignotū, & tunc ſumitur etiā ut notū a ſciētia ſuperiori in qua fuit probatū, tamē ex eo quod eſt ſubiectū indemonſtrabile eſt. Sed tunc eſt alia difficultas in uia Cõm. propter quid principia ſubiecti in ſciētia poſſunt demonſtrari in ſciētia demõſtratione ſigni, ſed partes ſubiectiuę nõ poſſunt demõſtrari in ſciētia. unde Auer. 2. de anima cõ. 27. inquit. Artifex. n. neceſſe eſt, ut ponat ſubiectū de quo cõſiderat, & diuidit genera eius quaſi manifeſta in eſſe, artifex enim nõ poteſt demõſtrare ſubiectū ſuæ artis, neq; ſpecies illius ſubiecti, & eandē ſententiam ſcribit in. 6. meta. cõ. 1. Ad hanc difficultatē reſpõdet idē modernus in eodē loco quod ratio eſt iſta, quia inuentio partiū ſubiectiuarū in ſciētia & inuētio ſubiecti eſt una & eadē, & ideo ſi partes ſubiectiuæ poſſent demonſtrari in ſcientia, poſſet etiā demõſtrari ipſum ſubiectū, qa partiū ſubiectiuarū, & ſubiecti eſt unū eſſe, & ſubiectū eſt prius inuētione partibus, ut animal eſt prius hoīe. Vnde bene ualet, eſt homo ergo eſt animal. ſed nõ ecõtra. Et ideo ſi partes ſubiectiuę poſſunt demõſtrari eſſe. etiā & ſubiectū & ex deſtructiõe cõſequētis ſi ſubiectū nõ poteſt demõſtrari eſſe, ergo neq; partes, ſed inuētio principiorū non eſt eadem cū inuētione ſubiecti & partiū ſubiectiuarū, ideo nõ ualet ſi principia in ſciētia demonſtrant̃. ergo & ſubiectū. Sed iſta ratio nulla eſt. nam certū eſt ꝙ ſubiectū in ſe cõſideratum quo ad ſuū eſſe magis depēdet a ſuis principijs q̃ a partibus ſubiectiuis, quia habitudo ſubiecti ad ſua principia eſt habitudo eſſentialis cauſati ad cauſas a quibus eſſentialiter depēdet, habitudo autē ſubiecti ad partes ſubiectiuas eſt habitudo ad poſterius, & eſt cauſę ad cauſatū. unde partes ſubiectiuæ dicunt̃ aduētitiæ reſpectu ſubiecti ſicut dicimus, quod homo accidit aīali & uniuerſaliter inferiora reſpectu ſuperiorū, ut dicit Ariſt. in prædicamētis. & ex cõſequēti ex iſta

Dubiū de partib⁹ ſubiectiuis.

I

Opĩo moderni doctoris.

Cõfutatio.

K

mirabili reſponſione uidetur ſequi totū oppoſitū, uidelicet ꝙ principia ſubiecti nõ poſſunt demonſtrari in ſciētia, ſed bene partes ſubiectiuæ, quia inuētio principiorū uidet̃ eſſe inuētio principiati, ſaltē cõſecutiue & a priori, quia eſſe principiati eſt ex eē principiorū. Et cõfirmat̃ per Ariſt. in. 2. poſte. & in. c. 1. philoſophiæ. tex. cõ. 1. ubi dicit ꝙ eadē uia inueſtigatur ſi eſt, & quid eſt, q̄ñ quæſtio ſi eſt, terminat̃ a priori. patet. n. quod dum diffinitur res diffinitione quid rei quod diffinit̃ per ſua principia & cās, partes. n. diffinitionis ſumunt̃ a principijs quę ſunt in re, ut dicit Cõ. in. 1. de aīa. in cõ. 7. Ergo eadē eſt inuētio principiorū et ſubiecti a priori inueſtigatio. Et per cõſequēs nõ eſt alia, & alia inuētio ſicut a poſteriori, una eſt inuētio parte partiū ſubiectiuarum & ipſius ſubiecti. Amplius. fundamentū illius opinionis eſt ruinoſum ꝙ ſi partes ſubiectiuæ poſſunt demonſtrari, poſſet demõſtrari ſubiectū eſſe, quia unū eſt utriuſq; eſſe, quia ſtat quod aliqua ſint eadē ſubiecto, & tñ ſunt ratione formali diſtincta, & per cõſequēs unū ſub una ratione erit notū, & ſub alia ratione erit ignotū, & hoc oſtēditur in q̃ pluribus caſibus. Nā certū eſt ꝙ primus motor prima forma & primus finis ſunt idem ſubiecto, ut patet. 12. meta. cõ. 5. & . 6. unde inquirit̃ eſſe primi motoris in philoſophia, & per demonſtrationē inuenitur, & cognoſcit̃ ſub ratione

L

qua primus motor, ſed in philoſophia naturali nõ cognoſcitur ſub rõne qua ē prima forma, licet idē ſit primus motor & prima forma. Amplius ſtat in caſu notū eſſe aliquid ſub ratione generis, & tamen illud erit ignotū quo ad rationē ſpeciei, nam quis ambigit quod oblata aliqua gemma alicui quam prius non nouerit quod ſtatim cognoſcet illam ſub ratione generis, ſciet enim quod eſt gēma aut lapis, ſed ignorabit utrū ſit topacius aut hyacinthus, licet in hoc idem ſit in genere & ſpecie, & econuerſo. poteſt etiam in aliquo caſu contingere oppoſitū, uidelicet, quod aliquid ſit notū quantum a rationē ſpeciei, & ſit ignotū quo ad rationem generis, nam. 7. primæ philoſophiæ. tex. cõm. 28. Multa ſunt genera proxima ſpeciebus, quę tamē ſunt ignota quod ratione conuincitur. Nā uidemus ex equa & aſino mulū generari, non tamē ex equa & homine aliquid generatur, quod quidē non contingit niſi quod eſt ex natura rei aliquod genus proximū in quo conuenit equus cū aſino in quo non conuenit cū homine. Et ideo ratio illa nulla eſt, ſi idē eſt eſſe partis ſubiectiuæ & ſubiecti, ꝙ ſi pars poteſt demonſtrari in ſcientia. ergo & ipſum totū, puta ſubiectū, quia ſtat aliquod mediū eſſe ad demõſtrandū id quod eſt pars, quod tñ non demõſtrabit totū ſub propria ratione propter cauſam aſsignatā. Dicam enim quod licet idē ſit eſſe ſubiecti & partiū ſubiectiuarū, iſtud tñ eſſe poterat ratione qua eſt eſſe ſubiecti eſſe per ſe notū in ſcientia in qua illud eſt ſubiectū. Et tñ ſub ratione qua eſt eſſe partis ſubiectiuæ erit ignotū. Et cõfirmatur quia de facto ita contingit, quia certū eſt ꝙ ignis eſt pars ſubiectiua ſubiecti ſcientiæ libri de cœlo & mundo, & tamen ignē eſſe demonſtratur in. 4. cœli & mundi. in tex. cõ. 32. Nec ualet ſi dicatur ad hoc, ut quidā dicere conſueuerunt quod ibi non demonſtratur ignem eſſe, ſed demõſtratur quod locus ignis eſt ſurſum & ignem eſſe ſurſum nõ ignem eſſe, quia eſt ſpecies ſeu pars ſubiectiua. Sed iſta reſponſio deſtruit iudicium Cõmē. qui ꝙ illa eſt demonſtratio ad ſpeciē ſubiecti quod raro cõtingit in ſcientia, ubi expreſſe Cõm. concedit aliquā partem ſubiectiuā in ſcientia poſſe demonſtrari demonſtratione ſigni, licet illud raro cõtingat. Non igitur ex identitate eſſe utriuſq;, uidelicet ſubiecti, & partis ſubiectiuæ contingit quod pars non poſsit demonſtrari in ſcientia tanq̃ ex cauſa per ſe, nam cū illa quę per ſe inſunt de omni ſint nunquā ne dum raro poſſet accidere quod in aliqua ſcientia poſsit demõſtrari aliqua pars ſubiectiua. Dicamus igitur nos limitantes allegatā Auer. authoritatē. in. 2. de anima. cõ. 27. & in. 6. meta. tex. cõ. 1. quod habet ueritatem, ut in pluribus, tñ q̄ñq; fallit, nā ſicut ea quæ a natura ſunt.

M

Replica.

Impugnatio.

Opinio propria.



A

ſunt. quædā ſemꝑ ſunt, q̄dā uero ſicut frequēter, ex. 2. phy. tex. cõ 48. Similiter ꝓpõnes naturales ſunt in hac differentia, qa q̄dā ſunt ſemꝑ uerę, et q̄dā ſunt ueræ frequēter. Nā ex eo quod res eſt aut nõ eſt redditur oratio uera aut falſa, unde quando contingit quod partes ſubiectiuæ ſunt per ſe notæ in ſcientia, tunc non demonſtrantur, & tunc idem eſt iudicium in hoc de partibus, & de ſubiecto. ſi aūt contingat partes ſubiectiuas ignotas eſſe, & ſcientia illa habet mediū ꝑ quod poſsit illas demõſtrare, tunc in illa ſcientia poſſunt demõſtrari, ſed quia raro hoc contingit, & denominatio fit a ſuperabūdanti, inde Auer. dixit ſpēs ſubiecti non poſſe demõſtrari meo iudicio. Et ne uideamur dicere iſta gratis, adduco authoritatē Com. in. 2. de aīa. nā poſteaq; dixerat in cõ. 27. ꝙ artifex non põt demonſtrare ſubiectū neq; ſpēs ſubiecti, limitans dictum ſuum deinde in principio com. 29. inquit. qa uult ponere hic numerū iſtarū uirtutū ſecundū ꝙ artifex ponit ſubiecta ſuæ artis, non uult ponere niſi illud quod eſt manifeſtum ꝑ ſe & dimiſit illa quæ non ſunt manifeſta donec perſcrutetur de eis, unde patet ꝙ multæ uirtutes ſeu potentiæ animæ ſunt qu in lib. de aīa demõſtrantur eē, ſicut eſt eſſe ſenſus cõis, & eē intellectus agētis, & iſta eſt ueritas. Sed tunc eſt alia ardua difficultas in uia Auer. ꝓp̄ quid eſt cū ſubſtantiæ ſeparatæ ſint principia ſubiecti meta. quod eſt ens inquantum ens, & ſecūdū Auer. in. 2. phy. cõ. 22. & . 26. principia ſubiecti poſſunt demr̄ari in ſcīa demr̄one ſigni, quare igitur ī ſciētia diuina ſub̄æ abſtractæ non demr̄antur. Ad hoc oēs ante mea tēpora quos ego uiderint dixerunt quod hoc ideo contingit, quia ſubſtantiæ ſeparatæ cū hoc quod ſunt principia ſubiecti meta. ſunt ēt partes ſubiectiuæ, & quia partes ſubiectiuæ non poſſunt ſecundū Auer. demóſtrari, ideo dicunt quod non poſſunt demonſtrari. Sed iſta opinio nullo pacto ſtare poteſt in uia eius. Nā ratio partis ſubiectiuæ non arguit ꝑ ſe ineuitabiliter quod aliquid in ſcientia nõ poſsit demonſtrari, ut ex iam deductis apparuit. Tū etiam qa data iſta ratione nõ eſſet omnimoda cõtradictio, nec eſſet ſimpliciter impoſsibile ſubſtātias abſtractas poſſe demõſtrari, ſed ſolum ex parte qua ſunt partes ſubiectiuæ, ſed nõ ex parte qua ſunt principia, cuius oppoſitum ſuſtinet Com. in com. ultimo primi phy. & in cõ. 38. phyſi. & in cõ. 5. 12. diuinorū. ubi uult nullo pacto ſcīam diuinā habere ꝑ ſe mediū ad demõſtrandū eē ſubſtantiarū ſeparatarū. Amplius iſta opinio uidetur concedere unū impoſſibile, qa uult quod aliquid ſit pars ſubiectiua et principiū reſpectu unius & eiuſdē ſubiecti quod uidetur abſurdum. qa tunc idē eſſet principium ſuiipſius, quod eſt in fine abominationis, ut colligitur ex mente Philoſophi. in. 2. de aīa. i tex. cõ. 27. & eſt authoritas ēt beati Augu. in. 1. de tri. cap. 1. ubi inq̄t. ꝙ nullus intellectus capit, ut idē gignat ſeipſum, ut ſit. Hoc autē deducitur qa ſi ſubſtātiæ ſeparatæ ſunt principia entis in ſua maxima cõitate, cū ſub tali ambitu ſint ꝑ uos ſubſtantiæ ſæparatæ, quia ſunt partes iſtius entis. igitur erunt principia ſuimet. Et ideo dicimus nos iuxta uiā eius in. 7. meta. ꝙ ſubiectū ſciētiæ meta. ē ens extra aīam quod eſt diuiſuum in. 10. p̄dicamēta, & quod diuiditur ꝑ potētiā, & actū, & ꝑ unum, et multa, unde iuxta hmõi tres diuiſiones diuiditur ſcīa diuina in tres ꝑtes, ut docet pulchre Auer. in ꝓlogo ſuo ſuꝑ. 7. meta. et iſtud eſt ens cauſatū, & iſtius entis ſubſtātiæ ſeparatæ ſunt principia ſecūdū formā, & finē, & ſecūdū efficiēs quoquo mõ, & nõ ſunt talis entis ꝑtes ſubiectiuæ, ſed bene ſunt partes entis in ſua cõitate analogiæ ſecundū Auer. aut uniuocationis ſecūdū Sco. Et hoc nullus ſanę mētis negare põt niſi ꝓteruiendo cõtra ueritatē. Dico tūc ꝙ rõ Com. ſuꝑ hoc eſt duplex. Prima eſt, quia ſubſtātiæ ſeparatæ ſunt principales ꝑtes ſubiecti mõ declarato ſumēdo ſubiectū ens inq̃tū ens in ſua maxima cõitate analogiæ, nõ aūt ens quod ē ſubiectū in. 7. 8. & 9. & . 10. meta. qa illud eſt ens cauſatū, unī iſta æquiuocatio & multiplicitas multos decipit in illa

Ardua difficultas.

B

Opinio aliorum.

Cauſatio.

C

Poſitio propria.

Ens cauſatum eſt meta. ſubiectū

D

arte, nā ſcīa illa, ut dicit Com. in ꝓœmio. 7. & in cõ. 1. 12. meta. diuiditur in duas ꝑtes: una cõſiderat de ſubſtātijs inſeparabilibus a materia, & alia conſiderat de ſubſtātijs abſtractis a materia, & ideo aliud eſt ens cuius ſubſtātiæ ſeparatę ſunt partes, & aliud cuius ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt principia ſecūdū rem, aut ſaltem ſecundū rõnem. alia autē ratio eſt ex parte medij, qa uidelicet. nõ habet ſcīa diuina mediū. Et aīaduerte ꝙ cõſequēter loquēdo ī uia Auer. iuxta p̄dictam ſolutionē ſubtiliter dicere poſſumus ꝙ in illa parte in qua ſciētia diuina cõſiderat de abſtractis ſubſtantijs ipſe ſubſtantiæ abſtractę ſunt illius partis uerū ſubiectū, ſed totius partis p̄cedētis eſt in ens inquantum ens, nõ in ſua maxima tranſcendentia, qa ſic eſt pure æquiuocū cū, ut ſic dicatur de affirmatione & negatione, & de ente in anima, & de ente extra aīam, ſed ut ens ſumitur ꝓ ente extra aīam, qđ ꝑ ſe diuiditur in. 10. p̄dicamēta, qa clarū eſt ꝙ Ariſt. in fine. 6. meta. abijcit a ſua cõſideratione en ꝑ accidens, & ens in aīa, ut patet unde nunquam memini Auer. dicere ſubſtantias abſtractas eſſe ſpecies ſubiecti meta. ſed dicit ꝙ ſunt ſubiecta ſcētiæ diuinæ. Vnde ſubtilis Doctor in. q. de ſubiecto meta. ſic attribuit Auer. et ita dicit Ant. Andreas & ſine pręiudicio melioris ſnīæ poſſet hoc ꝓbabiliter ſuſtineri. Quod ſi dicatur, qa tūc ſcīa diuina nõ eēt ſcīa una, qa nõ habet unū ſubiectū mõ ꝑ Philoſophū. 1. poſte. ſcīa una eſt unius generis ſubiecti. Ad hoc reſpõdet ꝑ authoritatē Philoſophi, & Com. in. 4. me. cõ. 2. ubi dicit, res. n. q̄ habēt unā ſciētiā nõ tantū ſunt, quarū ſubiectū eſt unū genere, aut ſpecie dictū uniuoce, ſed quarū eſſe attribuitur uni fini, aut uni agenti, aut uni ſubiecto, ita ꝙ ex uarijs cauſis unitas ſcīæ uenari põt, unde dicere poſſumus ꝙ qa totalis ſciētia, quæ in meta. traditur, tan deducit nos ad cognitionē primæ formæ, & primi finis, ad quæ in cognitiõe ultimata põt intellectus deuenire ſic ſcīa illa una eſt, ut nq̄t Auer. ex mēte Alexādri ſuꝑ ꝓlogo. 12 meta. tamen primus modus dicēdi magis cõis ē, & illum teneo, ſed. ſecundū appoſui ad excitandū intellectū. Reuertamur igitur ad ꝓpoſitum ꝙ ſecūda ratio cui innititur Auer. in. 12. meta. cõ. 5. ē qa nullū mediū aliud efficax ad ꝓbandū eſſe abſtractorū ē, niſi uia motus, & oēs rationes Auic. ad ꝓbandū in ſcīa diuina eſſe abſtractorū non ꝑtrāſeunt ordinē ſermonū ꝓbabiliū, ut dicit Com. 1. phy. cõ. ulti. & in. 2. phy. com. 22. Et in libro deſtructio deſtructionū. in diſpu. 4. in ſolutione. 5. dubij. unde ſi qua ratio adducitur in ſciētia diuina ſuper hoc tota uis illius cõſiſtit ſuper medio naturali, ſicut patet in. 2. primæ philoſophiæ. in tex. cõ. 6. ubi Ariſt. demõſtrat ꝙ in genere cauſę efficientis nõ eſt ꝓceſſus in infinitū, ubi totā illā rõnem ꝑtractat de motu, ut patet intuenti, ubi Com. ponit pulchrū documentū ibi com. 6. dicens, & conſideratio uniuerſalis in oībus cauſis in eo quod ſunt cauſę eſt huius ſcīæ. Et Ariſt. quamuis utatur hic demonſtrationibus ſcīæ naturalis, tñ inducit eas uſ. us, q̄m quanto fuerit demonſtratio uniuerſalior, tanto magis erit ꝓprior huic ſcīæ, & Ariſt. obſeruat ſe in hac intētione. ſ. in īducēdo demõſtrationes uniuerſales. alio modo q̃ in ſcientia naturali. Et hæc eſt cauſa in iteratione illarū demõſtrationū in hac ſcientia. Et ex illo loco patet ſolutio cõtra temerarios, qui dicunt Ariſt. fuiſſe malū metaphyſicū, qa maxima pars metaphyſi. cõſtat ex rationibus naturalibus. Nõ. n. uident differentiā inter illas rationes, ut adducuntur in ſcīa naturali, & ut adducuntur in ſcientia diuina. De principijs aūt ſubiecti ubi illa principia fuerint latentia, & occulta, & ſcientia illa habet mediū notius poſſunt ꝑ illud in illa ſcientia demonſtrari demonſtratione ſigni, ſicut prima materia, & primus motor quæ ſunt principia corporis mobilis quod eſt ſubiectū in ſcientia naturali, nam ꝑ tranſmutationē ſubſtantialē demonſtratur eſſe primæ materiæ, & ꝑ motū localē demõſtratur eſſe primi motoris. Si autē illa principia ſunt occulta, & habent alia principia priora, & notiora, tunc ꝑ illa poterunt demõſtra

Obiectio.

E

Solutio.

F

Cõtra modernos temerarios.

Principia ſubiecti poſſunt demonſtrari.

G ri demonſtratione propter quid in ſcientia ſuperiori continente ſubiectum illius ſcientiæ, ſicut eſt ſcientia ſubalternãs cũ ſubalternata, & iſta eſt doctrina Auer. in. 2. phyſicę auſcultationis. in com. 22. ubi inquit. cũ aũt cauſæ ſubiecti artis habuerint cauſas priores, tunc demonſtratio illarũ cauſarum erit per demonſtrationem ſimpliciter in arte cõtinente illam artem. Et erit etiã ꝑ ſignũ in illa arte, & hoc totum erit quando cauſæ ſubiecti artis latuerint. Sed dices propter quid principia ſubiecti poſſunt demõſtrari, nõ autẽ ſubiectum. Ad hoc reſpondetur ꝓpter quid ſubiectum eſt ſubiectum, & principia ſunt principia, eſt enim de ratione ſubiecti quod ſubijciatur, & concedatur in ſciẽtia, uel quia eſt notũ in ſe, uel qa ſumitur tanq̃ notũ a ſcientia ſuperiori, in qua fuit ꝓbatũ, ſed nõ ẽ de rõne principiorũ inquãtũ ſunt principia ſubiecti quod cõcedantur eſſe in ſciẽtia, imo poſſunt eſſe quæſita ubi latitãt. Reſtat ſoluere argumenta in oppoſitũ adducta. Ad primũ quod erat Antonij Andreæ. dico quod illa maior rationis non eſt uera, quod omnis ſcientia utitur uel uti poteſt demonſtratione, quia nam in ſcientijs mathematicis ſemper procedimus a prioribus & notioribus naturæ, & nobis, ut dicit Commen. in 1. phy. com. 2. & in. 7. meta. com. 10. Amplius non ſufficit ad hoc quod aliquid demonſtretur demonſtratione ſigni quod habeat effectum per quẽ poſſit demonſtrari, ſed requiritur ꝙ illud quod demõſtratur ſit occultum, & non per ſe notum, neq; ſumptum tanquam notum, & quia ſubiectum cuiuslibet ſcientiæ, aut uniuerſalis, aut particularis, uel eſt notũ, uel ſumitur tanq̃ notũ, ideo nõ poteſt demonſtrari in ſcientia in qua ſubijcitur. nã ad per ſe nota, uel ad illa quæ ſumũtur ꝓ notis non eſt demonſtratio apud ſcientiã ſic ſumentẽ illa. Ad confirmationem reſpondetur ꝙ illa non eſt oſtẽſio demonſtratiua qua utitur Ariſto. in principio libri elenchorũ, ſed eſt exẽplaris manuductio quæ nõ uſitatur in ꝓbãdo aliquid ſimpliciter occultũ in ſcientia, ſed facit aliquam innuitionẽ, unde ut ſupra dictũ fuit differentia magna ualde eſt inter uiã doctrinæ, & inter diſciplinæ maneriẽ. Vbi animaduerte ꝙ ſubiecta ſcientiarũ ſunt in duplici, ſeu triplici differentia. quædã ſunt adeo nota ꝙ ꝓpter ſui maximã claritatem & euidentiã deſpiciuntur a ſcientia, ut dicit Ariſto. in. 1. poſterio. tex. com. 25. Alia uero non ſunt adeo nota ſicut iſta, nec adeo ignota quod demonſtrari poſſunt, ſicut ſunt res naturaliter ignotæ, ſed ſunt medio mõ, & talia indigẽt aliqua innuitione, aut ſuadela, ſicut eſt uia exempli, aut uia ſyllogiſmi hypothetici per naturam, aut ſicut eſt uia inductionis, & ſimilia, dicit enim Themiſtius in. 2. poſter. cap. 11. loquens de ſubiectis ſcientiarũ, quia tum ut ſint, tum I quid ſint certum eſſe, & conſtitutum neceſſe eſt, nec alio mõ cognobiliora euadunt, q̃ inductione, aut fide aliqua, aut periculo, demonſtratione non euadunt. Vnde Ariſto. ſimilitudine, & exemplo perſuadet eſſe ſyllogiſmi ſophiſtici, nam ſic ut aliqui ſunt pulchri, & decori, alij uero non ſunt ſed apparẽt eſſe & in rebus inanimatis aliquod eſt uerum aurum, aut argẽtum, aliquod autem apparet eſſe aurum cum non ſit ita in orationibus ſyllogiſticis idem contingit quod aliqui ſunt ueri ſyllogiſmi, alij autem cum non ſint uidentur, patet ꝙ iſta ratio facit aliquam fidẽ, ſed non ſimpliciter demonſtrat aut oſtendit, unde lucidiſſimus Themi. in. 1. de anima. cap. 24. Ego uero primũ illud demiror eorum qui hoc audent dicere quod arbitrantur exẽpla uim probationum habere, quum tamen exẽplum ad faciendam fidem infirmiſſimũ argumẽtum ſit. Et eodem modo dicendũ eſt de ratione illa Priſciani in oſtendẽdo in libro conſtructionũ orationẽ conſtructam eſſe, quia eſt ſimilitudinaria manuductio, & non eſt uera demõſtratio ſigni. Ad aliud dico ꝙ Auic. in. 6. naturaliũ ex eſſe operationum animæ cognito oſtendit eſſe animæ etiam cognitum per ſyllogiſmum hypotheticum per naturam, qui non ꝓbat ſimpliciter, ſed uſitatur in his quæ indigent aliqua innuitione, nam in tali ſyllogiſmo antecedens eſt per ſe notum, & conſequens etiam, & tota illatio eſt per ſe nota, & iſta eſt clara mens, & reſponſio Auer. in. 1. priorum. in digreſſione de ſyllogiſmo hypothetico, ubi inqt, & uniuerſaliter per inductionem quam induximus apparet qđ dixit Ariſt. in hac re apparentia manifeſta, quoniã iam manifeſtum eſt ex dicto noſtro ꝙ multæ res ſcitæ per ſe ſicut eſt inuentio animæ, & alia ſunt quæ ſcimus per hanc uiam oſtenſionis. Et impoſſibile eſt, ut ſit una & eadẽ uia qua agatur ad ſtadium ſuper ſcita per ſe, & ignota per naturam, & conſimilem ſententiam habet in. 2. phyſi. in cõ. 3. Ad ultimum reſpondetur per interemptionem ſalua ſemper pace Aegidij, & Pauli, & aliorum hoc aſſerẽtium. Nam intentio Ariſto. ibi non eſt diſputare contra negãtes ſcire eſſe, aut cõtra negates ſcire fieri de nouo, qa hoc ꝑtinet ad diuinũ nõ ad logicũ, unde Com. in. 3. cœli & mũ. in cõ. 4. inquit. Diuinus debet loqui cõtra dicentẽ qđ nihil eſt permanens, & fixum, ille autem negat ſcientiam eſſe, ſcientiam autem eſſe eſt ſubiectum logices, & diuinus qui defendit ſubiecta diſciplinarum particularium debet loqui cum eo. Amplius ſequeretur Ariſt. ibi petere principium. Nam initium illius diſputationis eſt illa uniuerſalis propoſitio. Omnis doctrina, & diſciplina intellectiua fit ex præexiſtenti cognitione, iſta autem præſupponit doctrinam, & diſciplinam eſſe, nam quæſtio compoſita ſemper præſupponit ſimplicem, & hoc erat probandum. Alia igitur eſt mens Ariſt. in illo prologo, ut dicunt græci expoſitores, & eſt prælibare quæ & quot oportet præcognoſci in ſcientia demonſtratiua, & in ipſa demonſtratione, ſicut poteris uidere ſi placet.

Dubium. Solutio.

Solutio rationũ partis aduerſe.

H

Aliqua ſubſtãtia tenui ꝓbatione eſſe oſtenduntur.

K

Cõtra ægi. Ro. & Paulũ Venetũ.

L

## *Differentiæ ultimæ rerum non recipiunt magis, & minus.*

Propõ. 54.

RATIO eſt, quia ut Porphyrius in ca. de differẽtia loquẽs de differẽtijs ſpecificis inquit. ꝙ non recipiũt magis, neq; minus, ipſę. n. ſunt quæ uniuſcuiuſq; rõnẽ cõplent. Eſſe autem uniuſcuiuſq; unum & idem eſt, nec intẽſionem nec remiſſionem ſuſcipiens. & eſt etiam ſententia Ariſto. in. 8. metaphy. tex. com. 10. ubi ſcribitur, ꝙ ſpecies entium ſunt ſicut numeri. & fuit propoſitio de mente Platonis, ut dicit beatus Thomas ibi & idem uidetur ſentire Commen. 12. metaphy. c. 2. Eſt etiam de mẽte ipſius Ariſto. 5. meta. tex. com. 19. ſex ſemel eſt ſex, non eſt bis tria, neq; ter duo, ſubſtantia enim unuſcuiuſq; ꝙ ſemel. unde inde colligitur ꝙ ſpecies rerum conſiſtunt in indiuiſibili ſicut ſpecies numerorum, nam ſicut non inueniuntur duæ ſpecies numerorum ab unitate æqualiter diſtantes, ita etiã non inueniuntur duæ ſpecies entium æqualiter diſtantes a primo principio quod eſt prima, & ſumma unitas. nam ſecundũ Philoſophũ. 1. cœli & mun. tex. cõ. 100. Cõmunicatũ eſſe, & uiuere oĩbus, his qdẽ clarius, his uero obſcurius. Et Auer. 2. cœli & mundi com. 63. inquit diſtãtiæ entium ſunt ualde diuerſę in hoc. Aſſimilantur etiam ſpecies entium numeris in hoc, quia quemadmodũ qualibet unitate addita, aut remota uariatur ſpecies numeri, pariformiter qualibet differẽtia addita, aut ſubtracta uariatur ſpecies diffinita. Sunt ẽt ſpecies rerũ ſicut numeri, qa ſicut ſpẽs numerorũ nõ cõtinẽt æquales unitates, ita ẽt ſpẽs rerũ nõ continẽt ęquales ꝑfectiones. Ratio aũt eſt, qa genus nõ diuiditur in ſpẽs, niſi ꝑ contrarias differẽtias. 10. meta. tex. cõ. 24. Talis aũt oppoſitio contrarietatis ſm Philoſophũ ibidem reducitur ad oppoſitionem quæ eſt ſecundum priuationem, & habitum, ut patet ibidem in tex. com. 15. & per conſequens differentia conſtitutiua unius ſpeciei comparatur ad oppoſitam, ſicut habitus ad priuationem, & ꝑ conſequens implicat ꝙ ſint iſtæ differentiæ æqualis perfectionis, & ideo nulla uia fieri põt, ut ſint duæ ſpecies æque eſſentialiter perfectę. Aſſimilantur etiã ſpecies entiũ numeris in hoc. nã ſicut minor numerus cõtinetur in maiori ſic una ſpecies inperfecta uirtualiter continetur in maiori & ꝑfectiori. uegetatiuum enim continetur in ſenſitiuo, ſicut trigonum in tetragono, ut dicitur in. 2. de anima. in tex. com. 31. Redeamus igitur ad declarationem propoſiti Theorematis, & dicamus ꝙ differentię ultimę rerum non recipiunt magis, neq; minus quod ueritatem habet in ſubſtantijs, fallit autem in accidentibus, ita gloſſat Com. in. 8. meta. in tex. com. 10. ubi inquit. ꝙ forma ſubſtantialis non recipit magis, neq; minus. homo enim non eſt maioris humanitatis quam homo. & ſi fuerit erit ſecundum ꝙ eſt forma in materia. Nam ꝙ accidentia recipiant magis, & minus clarum eſt, ut teſtatur etiam Porphyrius, & Ariſto. in prædicamentis. De formis igitur ſubſtantialibus ꝑ perfectis ſecundum ſe conſideratis uera eſt propoſitio.

M

Quomõ ſpecies rerũ ſint numiti.



A

Limitatio propõnis.

Dixi autem notabiliter de perfectis ad excipiẽdas formas elementales quæ ſecundum mentem Auer. in. 3. cœli & mundi. in com. 67. intenduntur & remittũtur, & ſunt quaſi mediæ inter ſubſtantiam, & accidentia: ut teſtatur Cõmen. ibi propterea, quia ſunt ualde propinquæ primæ materiæ. Dixi autem ſecundum ſe propter uerbum Auer. in quo dixit, & ſi fuerit erit ſecundum ꝙ eſt forma in materia, & eſt etiam in textu ubi dicitur, & quemadmodum nec numerus habet magis, & minus, nec quæ ſecundum ſubſtantiam, ſed ſi quidem cum materia. Et per hoc uoluit intelligi materiales quaſdam, & accidentales diſpoſitiones, unde ſuper Porphyrio dicit Commen. ꝙ unus homo non eſt magis homo, q̃ alter homo, nec unus eſt magis rationalis q̃ alter, niſi quis uelut per rationalitatem intelligere rem accidentalem, a forma enim ut in materia exiſtit fluunt potentiæ naturales, uel impotentiæ, ut dicit Magnus Albertus ibidem ſecundum quas forma ſit expeditior, aut minus expedita in ſuis actionibus. Sed tunc eſt difficultas contra hoc dictum. nam ſi forma in ſe non recipit magis, & minus niſi ratione ſuarum potentiarum quæ fluunt ab ipſa forma, ut eſt in materia, tunc ſequeretur ꝙ potentiæ naturales quæ ſunt qualitates de ſecunda ſpecie qualitatis intenderentur, & remitterentur, quod eſt contra omnes Philoſophos. accideret enim tunc ꝙ in ſecunda ſpeciæ qualitatis poſſet eſſe per ſe motus, quod negat Com. in. 7. phyſi. cõ. 20. & eſt ẽt cõtra Ariſto. in. 1. de aĩa in tex. com. 65. ubi ſcribit, ꝙ ſi ſenior accipiat oculum talẽ uidebit utiq; ſicut iuuenis, ubi expreſſe colligitur ꝙ potẽtia uiſiua iuuenis, & ſenis ẽ in diuiſibili conſiſtẽs. Et ſine dubio hoc uerũ eſt, ꝙ neq; anima, neq; aĩæ potentiæ recipiũt magis, neq; minus ſm ſe, ſed bene merito inſtrumẽti, quia tales potentiæ utuntur organo corporeo in quo eſt cõplexio, & compoſitio, & unitas, & ſecundum ꝙ huiuſmodi diſpoſitiones ſunt meliores, aut deteriores. Complexio enim recipit magis & minus, ut ſciunt theorici medicinæ, & ut ſic contingit unam potentiam melius operari q̃ alteram. unde quia complexio, & compoſitio organi uiſiui eſt melius diſpoſita ĩ iuuene q̃ in ſene, ideo dicimus iuuenem melius uidere q̃ ſenex. Et ſic colligas etiam de intellectu qui in intelligendo dependet a uirtute cogitatiua quæ eſt uirtus organica, ut patet. 3. de anima. tex. com. 20. ꝙ ſecundum ꝙ organum cogitatiuæ habuerit meliorem complexionem & compoſitionem organo alterius ſic contingit unum hominem eſſe melioris diſcurſus q̃ ſit alter homo. Ex quo infero ꝙ iuuenis eſſentialiter eſt melioris diſcurſus cæteris paribus q̃ ſit ſenex, quia æqualitas ſecũdi modi, ut uoluit Princeps in prima Fen primi. doc. 3. in ca. de complexionibus. præcipue reperitur in ætate conſiſtentiæ, quia illa eſt ætas pulchritudinis, tamen ſi uidemus ſenes præcipue in operabilibus melius diſcurrere q̃ faciũt iuuenes, hoc eſt per accidens ratione diuturni experimenti ꝙ non niſi longitudine temporis perficitur in nobis, & ideo dixit Iob ꝙ in antiquis eſt ſapientia, & in longo tẽpore prudentia inuenitur. Vnde Ariſtote. propter prædictam cauſam dixit. 6. ethicorũ. cap. 9. ꝙ pueri, & iuuenes non poſſunt eſſe prudentes, unde idem Ariſto. dixit. Non minus inhærendum eſſe ſeniorum opinionibus ſine demõſtratione, quam demonſtrationibus ipſis ꝑſertim in agibilibus, & factibilibus, in quibus requiritur experimentalis cognitio, quæ non niſi longitudine temporis perficitur.

B

C

D

Scotus autem & Ant. And. in hoc quæſito tenent in. 8. meta. in ſpeciali quæſtione de hoc ꝙ quælibet forma ſubſtantialis recipit magis & minus, unde in quæſtione. 3. ita ſcribit Scotus ad quæſtionem ſuſtinendo quod ſuſcipit ad hoc notandum propter authoritates ꝙ metaphyſicus hic in octauo loquitur de forma, & differẽtia ſecundũ ꝙ pertinent ad quiditatem rei, ſed quiditas abſtrahit a ſuppoſitis non includens aliquid quod pertinet ad indiuidua, ſed ſuſcipere magis, & minus non competit quiditati ſecundum ſe conſideratę, ſed ut eſt in indiuiduis ſecundũ hoc differẽtia addita quiditati ſic uariat diffinitionem. Subſtantia ergo ſecundum ſpeciem in uniuerſali conſiderata, ut quiditas non ſuſcipit magis, & minus, ſed in ſuppoſito. patet quia hoc indiuiduum perfectius habet naturam ſpecificã quam aliud ſuppoſitum. Aliud etiam eſt notandum ꝙ aliter eſt in accidentibus, quam in ſubſtantijs, quia ſubſtãtia magis, & minus inducuntur mutatione indiuiſibili in accidentibus motu continuo, unde ſic exponunt authoritatem Philoſophi in. 8. meta. tex. com. 10. ubi dicitur, & quemadmodum nec numerus habet magis, & minus, nec quæ ſecundum ſubſtantiam, ſed ſi quidẽ cum materia, ita ꝙ ly / ſi qui dem, uel eſt duæ dictiones, ut ſit ſenſus, ꝙ ſi forma ſpecifica habet magis, & minus, hoc quidem eſt cũ materia, uel eſt una dictio, & tunc ſenſus eſt ſi quidem cũ materia. i. in iferioribus indiuiduis q̃ reſpectu eius ſunt materialia. unde nulla eſt materialitas in quiditate, ut quiditas eſt, quia ut ſic abſtrahit ab omni conditione materiali & indiuiduali. Et pro hac opinione facit articulus pariſienſis, qui dixerit ꝙ anima Chriſti in puris naturalibus nõ eſt nobilior anima Iudæ, error. Et Henricus de Ganda uo ante Scotum tenuit in prolixa. q. in. 4. quolibet. q. 15. qua quærit, utrum forma ſubſtantialis recipiat magis & minus, ſicut & accidentalis quod loquendo de forma una genere quælibet talis recipit magis, & minus. De forma autem una ſpecie loquendo ſemper in formis materialibus nulla in genere ſubſtantiæ dicitur ſecundum magis aut minus, niſi fuerit aliqua quæ ſecundum rationem ſuam ſit naturæ indeterminate, nam reprobatis uarijs, & diuerſis modis de cauſa intenſionis, & remiſſionis in formis, ipſe determinat ꝙ nullus ſpecialis modus eſt niſi unicus. ſ. ꝙ natura rei non exiſtit in termino, ſed nata eſt habere in ſe aliquam latitudinem alicuius magnitudinis, & ſecundũ illã dicitur ſm magis, & minus, & ideo ꝙ ſecundum aliquas formarum dicitur magis, & minus. huius cauſa eſt natura, & eſſentia formarum in ſe. ſecundum illas. n. quæ conſiſtunt in indiuiſibili, & non ſunt natę habere magis & minus, in ſua eſſentia nihil dicitur magis, neq; minus & ideo ſi forma humanitatis, aut animæ rationalis ſit talis inter omnes formas ſpecificas ſubſtantiæ quod non conſiſtit in indiuiſibili ut participabilis ſit ſecundum gradus a Chriſto ſecundum unum gradum, & ab alijs hominibus ſecundum alium gradum. bene uerum eſt ꝙ anima Chriſti in natura ſua nobilior eſt, & ſuperior in gradu naturæ, q̃ anima Iudeæ. Vel forte ut inquit, eſt alius modus ſecundum quem hoc poteſt cõtingere quem fatetur ſe ignorare, & ſubdit, & propter illam eandem rationem qua in formis ſpecialiſſimis ſubſtantiæ non eſt ſecũdum eos magis, uel magis niſi in forma humana, uel anima rationali. iuxta hoc quod determinauit quondam Epiſcopus Pariſiẽſis, cuius ſententiæ non contradico, ſimiliter neq; in alijs quæcunq; ſint &c. Sic igitur patet ꝙ iſti uiri generaliter tenent in formis ſubſtantialibus eſſe magis, & minus ſecundum prædictum modum. Auer. uero ſolum in formis elementalibus. Communis tamen opinio tenet in

Scotus ĩ. 8. meta. qõ. 3 & Ant. Andreas ibidem. q. 7.

E

Opinio Hẽrici de Gãdauo ĩ quolibeto. 4. q. 15.

F

Opĩo cõis.

G tia Ariſto. ꝙ formæ ſubſtantiales perfectæ non recipiunt magis, neq; minus, nec in ſe, nec ut ſunt in ſuis indiuiduis, quia tunc in eis poſſet eſſe motus. nam ut inquit Cōmen. in tertio phy. com. 4. motus nihil aliud eſt, quam generatio partis poſt aliam illius perfectionis ad quam intendit motus donec perficiatur, & ſit in actu, & illa ratio ponitur ab Auicen. in. 3. ſufficientiæ ſuæ ca. 1. quod incipit. Ponemus fundamentum. dicit enim ꝙ in ſubſtantia nō eſt motus, quia non eſt magis, neq; minus. Opinio ēt Peripateticorū tenuit ꝙ ī talibus formis ſubſtātialibus ſpālisſimis ſit ęqualis participatio a ſuis indiuiduis. ꝑticipatione. n. ſpēi plures homines ſunt unus homo ſine aliquo diſcrimine, ut teſtatur ipſe Porphyrius, inquit enim in cōmunitatibus differentiæ, & ſpeciei quod cōmune eſt utriq; æqualiter participari, homine enim æqualiter participant particulares homines, & rationali differentia. & priſci etiam Theologi ante deciſionem reuerendi pariſienſis Epiſcopi hoc tenuerunt. unde Grego. in. 21. moralium exponens illud Iob. 31. Nunquid non in utero fecit me qui & illam operatus eſt, dicit ſic. Magna eſt uirtus humilitatis conſiderata ęqualitate conditionis. omnes nanq; homines ſecundum naturam æquales ſunt, ſed accidit diſpenſatorio ordinis, ut quibuſdam prælati uideantur. Si ergo a mente deponimus ꝙ

H temporaliter acceſſit inuenimus citius quod naturaliter ſumus. Si enim apud ſeipſum deſcendit de uirtute culminis citius planitiem inuenit naturalis æqualitatis. nam omnes homines natura ęquales genuit, homo quippe animalibus irrationalibus, non autem cæteris omnibus hominibus natura prælatus eſt. tamē quicquid ſit de hoc, in hoc me ſubmitto romanæ eccleſię: unum ſcio ꝙ illa opinio Peripatetica non eſt, unde. 3. meta. tex. com. 11. In indiuiduis nō eſt hoc prius, & illud poſterius.

*Difficultas contra Auer.* Sed Auer. in uia ſua habet unā præcipuam difficultatem, propter quid eſt ꝙ cum ſecundum ipſum formæ ſubſtantiales elemētorū cū intenſionē, & remisſionē ſuſcipiant, non ſic aūt eſt de figuris ipſorum cū ſint accidentia.

*Solutio Auer.* Hanc aūt difficultatem Cōmē. iſto mō euadere conatur. 3. cœli & mun. in. c. 67. dicēs, Dicemus ꝙ figuræ ſunt ex qualitatibus aſſociatis formis ſubſtantialibus perfectis in hoc quod non recipiunt diuiſionē & ideo carent motu alterationis, ut dictum eſt in. 7. phy. ut patet ibi in tex. com. 15. & 16.

*Obiectio.* Sed tunc cōtra Auer. inſurgit maior difficultas, quia ꝓpter eadem cām etiā formæ elementales non debēt recipere diuiſionē, quia ꝑ Philoſophū. in. 5. phy. tex. com. 10. in ſubſtantia non eſt motus. Amplius ſequi uidetur ꝙ forma ſubſtātialis elemēti ſit minoris raritudinis & ꝑfectionis, q̃ figura q̃ eſt qualitas in eis. nam quod intendantur, & remittantur habēt ex

I ſua perfectione ꝓpter multum uicinari naturæ materiæ, ut inquit in. 9. phy. com. 82. & tunc ſi figura non intēditur neq; remittitur, quia in hoc aſſociatur formis ſubſtantialibus perfectis. ergo ut ſic figura uidetur eſſe magis eleuata a natura materiæ, & ab imperfectione, per conſequens q̃ ſit ipſa forma ſubſtantialis elementi, quod nullus ſani capitis fateretur.

*Solutio.* Ad hoc dicendū puto ꝙ ſenſus Auer. talis eſt, ꝙ figuræ aſſociantur. i. aſſimilantur formis ſubſtantialibus perfectis, ꝙ quemadmodū illæ non recipiunt diuiſionē ſecūdū magis & minus, ſic nec figuræ. unde author ſex principiorū in ſimili dicit, ꝙ ſubſtantiæ, & qualitatibus in quātitate magis & minus, non conuenit. qm̄ ipſarū impoſitio in termino eſt ultra quē trāſgredi impoſſibile eſt. qualitates aūt in quantitate appellat qualitates de quarta ſpecie, ut eſt forma uel circa aliquid cōſtans figura, ut ēt dicit Auer. in. 4. phy. com. 18. ubi dicit ꝙ Ariſt. in. 7. declarauit ꝙ motus alterationis non inuenitur in prædicamento qualitatis, niſi in genere qualitatis pasſiuæ ſecundū tactū, guſtum, & uiſum. nam iſtæ qualitates recipiunt magis, & minus, & non eſt ita de qualitatibus quæ ſunt in anima, & in animato, & qualitate quæ eſt ſecundum quantitatem. per qualitates. n. quæ ſunt in anima, & animato intellexit qualitates de prima ſpecie qualitatis, quæ ſunt habitus, & diſpoſitiones, & per qualitates ſecūdū quantitatē qualitates de quarta ſpecie, & ita etiam dicit in. 7. phy. in com. 15. & eſt ēt ſententia Boethij in prædicamentis. in hoc igitur conuenit figura cum forma ſubſtantiali perfecta ꝙ ſecūdum rationem formalem eſſentia earum conſiſtat in termino, & in indiuiſibili. unde Ariſt. dicit prædicamentis aſſignās rationem quare qualitates in quantitate, ut triangulus uel quadrangulus, & huiuſmodi non ſuſcipiunt magis, & minus, dicit, quæcunq; enim diffinitionē trianguli, uel circuli recipiunt ſimiliter trianguli, uel circuli ſunt.

K Ex hoc tamen non licet īferre ꝙ figura ſit perfectius, & magis ens q̃ forma elemētalis. nā ꝑdicamentū qualitatis recipit magis & minus, prędicamentū aūt quātitatis nō recipit magis, neq; minus, ut dicit Auer. in prædicamentis, ſimiliter relatio ſecundū plurimū ſui magis & minus nō recipit, & tamē nō dicimus prędicamentū qualitatis eſſe minoris ratitudinis eſſendi q̃ prędicamētū quātitatis, cū quantitas inſequatur materiam, & qualitas formā, aut ſaltem nō eſt minoris ratitudinis, quā ſint illę relationes quæ non recipiunt magis & minus. nā ut inquit Cōmē. 12 meta. com. 19. relatio eſt debilioris eſſe alijs prædicamentis, ita ꝙ quidā reputauerūt ipſam eſſe ex ſecundis intellectis, unde licet in genere ſubſtantiæ formæ, quę nō recipiūt magis neq; minus, ſint perfectiores, quā formæ elementales quæ recipiūt magis

L & minus, ſecundū Com. tamē cōparando formā unius ꝑdicamenti ad formā alterius prædicamenti. Ex hoc non licet uniuerſaliter hoc inferre, imo ſi recte ſpeculatus fueris inuenies ꝙ in formis eiuſdem prædicamenti in ꝑdicamentis accidētiū hoc generaliter locū nō habet. nā certū eſt ꝙ in qualitatibus tertiæ ſpeciei in quibus eſt motus alterationis eſt reperire magis & minus, ut ſunt qualitates tangibiles. qualitates aūt de quarta ſpecie non recipiunt magis neq; minus. nullus aūt ſanę mentis diceret qualitates quartæ ſpeciei, ex eo ꝙ nō recipiunt magis, neq; minus eſſe maioris entitatis, & perfectionis, quā qualitates tāgibiles cū illę nō ſint de uirtutibus actiuis, ſicut neq; quātitas in qua fundātur, ut dicit Com. in. 4. phy. auſcul. in cō. 84. quantitas non eſt de potentijs actiuis, ſed ſequitur potētias actiuas, & operationes earū. ſ. calidū, & frigidū, immo Ariſt. oēm realē trāſmutationē, & alterationē in iſtis generabilibus inuentā reducit ad iſtas quatuor primas qualitates cōtrarias, quibus mediantibus fit actio, & pasſio. Nō bene igitur inferebatur ꝙ figura cū ſit accidēs, & nō recipiat magis, & minus. forma autē elementi recipit, ergo eſt magis ens, & perfectius ens, q̃ forma elemēti. nā perfectio in formis ex operationibus earū innotuit a ſigno philoſophis, ſicut di-

M cit Com. in. 6. diſpu. in libro deſtructio deſtructionum in ſolutione ſexti dubij. ubi iuquit, ꝙ Philoſophi ſumpſerunt ſignum ſubiecti ex pasſionibus, ſicut ſignum formæ repererunt ex actionibus. impoſſibile enim eſt ꝙ actio, & pasſio ab una, & eadem natura ꝓcedant. Manifeſtum eſt autem ꝙ forma elementi longe nobiliores operationes habet, q̃ figura: tum quia facit hoc aliquid quod nō facit figura, tū etiā quod eſt principiū effectiuū principale motus localis intrinſecū in ipſis elementis. Nam Cōmen. in primo cœli & mun. in com. 17. inquit declarando deſcriptionē grauis, & leuis ibi poſitas: & intelligendū eſt ex deſcriptione grauis & leuis naturā quæ eſt innata ad mouēdum ad mediū uel a medio. ſ. habitum & formā, ex qua ꝓcedit hæc operatio, etſi hoc nomē grauitas & leuitas nō dicantur uulgariter niſi ex accidente.

*Alia difficultas.* Sed tunc iterū inſurgit noua difficultas in uia Auer. nam figura eſt de accidentibus terminatis. talia autem inſequuntur formā, ut patet in. 1. cap. de ſubſtantia orbis, & ideo mirabile uidetur ꝙ cauſa ad quā conſequitur aliquid recipiat magis & minus, & ſuus effectus non recipiat magis & minus.

*Solutio.* Niſi eſſet ꝙ accidentia terminata ſunt a forma tanq̃ a fine, ſed ſunt ab agente tanq̃ a cauſa efficiente, quia agens dās for-



A mam dat accidentis cōcomitantia formam mediante tamen forma. ab agente autem. & forma accidentia emanāt ſecundum ꝙ ſunt apta nata emanare, & ideo ſi forma eſt intenſionē recipiens, & remisſionem, figura uero non eſt capax intenſionis, & remisſionis forma illo modo, & figura diuerſo modo erit ab agente. Accedit etiam ꝙ figura in elementis non eſt eſſentialiter ſicut in cœlo, ſed eſt accidētaliter, quia in eis intendebatur receptio multarum figurarum cum eſſe elementorum eſt propinquius ad eſſe primæ materiæ, quā ad eſſe formæ, ſed corpus cœleſte ē ecōtrario, quia ſuum eſſe eſt propinquius formis, ut dicit Cōmen. in ſecundo cœli in com. 22. Elementa enim de ſe infigurata ſunt, ſicut materia de ſe informis eſt, ſed recipiunt figuram per accidens, uidelicet ratione continentis, ut dicitur in. 3. cœli & mun. in tex. com. 67. et ideo nō ualet ſi forma ſubſtātialis elemētis intēditur, & remittit, ergo et figura, qa nō eſt de accidētibus eſſentialiter cōcomitātibus formam elementariam, ſed per accidens modo declarato.

*Propō. 55.*

## *In ſpecie atoma eſt comparatio.*

FAMOSA eſt propoſitio, & colligitur ex mente Philoſophi in. 7. phy. tex. com. 29. & 31. ubi inter alias conditiones requiſitas in uera comparatione addit ꝙ debēt

B eſſe unius naturæ, unde dicit in genere latitare æquiuocationes. Veritatē aūt habet ꝓpoſitio de phyſica cōparatione. de tali. n. loquitur Philoſophus ibi. illa enim requirit unitatē naturæ, ſpecies aūt uere una natura eſt. nā ſpecies cōpletiue ſumitur teſte Porphyrio in ca. de differētia, & teſte Philoſopho in. 7. primæ philoſophiæ tex com. 43. ab ultima differentia ſeu ultimo actu qui unus eſt uere in natura, ſed genus nō ſumitur ab aliqua una forma in natura uere exiſtēte, ſed ſolū ſecūdū rationē. Non. n. eſt aliqua forma realis in natura ꝑ quā homo eſt animal, alia ſecūdū rē ab illa per quā hō eſt hō, oēs tn̄ hoīes cū ſint unius ſpeciei conueniunt in forma quæ cōſtituit ſpeciē, quia quilibet habet animā rōnālē, ſed nō eſt in hoīe, & equo, & aſino, aliqua anima cōis quæ conſtituat animal præter illā animā quæ conſtituit hominē, & præter illā quæ conſtituit æquū aut aſinū. Nā ſi ita eē genus utiq; phyſice eēt una natura. Et in eo poſſent fieri cōparatiōes. unde lucidisſimus Themi. in. 1. de anima. ſup. 8 tex. ubi Ariſt. inquirit utrū diffinitio de aīa inueſtiganda ſit una unitate generis ſicut aīal, aut ſit una ſecundū ſpeciem inquit. Neq; parū refert hoc an illo mō diffinias. genus. n. aut mera notio eſt ſine euidētia ſoliditateq; aliqua, ſed ex tenui ſub obſcuraq; ſimilitu-

C dine ſingularium collecta, aut penitisſime nihil, aut quam ſingularia multo poſterius. at ſpecies natura quædam eſſe amat & forma. nam ratio hominis ſimul atq; iugata materiæ eſt, homo fit. & ꝓpter hoc Boethius bene dixit, ꝙ ſpecies eſt tenuis ſimilitudo ex indiuiduis collecta, & genus lōge magis tenuis eſt ſimilitudo ſpecierū. hic igitur Ariſt. ſecundū phyſicā rationē loquutus oſtēdit phyſicas cōparationes eſſe in his quæ ſunt eandē naturā participantia, et quia ſpēs ſpecialisſima unā naturā, & unam formam realē importat, iuxta illud Porphyrij, participatione ſpeciei plures homines ſunt unus hō, ideo in tali ſpecie phyſicæ cōparationes fiunt, & ideo Ariſt. uult ibi ꝙ motus localis nō eſt cōparabilis motui alterationis, nec motus localis rectus comparari debet motui circulari, quia non ſunt eiuſdem ſpeciei.

*Contra ſophiſtas.* Ex quo aduerte q̄uo infinita argumenta ſophiſtarū ſolita fieri. 5. & 6. phyſi. de unitate, & diuerſiate motuū, & de continuitate ac de contrarietate ſoluuntur, quia ſunt argumenta imaginaria ſecundū mathematicam conſiderationē ꝓcedentia, non ſecundū phyſicā conſiderationē. nā cōparant motus rectos circularibus, & imaginantur graue moueri per chordā, & aliud moueri per arcum, & quærunt utrū iſti motus deſcenſus ſint eiuſdē ſpeciei, & imaginantur aliquid moueri duobus motibus, uidelicet motu lineæ gyratiuę quę mouetur circūdādo colū-

D nā, & ex motu puncti ſuper linea taliter mota, & ſic imaginantur lineā helicā, & infinita ſimilia, quæ ſunt intricamēta intellectus, & nullius roboris neq; momenti ſunt in philoſophia. omnia enim hoc fundamento ſoluuntur, quia tales caſus non ſunt admittēdi in philoſophia naturali. male autē & praue diſputat mathematicus cū naturali per regulā Ariſt. in primo poſter. analyticorū, unde tene menti hoc fundamentū, & confirma per authoritatē Auer. in. 1. cœli & mun. in. com. 5. ubi Ariſt. diffinitiones motuū circularis uidelicet, & recti ꝓponit dicens, ꝙ motus circularis eſt qui eſt circa mediū. motus autē rectus eſt uel a medio, uel ad mediū. inquit. n. ꝙ tales diffinitiones intelligun tur de motibus ſecundū ꝙ ſunt motus naturales ſenſibiles, & in corporibus motis natura, non uiolētia. per hoc. n. excipiuntur oēs motus imaginarij, ſicut eſt motus puncti, et lineę, et ſicut ſunt motus corporū mathematicorū, & excipiuntur oēs motus artificiales.

*Summa totius limitationis.* Vnde ꝓpoſita propoſitio ueritatem habet ſecundum phyſicā comparationē. fallit aūt ſecundum logicam conſiderationem. nam in genere poſſunt fieri cōparationes ſecundū logicū, quia ille ſolū cōſiderat unitatē conceptus ſecundū rationē: nō aūt cōſiderat unitatē formæ ſicut naturalis. unde Ariſt. in ꝑdicamētis cōparat ſpēs, & genera ad primas ſubſtantias. Fal-

E lit ēt ſecundū mathematicā cōſiderationem, quia propoſitiones mathematicę ſunt fundamenta imaginationis, ut dicit Com. in. 3. phy. com. 60. unde motus ſpē differentes poſſunt inuicem cōparari ſecundū imaginariā cōparationē. ſic. n. cōparari poteſt rectū circulari. gloſſa eſt Auer. in. 7. phy. com. 29. nā geometra dicit ꝙ linea recta eſt breuisſima quæ duci poteſt inter duo puncta. Fallit ēt ſecūdū cōſiderationē diuinā, quia ſcientia diuina eſt ſcīa ulis, et conſiderat ens inquantū ens, & quæ illi inſunt ut ſic. et iō ille habet cōſiderare oēm cōparationē ſub rationibus trāſcendentibus, & generalibus. unde diuinus comparat ſubſtantiā ad accidēs in ente quod eſt unū analogice dictum ſecundū uiā antiquā. quod nō dicit aliquā naturā aliā a natura ſubſtantiæ, & aliā a natura accidentis, ſicut dicit Cōmen. 10. meta. com. 8. contra Auic. & 12. meta. com. 19. & 20. ens enim per prius dicitur de ſubſtātia, q̃ de accidēte. unde dicit metaphyſicus, ꝙ ſubſtantia eſt magis ens, q̃

F accidens & uerius ens. nā ſecūdū Philoſophū. 7. meta. tex. com. 2. & 12. meta. tex. com. 3. accidentia non ſunt. n. niſi quia entia. unde Auer. 7. meta. com. 2. inquit in principio cōmenti cū declarauit ꝙ hoc nomē ens ſignificat ſubſtantiā, & accidentia ſubſtantiæ quæ ſunt nouē prædicamenta. intēdit declarare, ꝙ hoc nomē ens principaliter, & ſimpliciter ſignificat ꝑdicamentū ſubſtantiæ ſecūdario, & determinate. ſ. relatiue ad ſubſtantiā, alia prædicamenta accidentiū quæ non dicūtur eſſe, niſi quia accidūt enti quod ē ens per ſe. Similiter ēt in ſciētia diuina cōparari poſſunt genera accidentiū inter ſe, ut dicamus, uerbi gratia, ꝙ prædicamētū qualitatis eſt magis ens, q̃ ꝑdicamētū quātitatis. Similiter Com. 12. meta. com. 19. comparat prædicamētum relationis reliquis prædicamentis dicens, ꝙ eſt debilioris eſſe omnibus alijs prædicamentis.

*Propō. 56.*

## *Priuatio cognoſcitur per habitum.*

PROPOSITIO iſta colligitur ex. 3. de aīa tex. cō. 25. ubi Com. declarat ꝙ uniuerſaliter oēs priuationes non cognoſcuntur niſi per contraria, iuxta textū. ſ. per cognitionē habitus, & per cognitionē defectus habitus, & ita eſt de ſenſibus ſicut de intellectu. quēadmodū. n. uiſus cōprehendit obſcuritatē per cōprehenſionē defectus lucis, ita intellectus cōprehendit priuationē per cōprehenſionem defectus formæ. undæ Ariſt. in. 7. primæ philoſophię tex. com. 23. inquit. Contrariorū mō quodā eadē ſpēs eſt, priuationis. n. ſuba, ſuba illa quæ oppoſita eſt, ut ſanitas infirmitatis. illius. n. abſentia cognoſcitur infirmitas. unde ratio alterius oppoſiti eſt quodāmodo ratio, & ſubſtātia pri-

G uationis cui illa forma oppoſita eſt. unde per rationē formæ cognoſcitur forma,& priuatio formæ, alio tñ & alio modo,quia per formā cognoſcitur ipſamet forma,ſed per abſentiā formæ cognoſcitur priuatio eius. Pro quo animaduerte ꝙ ſicut in tranſmutatione reali alterū contrariorū ſufficiēs eſt facere abſentia,& p̄ſentia mutationē, ut dicit Ariſt.in.1.phy.tex.cō.68.nā forma quæ eſt contrariū principiū reſpectu priuationis,ſui præſentia ſufficit in generatione,& ſui abſentia ſufficit in corruptione, ſic imaginari debes ꝙ forma ꝑ ſui ſpeciē ducit in cognitionē ſui, & ꝑ ſui abſentiā ducit in cognitionē ſui oppoſiti,ſic ſubā priuationis eſt quoquo mō ſubā formæ oppoſitæ, & iſta eſt dr̄a ut dicit Com.7.met.cō.23.inter cōtraria q̃ ſunt in materia & inter cōtraria quę ſunt in aīa,qa aīa recipit formas contrarias,quoniam formæ cōtrariæ in anima quodāmodo ſunt eadem forma,& hoc erit ſecundum ꝙ eſt maniſeſtius de eis,non quia congregantur in anima duæ formæ contrariæ inſimul,quēadmodū non congregantur extra animā,quoniā eſſe alterius eſt corruptio alterius,& corruptio alterius eſt generatio reliqui.in quibus uerbis uidetur Com.maniſeſte contradicere ſibi ipſi, quia prius dixit ꝙ anima recipit contraria, quia formæ contrariorum in aīa quodāmodo ſunt eadem forma demum dicit ꝙ contraria

H Expoſitio uerborum. ſimul non ſunt,nec in anima,nec extra animā, quia generatio unius eſt corruptio alterius, & econtra. Ideo nota ꝙ ſubtiliter loquitur Cōmen.ſi bene aduertis,quia contraria inquantum contraria nullibi ſimul eſſe pn̄t, quia ex ſuis rationibus formalibus ſunt incōposſibilia. unde licet anima recipiat ſimul ſpecies contrariorū, tñ ſpecies contrariorū non ſunt contrariæ,ſicut ſunt formæ contrariorū contrariæ ut exiſtunt in materia.unde uidemus ꝙ in eodē puncto in potentia uiſiua eſt ſpecies albi,& nigri, & ita in ſenſibus interioribus,& in intellectu,qa quę cōtrariantur in materia nō oportet ꝙ ſint contraria in aīa, quia aīa recipit ſimilitudines rerū,non aūt rerū materiale, ſicut cera recepit ſimulacrū characteris aurei aut ferrei,non autē recipit ferrū,aut aurū.ꝓpriū.n. ſenſus eſt eſſe ſuſceptiuū formæ ſine materia, & multo magis intellectus.unde.3. de aīa.tex.com.38.lapis non eſt in aīa,ſed ſpecies lapidis, unde intellectus dicitur locus ſpecierū.3.de aīa.tex.com.6.et Com.in libro deſtructionū in ſolutione.18. dubij inquit, quęlibet forma duobus modis hābet eſſe,uidelicet eē intelligibile quando comprehenditur ſeparata a materia ab intellectu,& eſſē ſenſibile,uidelicet id quod habet actualiter in materia, uerbi gratia lapis ſine dubio formā habet materialē extra aīam,et aliā formā q̃ eſt intellectio,& cō-

I prehenſio facta in aīa,ꝓut aīa rōnalis capit eā ſeparatā.uñ ſi ſpēs contrariorū in aīa eſſent contrariæ, utiq; ſimul eſſe non poſſent.unde cū opiniones de contradictorijs ſint cōtrariæ ſimul in aīa eſſe non pn̄t,ut patet.4.meta.tex.com.9.& ideo dixit Com.ꝙ ſi aīa recipit contraria hoc eſt ſecundū quod eſt maniſeſtius de eis,hoc eſt dictu ꝙ unū cōtrariorū maniſeſtius redditur per cognitionē alterius contrarij.nō quod cōtraria quatenus contraria ſimul eſſe poſſunt,nec in aīa,nec extra aīam,ſed in aīa hoc contingit ꝙ aīa in cognitione unius cōtrarij iuuatur per cognitionē alterius,ut patet.2.cœli & mun.tex.com.40.ubi dicitur ꝙ cōtraria ſenſibiliora ſunt inuicē poſita,ſed unū cōtrariū in materia exiſtens impeditur,& corrūpitur ab alio,et in hoc eſt differentia,unde contrariorū mos eſt,ut magis appareant ſenſui,q̄ res non cōtrariæ,eo ꝙ unūquodq; contrariorū ſe mutuo oſtendūt atq; inſinuāt,ut dicit Com.in paraphraſi ſuper.2.cœli ſuper tex.com.40.Si igitur aīa ſimul recipit ſpēs contrariorū,ꝓpter hoc non dr̄ recipere contraria ſimul,qa ſpēs contrariorū non ſunt contrariæ. forma igitur per ſe ducit in cognitionē ſui directe,ſed per abſentiā ducit in cognitionē ſuæ priuationis.ſic rectū.n.idem iudex eſt ſui,& obliqui,ut dr̄ primo de aīa tex.com.85 ſic ēt eadē eſt ſubſtantia priuationis & oppoſiti, quia priuatio ꝓpriā ſpeciē non habet. Aduerte tamē ꝙ licet ita ſit, tamē contingere poteſt in aliquo caſu priuationes notiores eſſe nobis aliqbus habitibus ꝓpter noſtrū modū intelligēdi,q eſt tēpori,& continuo obnoxius,unde.7.meta.tex.cōmen.1. multoties debiliter nota,& parū aut nihil entis habent,attamen ex male quidē noſcibilibus ipſi,aut noſcibilibus quæ omnino noſcibilia noſcere tentandum. unde patet ꝙ motus, & priuationes, & accidentia non ſunt tante ratitudinis,ſicut ſunt ſubſtantiæ rerum,& tamen ſunt magis nota quantū ad noſtram primā cognitionē,quę ortum habet a ſenſibus:quam ſubſtantiæ rerū,quia talia ſunt magis ſenſata,quia talia cadunt ſub ſenſu tanquam ſenſibilia per ſe,uel ut ꝓpria,uel ut cōmunia.ſed ſubſtātia nō ita ſenſibilis eſt,ſed per accidens,& ſi ſentitur hoc non eſt niſi a ſenſibus hominis inquantum hominis,ut uoluit Cōmen. in.2.de anima,et ꝓpter hoc licet priuatio cognoſcatur per habitum,tamen potet contingere priuationem quādoq; notiorem eſſe aliquo certo habitu.unde Auer.8. phyſic. com.27.ubi Ari.diffinit quid ſit mouens per ſe, per negationem motoris per accidens inquit,& fecit hoc quoniam illud quod eſt per accidens eſt notius illo quod eſt per ſe, & ideo accidit in quibuſdā locis deſcribere habitū per negationem priuationum. Propoſita igitur propoſititio ꝙ priuatio cognoſcitur per abſentiam formæ,uera eſt utplurimū,tamen ubi accidit priuationem notiorem eſſe forma, tunc per negationem priuationis deducimur in cognitionem formarum.& ſic ut dicit Dionyſius in libro de diuinis nominibus.de deo magis cognoſcimus quid non eſt, q̄ quid ſit.nam ut ſcribitur.2.meta.tex.com.primi, ſicut ſe habet oculus noctuę ad lucem diei, ſic ſe habet intellectus animæ noſtræ ad ea quæ maniſeſtiſſima ſunt in natura. Aduerte etiam quod contingere poteſt ꝙ aliqua diffinitio data per priuationem aliquā magis notificat ſubſtantiam diffiniti q̄ data per habitum oppoſitum, & hoc in caſu quo priuatio eſt magis naturalis rei deſcriptę,q̄ habitus cui opponitur illa priuatio.ſicut contingit in diffinitionibus elementorum grauium & leuium,quarū quædā dantur per motum,& quædam dantur per quietem,ut patet.4.cœli & mundi.nam graue diffinitur per motum, ſic graue eſt quod mouetur ad medium,& diffinitur etiā per quietē,uidelicet graue eſt quod quieſcit ſubo i corpore, uidelicet graue ſimpliciter. Silr̄ leue diffinitur per motū,et eſt illud quod mouetur a medio,& diffinitur per quietem. uidelicet leue eſt quod quieſcit ſupra omnia corpora. & Commen.4.cœli & mun.com.26.ubi inquit. & iam deſcripſit ſuperius graue,& leue alia deſcriptione, & eſt q̄d graue eſt illud quod mouetur ad medium, & leue quod mouetur a medio. Sed hæ deſcriptiones quas modo dixit magis appropinquant ueritati, quia motus nō accidit eis, aut a medio, aut ad medium, niſi poſt uiolentiam. quies autem leuis ſupra omnia corpora, et grauis ſub omnibus corporibus eſt eis naturaliter,& ideo iſta diffinitio magis demonſtrat naturas eorum,& in iſtis diffinitionibus in loco differentiarum accipiūtur actiones prouenientes ab eis,cum differentię lateant. Patet igitur ꝙ quæ eſt priuatio motus magis notificat naturas elementorum,quam motus qui eſt tanquam habitus. ✠ Intelligere etiam quod eſt optima operatio magis quieti comparatur q̄ motui primo de anima.48.&.7.phyſi.20. Iam igitur uides quomodo famoſitas ꝓpoſitionū multos decipit ēt illuſtres,& magnos uiros.unde ex hoc Albertus cognomēto magnus & diuus Tho.& Aegid.romanus ī hoc cū reuerentia ꝓpter p̄dictam cām defecerūt,nā Albertus ponit corpus mobile quieſcibile eē ſubiectū, & Aegidius cū eo diuus Tho.ens mobile. ✠Pro opinone Alberti facit authoritas Com.8.phyſi.com.23.ubi.d.ꝙ motus eſt notior quo ad nos,quiete,quia motus eſt habitus,& quies eſt priuatio, & ideo dicere omnia moueri eſt minus exire a uia naturali,quam dicere omnia quieſcere, licet utrunque ſit falſum

K Priuatio quādoq; ē notior habitu.

Cōmentis. 63.&.65.

L

M

Contra Alber.ſanct. Tho.& Aegid.

ADDItio



A ſit falſum.ſed dictu ꝙ ad rationem formalem duo requiruntur,& notitia & uniuerſalitas, quia aūt motus non omnia comprehēdit,oportet addere quietem etiā,& licet motus ſit notior,tamen etiam quies eſt per ſe nota,ut patet.8. phy.22.&.23.Quare autem non ponunt mobile, & quieſcibile non ſatisfacit ratio q̄ dicūt, quia quies eſt priuatio, quia licet priuatio ſit,tamē eſt ſenſibile cōmune ſicut motus,ut patet.2.de anima.tex.cō.64.unde Ariſto.in 8.phy. in tex.cō.22.īquit,omnia igitur quieſcere,& huius rōnem quærere dimittentes ſenſum infirmitas q̄dam eſt intellectus.& infra tex.cō.26.contra negantes quietē ſicut erant illi qui omnia ponebant in motu dicit. Sed de hoc quidem intendere,& quærere rōnem eorū quæ dignius habemus, q̄ ſi rationis indigeremus,eſt hominis male iudicantis qd eſt melius & peius,et credibile,& nō credibile,& pricipiū, & nō principium.& Auer.ibi in cō.dicit,ꝙ iſta opinio cōtradicit ſenſui,& omnis opīo cui contradicit ſenſus non eſt bona opinio.apparent enim hic res quæ mouenť in rei ueritate,& iudicat ſenſus pręciſe eas moueri in rei ueritate ꝓpter congregationem quinque ſenſuum in teſtimonio ecōtrario ei quod apparet ſenſui uiſus quod ei apparēt aliqua moueri quæ non mouenť. Patet etiam ꝙ hoc cōmune eſt etiam de quiete ꝙ per congregationem omnium quinque

B ſenſuum poſſumus ꝑcipere aliqua eſſe quieſcētia. Amplius Ariſto.non dubitauit ponere quietem in diffinitione naturæ quæ eſt de primis principijs ſuppoſitis in ſciētia naturali,& conceſſis non demōſtratis,ut eſt ſententia Philoſophi 2.phyſi.tex.cō.6. & late probatur contra Auic. per Auer.ibidem in cōmen.3.unde cum diffinitio naturæ cōmunis ſit ſuperioribns, & inferioribus debuit poni motus & quies præſertim ꝙ quies in ſimplicibus & mixtis q̄ mouentur ad motum ſimplicis dominātis in eis ſit magis naturalis q̄ motus, quia motus non competit illis,niſi quando paſſa ſunt uiolentiam.ſic corpus quod eſt uniuerſale ſubiectum dicitť habere rationem cōem naturalem omnibus. quies autem eſt magis naturalis aliquibus corporibus q̄ motus.unde Auic.in hoc melius loquutus eſt in primo ſuę meta.dicens,ꝙ ſubiecta ſcientiæ nālis ſunt corpora mota & quieſcentia. Aut longe melius diximus nos in ſpeciali quæſtione noſtra de hoc ꝙ corpus naturale eſt ſubiectū adæquatum inquantum natura, quæ eſt ratio formalis eſt principium motus & quietis.

Auicen.

Propō 57.

## *Semper propter quod vnumquodq; tale,& illud magis eſt.*

C VULGATA paſſim auctoritas, & eſt Ariſto.in p̄ poſte. analyticorum. Et in ea etiam concordat ſciētia diuina propter uniuerſalitatem conſiderationis. nam ut ſcribit Cōmē.in 1.phy.cō.35.logica uſitatur in ſciētijs duobus modis,aut ſm ꝙ eſt inſtrumentū diſtinguens uerum a falſo,& hic eſt modus proprius: aut ſecūdum ꝙ declarata in ea accipiunť pro maximis in deſtruendo, aut cōſtruendo aliquid,& iſta conſideratio cum uſitatur in artibus particularibus eſt non propria.in arte autem uniuerſali ideſt in prima philoſophia eſt propria.Ratio autem eſt, quia circa eadem uerſantur iſtæ ſcientiæ cōmunes,ut dicit Ariſto.in 4.primæ philoſophiæ.in tex.cō.4.& hoc etiam eſt de mente Auer.in.7.meta.cō.2.unde ſub alijs uerbis eadem ſententia ſcribitur ab Ariſto.in 2.meta. in tex.cō. 4.unūquodq; eſt maxime tale propter ꝙ alijs ineſt uniuocatio. Et licet q̄plures inſtantiæ adducantur ab auctoribus ſcribētibus in libro poſteriorꝝ,nihilominus iſto modo intelligitur uidelicet. Quotieſcunq; fuerit aliqua diſpoſitio recipiens magis,& minus denominans formaliter cām & cauſatum & competit cauſato propter cauſam ſemper per prius,& ſimpliciter dicitur de cauſa, & per poſterius, & ſm quid dicitur de cauſato.unde Cōmen. 8.phyſi.cō. 77.inquit. Horum autem de quibus nomē dicitur ſecūdū prius & poſterius,& ſimpliciter & ſecundū denominatione, illud de quo dicitur prius eſt cauſa eius de quo dicitur poſterius.& in.7.meta.cō.3.īquit.eſt declaratum ꝙ cum plura cōmunicāt in eodem nomine, & quoddam dignius quibuſdam illud quod eſt dignius illo nomine eſt cauſa cęterorum,& diſpoſitio cęterorum ad cauſalitatem eſt, ſicut diſpoſitio illorum in illo nomine. hoc idem ſcribit infra ibidem in com̄.7.et in.8.met.etiam in cō.7. Et aduerte ꝙ iſto modo intellecta propoſitio eſt uniuerſaliter uera,& tenet in omni genere cāæ,quia iſtæ notæ reduplicationis ꝓpter ꝙ, & ſm ꝙ & conſimiles poſſunt importare unumquodque genus cauſæ, ſicut ſcribit Ariſto.in.5.meta.in tex.cōmen.23.ꝙ tot modis dicitur ſm ſe,quot modis dicitur cauſa.unde tenet in genere cauſæ formalis. & eſt exēplum.7.meta.&8. utrobiq; in tex.cō.7.cōpoſitum eſt in actu,& forma eſt in actu,& compoſitum eſt in actu propter formam,ergo forma eſt magis ens in actu, q̄ compoſitum. Maniſeſtum eſt autem ꝙ compoſitū nō eſt in actu propter formam niſi in genere cauſæ formalis.nam ut inquit lucidiſſimus Them̄.in 2.de aīa.cap.6.& eſt ſuper expoſitione.7.tex.Nempe forma tametſi in materia ꝓducitur,non tamē ipſi materię forma eſt, ſed eius ꝙ ex duabus facultatibus cōditum eſt. Similiter ſi arguatur iſto mō, compoſitum eſt in potentia,& mā eſt in potentia,& compoſitum eſt in potētia propter materiam.igitur mā eſt magis ens in potentia q̄ compoſitum.Maniſeſtum eſt autem ꝙ iſta ratio tenet in genere cauſæ materialis,quia compoſitum non eſt in potentia ꝓpter materiam,niſi ꝓpter cām materialem.nam tametſi mā ſit materia formæ,non tamē eſt cauſa formæ,ſed cōpoſiti,ut dicit Auic.in.5.ſuæ meta.

Similiter ueritatem habet ꝓpoſitio aſſumpta in gn̄e cāę efficiētis.ſic enim procedit ratio Ariſt.in.1.poſteriorum, dum arguit principia eſſe magis ſcita,q̄ concluſiones,qa concluſiones non ſunt ſcitę niſi ꝓꝑ principia ſcita.nam ut inquit Linconienſis, & ſcientia p̄miſſarum in aīa uidetur gignere ſciam concluſionis. Tenet etiam in gn̄e cauſæ finalis,ut ſi amamus diuitias & felicitatē, & diuitias amamus ꝓꝑ felicitatem,ſequitur ꝙ longe magis amamus felicitatem,q̄ diuitias. Notabiliter autem appoſui in limitatione iſtius ꝓpōnis,ꝙ diſpoſitio illa in qua ſit comparatio debet eſſe talis quod recipiat magis & minus. nam ut ſcribit Auicē.in.6.trac.ſuæ meta.cap.3.iam putatur ꝙ in pleriſq; cauſatum eſt minus in eſſe, q̄ ſua cā in eadē intentione ſi ipſa intētio fuerit talis, ut recipiat magis & minus. Et ideo ꝓꝑ defectum iſtius conditionis non ualet, hō eſt riſibilis,& aīal rationale eſt riſibile, & hō eſt riſibilis ꝓꝑ animal rōnale,igiť animal rōnale eſt magis riſibile q̄ hō. nam teſte Porphyrio ī cōitatibus generis, & ꝓprij,ꝓpriū æqualiter dicitur de his quorū eſt ꝓprium. Dixi etiam ꝙ requiritur ꝙ talis diſpoſitio in qua ſit cōparatio formaliter denominet tam cām,q̄ etiam cauſatum, & ideo non ualet,homo eſt ebrius ꝓꝑ uinum,igitur uinum eſt magis ebrium. nec ualet,terra eſt calida ꝓꝑ ſolem, igitur ſol eſt magis calidus q̄ terra. Dixi tertio reqri ꝙ illa denominatio cōpetat cauſato ꝓꝑ cām,qa ſi aliūde ſibi aduenirēt illa denoīatio q̃ a cā,maniſeſte pateret regulā nō hr̄e locū.

D

Vlr h; ueritatē ꝓpō.

E

F

Limitatio ꝓpōnis.

## *Augmentatio pręſupponit alterationem.*

Propō 58.

ADVERTE ut inquit Auer.1.cœli & mundi cō. 22.unde extrahitur p̄ſens auctoritas,oē augmentabile eſt alterabile, & non cōuertitur. Et inquit ibidē ꝙ augmētatio & diminutio ſumunť tribus modis. Aut ſm augmētū uerū & diminutionē uerā,& hoc ē tm̄ in plātis & aīalibus. Aut ſm alteratione, ut accidit aq̄, & aeri cū inſpiſſanť ſiūt minoris quātitatis,& dū rareſiūt, ſiūt maioris. Tertius modus ē ſm accumulationē,& inueniť in mineris & in corporibus conſimiliū partium,& inuenitur etiam in elementis, & eſt ut ſuper rem addanť aliqua alia extrinſeca & continentur cum prima. Intelligitur igitur propoſita ꝓpoſitio de augmento inuento in phyſicis cor-

Augmentatio & diminutio ſumūtur tripl'r.

Intellectus ꝓpōnis.

G poribus. fallitur enim de augmento imaginario inuento in rebus mathematicis. Gloſſa eſt Ariſto. in pdicamentis. nã quadratum creuit, ut inquit, circũpoſito gnomone nulla ꝑ exiſtente alteratione. Et habet locum de uera augmentatione quæ fit in plantis & aĩalibus. nam talis requirit ꝑuiam alterationem, ſicut ſcribit Cõmen. 1. de generatio. & corrup. in cõ. 38. talis autẽ eſt augmentatio ꝓprie dicta. Augmentatio uero ſecundo mõ eſt idem ꝙ rarefactio in qua non aliquo extrinſeco appoſito fit maius, ſed per ſolã alterationem. raritas enim & denſitas ſunt rerũ qualitates inſequentes calidum & frigidum, ut dicit Com. in 7. phy. cõ. 15. & dicitur tranſumptiue augmentatio. unde Cõmẽ. 4. phy. cõ. 63. inqt, quia Ariſ. ibi dicit. cõtingit aũt & dẽſari non in uacuũ, ſed ꝓpea quia ea q̃ inſunt illabunẽ, ut aq̃ colliſo aere cui ineſt, et augmẽtari nõ ſolũ ingrediente aliquo, ſed ex alteratione, ut ſi ex aqua fiat aer. Com. dicit ꝙ iſtud augmentum dicitur trãſumptiue, quia augmentũ in rei ueritate non eſt niſi in aĩato, & per aliqd extrinſecũ. Augmentatio etiam tertio mõ ſumpta q̃ fit per accumulationem eſt tranſumptiue dicta, quia in uero augmento q̃libet pars aucti eſt aucta. Et aduerte ꝙ in uero augmẽto q̃d inuenitur ſolum in uiuentibus concurrũt plures, & diuerſi motus, ut declaraui in q̃ſtionibus miſcellaneis in ꝓpria q̃ſtione de motu augmẽti. unde Auer. in. 2. de aĩa. in cõ. 50. ſcribit ꝙ ſermo de nutrimẽto & augmẽto nõ perficiẽ niſi in pluribus libris. In libro enim de gñatione & corruptione determinatum eſt motus augmenti & diminutionis. In meteoris autem determinati ſunt modi calorum, & modi actionum, ut decoqui & aſſari. Et in libro de anima determinatus eſt primus motor in iſtis motibus. Et in libro etiã de aĩalibus determinatum eſt quot ſunt inſtrumenta iſtius uirtutis in unoquoq; animali. Et q̃uo completur actio per ipſa in unoquoq; eorum, & per quot membra, & q̃uo ſeruiunt illi illa mẽbra. Et qualis ẽ ꝓportio eorum i iſta actio ne adinuicẽ, unde oportet fere uidiſſe totũ negocium phyſicum qui uoluerit diſtincte loqui de hac materia. & hoc eſt in cauſa ꝙ perpauci reſolute ſcripſerunt in hoc iuxta illud Ariſto. in. 1. de generatione & corrup. tex. com. 7. Ad pauca reſpicientes de facili enunciant.

In ũo augmẽto reqrũtur pl'es motus.

H

Loca i qb' cplẽt ſm augmẽto

Propõ 59.

## *Potentia ſuperior poteſt quicquid poteſt inferior, & nobiliori modo.*

VERA eſt propoſitio in potentijs quæ ſunt eiuſdem ordinis in ſubſtantialitate eo modo quo uegetatiuum eſt in ſenſitiuo, ſicut trigonum in tetragono. unde aĩa uegetatiua q̃ conſtituit plantã in ſpecie in brutis euadit potentia aĩæ ſenſitiuæ, nam aĩa ſenſitiua eſt quæ reponit brutum in ſpecie, & uegetatiua non eſt diſtincta aĩa in brutis, ſed euadit potentia ſenſitiuæ, & ut eſt potẽtia uirtualiter cõtenta in aĩa ſenſitiua operatur omnes actiones quas õpera tur aĩa plantæ. et nobiliori mõ quia aĩa plantę nutrit auget & generat plantã, ſed uegetatiuum in brutis uegetat auget & generat aĩal. In his autem q̃ non ſunt eiuſdẽ ordinis in ſubſtantialitate ꝓpoſitio locũ non habet. nam nõ eſt dubium apud Phos ꝙ anima eſt nobilior uirtus q̃ forma elementi, et tñ in corpore aĩato nõ põt ſupplere uicẽ el'nti, qa in iſtis oportet ſm uiam cõmunẽ formal'r eſſe el'nta, & ſil'r anima eſt ſuperior uirtus, q̃ ſit corpus, non tñ anima põt ſupplere uicem corporis & forma eſt ſuperior mã & non põt ſupplere uicem materię. Similiter cõparando potentias mãles potentijs abſtractis locum nõ habet propõ formaliter loquendo. nã non ualet homo generat, ergo intelligentia gñat. Amplius etiam in intelligentijs in qbus eſt diuerſitas ſecũdum pfectionẽ ueritatẽ non hꝫ ꝓpoſitio ſecundum Peripateticos, nam certum eſt ꝙ intell's poſ'is eſt ignobilior intell'u agente, ut teſtatur Ariſto. in. 3. de aĩa. in tex. cõ. 19. Semp. n. honorabilius eſt agens patiẽte, & principium materia. unde ut ſcribit ibi Auer. intell's poſ'is eſt infimus in gñe abſtractorum, & tñ intellectus poſ'is intelligit iſta mãlia & ſingularia, nam intell's in propõne uſi intelligit infinita, & tñ intellectus agens nõ intelligit aliqd eorum quæ ſunt hic, ut dicit Cõmen. ibidẽ. Quod ſi inſtes ꝙ tunc uideẽ intell'm poſſibilem pfectiorẽ eſſe intellectu agente. Ad hoc rñdet lucidiſſimus Them. in. 3. de aĩa. cap. 45. Etenim intell's agens abiunctior a mã q̃ intellectus potenti. ꝗ quãobrem is ſemper intelligit id quod maxime eſt, & ꝙ maxime forma exiſtit, & ꝙ longiſſime ab oĩ priuatione informitateq; abeſt talis ipſemet eſt, ſeipſum ergo intelliget, atq; hic eſt cuius ſubãm merito actum uocauimus, & qui proprie ſeparatus eſt. Et qui neq; illum innexum potentię cõtinet. Nec eo tñ imperfectior uideri debet q̃ is qui cõtraria & priuationes intelligit. non enim numero rerum q̃ ſciuntur perfectio, aut pſtantia corrogatur, ſed pondere nec q pl'ima intelligit. idem etiam pluris eſt, ſed q meliora nobiliora quæ nouerit. & Auer. 3. de aĩa. cõ. 36. inquit. Ex eis comphendẽtibus q̃ non ſunt admixta materię quod comphendit minus perfectum comphendit magis perfectum, ſed non econtrario. nã intellectus poſ's ex hoc quod intelligit ea q̃ ſunt hic, q̃ ſunt potentia intellecta multomagis intelligit abſtracta q̃ ſunt actu intellecta, ſed non cõuertiẽ, qa Deus & intelligẽtiæ ſupiores nõ intelligũt ſm ipm ea q̃ ſunt hic, ꝙ q̃uo ſit intelligẽdum infra dicam.

I

Vel potius qñ potẽtia iferiora ſua nã recedit, et cũ ſit media alterius extremi ſubit rõnem.

K

L

Propõ 60.

## *Principium in cognitione eſt finis in operatione, & principium operationis eſt finis in cognitione.*

Opĩo ꝓp̃a Et ideo poſt longam & diuturnã cogitationem perueni ad hoc:& dico ꝙ iſti motores ſunt uere duo,& ſunt real'r diſtincti,& non ẽ ſermo improprius.ubi aĩaduerte,ꝙ ut patet exercitatis in uia eius ĩ illo.12.imitatus ẽ pro maiori parte Alex.& expoſitio illa fere tota ẽ Alexan. adeo ꝙ ubi deficit ſibi expõ Alexan. uidetur eſſe quaſi mutus. Alexãder autem ut recitat Cõmen.12.met.cõ.25.ſuper illis uerbis, deinde erunt hęc oĩa anima forſan & corpus,aut intell'ẽs,& appetitus,et corpus:dicit,& ideo dicit forſan, qa quidã exiſtimauerũt aĩam eſſe abſtractam,quæ aĩa apud ipſum nõ eſt abſtracta,ſed prima forma eſt abſtracta,& intendit ꝑ hæc oĩa corpora cœleſtia.ubi ſm Alexã.corpora cœleſtia habent intelligentias animantes illa formal'r.& ſola prima
M forma eſt abſtracta,& hoc eſt q̃d plerunq; Cõmen.ſolet dicere in illo.12.loquẽs de primo motore,& prima forma & primo fine,quæ eadem ſunt ſub̃to,quod in nulla omnino eſt mã; & quod nullo mõ eſt ĩ corpore, etenim aĩa etiã apud Arabes dicit formam cõiunctã corpori. unde Auic. in.2.ſuæ meta.cap.1.anima dr̃ pro quãto mediante motu ligationem hʒ cum corpore quo mouet illud,ſi autẽ fuerit ſubſtãtia ſeparata oĩno uocatur intelligentia. & Auer. in 8.phy.cõ.1.Principium mouens de rebus motis ẽ ſicut anima de rebus uiuis. Dico igitẽ ꝙ ſm Auer.motus cœli,pro toto mundo ſuperiori ſumendo cœlum,põt conſiderari dupliciter,& quo ad hoc ꝙ ille motus eſt in tempore, & ſecundũ ꝙ motus illi particulares ſunt habentes determinatas menſuras adinuicem in uelocitate & tarditate,& ſic proueniunt a motore efficiente motũ qui eſt prima forma,ut mouet,ut efficiens primum orbem, & omnes alios qui ſunt ſub eo motu diurno,& oẽs alij motores q ſub eadem ratione mouent ſua mobilia motibus proprijs. Vnde

Cõtra G. de Arimi. falſum ẽ quod dicit Grego. quod primus motor reſpectu aliorum orbium qui ſunt ſub orbe ſtellato concurrat,ut finis,ĩmo etiam cõcurrit,ut efficiens,pro quanto oẽs mouet



A motu diurno.Et qa oẽs intelligentię ſunt finiti uigoris,hinc eſt ꝙ oẽs mouent,ut efficiens finito tpe in uelocitate motionis,& nulla mouet in inſtãti,& qa oẽs, ut ſic ſunt applicatæ proprijs mobilibus,omnes dicuntur aĩa reſpectu ſui orbis,uel quia formal'r inhærent p̃ter primum motorem, ut uidetur ſentire Alex. uel ſm ꝙ ego puto ĩ uia Auer. oẽs intelligentiæ habent proprium orbem, & illæ ut ſic dicuntur aĩæ.prima autem intelligentia, licet ĩmediate reſpiciat primum orbẽ, quia tñ etiam mediante illo reſpicit omnes alios orbes,poteſt dici forma abſtracta & ſeparata,qa eſt forma cõmunis & vl'is,& licet ut mouet poteſt dici aĩa cœli,tamen ut eſt cauſa finalis ab omnibus deſiderata, ſic eſt forma ſeparata,quia ut ſic non potius reſpicit unum,q̃ꝫ reliquum,& ut ſic eſt cauſa infinitatis in duratione, unde eſt ꝙ motus cœli taliter ſumpti ſit infinitus in duratione,hoc principaliter dependet a primo fine,& nõ a particularibus finibus, unde ſi per impoſ'e non eſſet iſte finis cõis in actu non eſſet motus æterno tempore ſimpl'r. licet igitur quælibet intelligentia in ſe conſiderata moueat,ut efficiẽs,& moueat ut finis,tamẽ finis uniuerſalis qui eſt idem cum primo motore eſt qui primo largitur ſempiternitatem motus, & non ſunt fines particulares qui ſunt ſub illo,& ideo alius ẽ motor qui largitur ſimpl'r ſempiternitatẽ, & alij ſunt motores a quibus producuntur motus ꝓprij in proprijs orbibus, licet idem ſit motor qui mouet totum cœlum motu

Solꝰo ad rõnes Greg. diurno. Et ꝑ hoc patet ſolutio ad obiecta Gregorij. Ad
B primum quidem dicitur ꝙ non eſt contradictio in Auer. quia in p̊ cap.de ſubſtantia orbis inuehit contra Auic. qui ponebat in corpore cœleſti in unoquoq; orbe aĩam imaginatiuam,quæ erat de numero aĩarum ſenſitiuarũ,quæ exiſtunt in materia,a qua effectiue producitur motus, ſed intelligentia ſolum mouebat in ratione finis,& ſi ita eſſet tũc mouere cœli eſſet finitũ ſicut in iſtis quæ ſunt hic, quia talis aĩa a qua mouetur cum ſit forma in materia moueretur per accidens,& quod mouet quãdo mouetur impoſ'e eſt, ut inquit, ut ſit pricipiũ motus æterni.unde parũ ĩfra inqt. & quod dicunt incipiẽtes philoſophari ꝙ animæ iſtorum corporum cœleſtium ſunt forma materijs,ſ.quæ in materia acquirant æternitatem ex formis in materialibus,nihil eſt,contingit enim ꝙ illud quod non habet naturam eſſendi æternum acquirat æternitatem ab alio,ubi manifeſte inuehit contra Auicen.& ſequaces, ſed hoc non ſequiẽ in uia eius,quia aliæ intelligentiæ a prima mouentur,a prima tãquam a fine vl'i, & cõi, quem oẽs amant & appetunt,& ẽ finis ſemper actu mouens illas ad ſui deſideriũ, & ipſæ uirtutes appetentes non ſunt formæ in materia ex ſe poſſibiles,& ab alio acquirentes neceſſitatem eſſendi, ſicut ſequitur contra Auic.& iſta eſt ratio diuerſitatis. nam oẽs inten
C dunt primam,& agunt propter primam,ſicut actiones ſeruorum ſunt ꝓpter dominum.ut dicit.12.meta.cõ.44.ubi formaliter reſpondet ad iſtam obiectionem motam per ipſum ante Gregorium. Et per hoc patet ſolꝰo ad ſequens argumentum,nam licet quælibet intelligentia reſpectu ſui motus proprij ſit mouens, ut finis proximus, & ut agens, omnes tñ mouent propter primum finem principal'r,quẽ primo appetũt,& a quo perficiunẽ,qui eſt cã quare cęteræ ſempiterno tempore mouent. unde ſine dubio cœlum eſt animatum propter appetitum & motum, ut dicit Cõmẽ. in primo cap.de ſubſtantia orbis.ubi dicit.& nõ fuit dictũ cœlum habere animam,niſi propter appetitum exiſtẽtem in eo,& motum localem,appetitus aũt qui eſt in hoc corpore,non eſt niſi quia corpus cœleſte eſt unum per ſe,appetens per ſe non ꝓpter potentiam exiſtentem in eo diuiſibilem ad diuiſionẽ eius,eſſet enim generabile & corruptibile. Pro quo aduerte ꝙ ubi eſt appetitus,ibi eſt potẽtia appetens,& eſt obiectum appetibile, tales autem uirtutes ſunt intelligẽtiæ inferiores appropriatæ ꝓprijs orbibus q̃ mouentur per appetitum ad aliquid nobilius ipſis,& iſtud eſt primum appetibile,q̃d eſt primum, & ſummũ bonũ, & primus finis,& iſte eſt qui largitur perpetuitatẽ motus
D cæteris orbibus,et hoc clare eliciẽ ex uerbis Auer.ĩ penul. cap.libri de ſubſtãtia orbis.ubi ita ſcribit ad literam.Et cũ conſiderauit in iſtis uirtutibus declaratũ fuit ipſi ipſam eſſe uirtutem appetitiuam de uirtutibus aĩę tantum,& cum cõſiderauit de iſtis uirtutibus appetitiuis cœleſtibus inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipſis,& cum conſiderauit in uirtutibus appetitiuis cœleſtibus inuenit eas eſſe finitatum potentiarum,& cum conſiderauit in continuatione motus eorum,fuit declaratum ꝙ cauſa continuationis motus earum non eſt iſta uirtus qua mouetur, ſed illud quod largitur eis continuationem eſt aliquid appetibile, quia cõtinuatio non prouenit niſi a motore non moto, ſequitur ꝙ illud mouens,neq; eſt corpus, neq; potentia in corpore,& ꝙ eſt intelligentia abſtracta, & ꝙ iſtud corpus cœleſte intelligit hanc intelligentiam,intelligere enim tranſmutat ipſum appetere ad illud. Vbi imaginatur Auer. ꝙ cœlũ ſumptum pro omnibus orbibus habentibus proprios motores intelligit bonitatem primi motoris mouentis primũ orbem ſtellarum fixarum & ad talem ĩtellectionẽ in iſtis uirtutibus intelligẽtibus inſurgit appetitus, & deſiderium, ut perficiantur a primo & ſummo bono. nã ut inqt Cõm. 12.meta.cõm.39.deſiderium inſequitur cognitionẽ, ſicut umbra inſequitur corpus,& quia deſiderium in natura,& in intellectu totaliter ſeparato ſemper eſt ad nobilius:hinc eſt, ꝙ iſtæ uirtutes appetentes mouentur in ratione finis a
E prima quæ ẽ nobiliſſima, & ſumma oĩum perfectio.

Dubium. Et dubitab's hic, qa Cõmen. uult ꝙ prima intelligentia q̃ eſt primum appetibile ẽ cauſa continuationis, & ſempiternitatis motus,qa continuatio ẽ a motore nõ moto. ſed tũc ſcd̃m hoc uidetur ꝙ alię intelligentiæ ſunt motores moti, et hoc ẽ falſum,qa q̃libet forma liberata a mã,ẽ motor nõ motus neq; per ſe,neq; per accñs.ut dicit Cõm.in.9.met. cõ.2.

Solutio. Dicamus in uia eius ꝙ oĩs intelligẽtia citra primã, ut ſupra allegauimus de mente eius.8.phy.cõ.52.dr̃ motor motus per accñs,non qa aliæ intelligentiæ moueantur per accidens ad motum ſui ſubiecti,ſicut eſt in formis conſtitutis in eſſe per ſub̃m: ſed pro quãto accidit ꝙ orbis motus ab eis moueatur ab alio motore alio motu a motu cauſato a proprio motore.nam oẽs orbes planetarum mouẽtur motu diurno a prĩo motore mouẽte primũ mobile.

Qũo prius motor nullo modo ſit motus. Dicuntur etiam motores iſti moti motu æquiuoco ꝓ quãtõ mouentur a primo ĩtelligibili, & a primo appetibili, q̃d eſt real'r nobilius,& perfectius ipſis.unde Cõmẽ.12.met. cõ.44.contra Auic.ſcribit ĩ ĩtelligentijs non eſt cõſecutio, neq; prouentus, nec actio, ſed ſolum ẽ cauſa & cãtum ſecundum ꝙ intellectum ẽ cauſa ĩtelligentis. Primus igiẽ motor q mouet orbem ſtellarum fixarum,& totum cœlũ
F motu diurno,dr̃ motor nullo mõ motus neq; per ſe, neq; per accñs de nullo mõ eorum q̃ ſunt mota per accñs,non enim mouetur ad motum ſui ſub̃ti,quia ẽ forma ſeparata. Nec dici poteſt moueri per accñs, quia ſuus orbis primo motus ab eo moueatur ab alio motore,ĩmo non mouetur niſi ab ipſo.Similiter non dr̃ primus motor moueri ab aliquo intelligibili,& appetibili quod ſit nobilius ipſo,immo in eo ſimpliciter iſta ſunt eadẽ omnibus modis intelligens, & intell'm,& intellectio,& appetibile,& appetens, & appetitus,& ideo iſte motor primus utroq; mõ cum ſit independens ab alio dicitur motor nullo mõ motus, & ideo ẽ cauſa ꝯtinuationis,& uniformitatis,& ſempiternitatis motus cœli, & propter iſtas rõnes dr̃ motor ſeparatus, qa in mouendo ſuum orbẽ non dependet ab alio motore, & qa in mouendo non mouẽ ab aliquo ĩtelligibili,& appetibili alio ab ipſo,quia ſe ſolum intelligit,ut uolunt Peripatetici.12.meta.tex.cõ.51. Et pro his q̃ dixi uide in fine cõ.36.in.12.meta. ubi dicit, & oĩa iſta dicit ad declarandũ ꝙ corpora cœleſtia cum hñt appetitum ꝓp intellectũ,intellectus aũt maius bonum ipſo appetit,contingit neceſſario ꝙ corpora cœleſtia appetũt in hoc motu aliqd maius bo-

G in ſuo genere, diuiſio enim entis in ſubſtãtiam, & accidẽs, eſt prima quæ datur per quiditates, diuiſio per potentiam, & actum, eſt prima inter eas quæ dantur per relatiue oppoſita, ſed diuiſio per unum, & multa, eſt prima inter eas quæ dãtur per priuatiue oppoſita. unde Ariſt. 4 meta. tex. cõmen. 3. Fere autem omnia reducuntur cõtraria in principium, ſpeculata autẽ ſunt a nobis in ecloga contrariorũ, quia 10. meta. tex. cõmen. 15. fuit declaratũ ꝙ omnia contraria reducunẽ ad priuatiue oppoſita, talia enim ſunt principia cuiuslibet cõtrarietatis, & ideo ſecus eſt de diuiſione quæ datur per priuationem & habitum. Secus aũt de illa quæ datur per relationes reales. unde ſic intelligitur dictũ Auer. 1. de anima. cõmen. 6. Actus & potentia ſunt differentiæ entis ualde oppoſitæ, & circuunt omne genus prædicamenti, Vnde bene teneo cũ Henrico de Gandauo, & Iohan. Scoto ꝙ in alijs intelligentijs citra primam quæ eſt Deus, in quo nulla prorſus eſt potẽtia. & citra ultimam q̃ eſt anima intellectiua, in qua in uia Auer. pono realem cõpoſitionẽ ex intellectu poſſibili, & agente tanquã ex duabus partibus eſſentialibus, quicquid dicant illi qui ponunt intellectum agentem eſſe Deum, ꝙ tales ſunt compoſitæ ex potentia & actu tanquã ex priuatione, & habitu.

Potẽtia logica.

Nã talis potentia eſt logica, quę cauſatur ex habitudine terminorum inquantum illi termini non repugnant, & a tali potẽ-

H tia dicitur poſſibile illud quod ſm ſe poteſt eẽ uerum, uel non poteſt eſſe uerum, ſicut dicimus ꝙ poſſibile eſt talpã inquãtum animal uidere, & ſic quælibet intelligentia citra primam inquantum ens poteſt eſſe perfectior q̃ ſit, ſed talis potentia nihil reale ponitur in eis, cum nihil ſit poſſibile in eis uere, ut ſcribit Auer. 2. cęli cõ. 34. Nam poſſibile uere eſt illud quod dicit̃ a potentia actiua, uel a potentia paſſiua, & eſt illud de quo loquuntur naturales. Sed in iſtis rebus materialibus & corruptibilibus uolo ſm uiam Auer. eſſe compoſitionem ex actu, & potẽtia tanquã ex poſitiuo & poſitiuo, quia potẽtia reducit̃ ad materiam & actus ad formam, materia autem & forma ſunt ſubſtãtiæ, quia partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, ut dicitur. 2. de aĩa. cõ. 2. Et in hoc teneo cũ diuo Doctore. unde aĩaduerte ꝙ ubicũq; eſt iſta ultima compoſitio, eſt etiam prima. quia nullũ eſt ens citra primum, quod inquãtum ens, aut in quãtum ſubſtantia nõ inueniatur priuatum aliquo gradu perfectionis, ſed nõ conuertitur ꝙ ubicũq; eſt cõpoſitio ex priuatione, & habitu, ꝙ ibi ſit compoſitio ex poſitiuo & poſitiuo, quia in talibus intelligẽtijs nulla eſt realis compoſitio, quia poſſibile in eis eſt neceſſitas. Et per uitam meam opinio iſta q̃ mediat inter illas duas extremas magis ꝯſonat dictis Ariſ.

ADDItio. I

ſi bene conſideras ✠ Vnde Auer. in libro deſtruc. deſtru. in diſpu. 3. in ſolutione. 14. dubij, inquit. denominationes q̃ ſunt a priuationibus, aut a relationibus non arguunt quod ſint denominationes additę extra aĩam nec compoſitionẽ, ut reputabat Algaçel, ꝙ quicquid haberet additam ſignificationem inferret quid additum extra aĩam in actu. & hoc debet intelligi, ſicut diximus. nam priuatio non. d. formalr aliquid entitatis, quia non eſt ſubſtantia, ne accidens, relatio etiam non quælibet realis eſt, & ideo denominatio a relatione de neceſſitate non arguit compoſitionẽ in re denominata, uel quia non dicit rem diuerſam a fundamento, uel quia non in quolibet nec quælibet relatio rei eſt, ſed aliqua in aliquibus eſt rationis, ut dixi de potentia & actu.

Propria põ

Dicamus igitur iuxta uiam antiquorum ꝙ quæcũq; differunt in genere phyſico, differunt in genere logico, quia illa quæ non cõmunicant in materia ſicut cœleſtia corpora, q̃ aut materiam non habent, aut nõ realem, ſed ſolum ſm locum mobilem. ut dicit Ariſto. in 8. met. tex. cõ. 12. & 12. meta. tex. cõ. 10. Omnia uero materiam habent quæcũq; tranſmutantur, ſed alia ſempiternorum quæcunq; non generabilia, mobilia autem latione, ſed unde & quo. unde ut ſcribit Cõmẽ. in libro de ſubſtantia orbis. In cœlo nõ eſt potentia ad eſſe, ſed eſt ptentia ad ubi, & rectius dicit̃ ſubiectum quam materia, talia autem ſe habẽt cum iſtis, ſicut cauſa & cauſatum. k Nam ut inquit Ariſto. in principio libri meteo. Oportet mundum inferiorem ſuperioribus lationibus eſſe continuum, ut oĩs eius uirtus inde gubernetur, & ideo corpora iſta cum illis non poſſunt cõuenire in eodem genere uniuoce dicto, ſicut eſt genus logicum. Tamen bene poſſunt conuenire in aliquo genere multipliciter dicto, quod uidelicet dicit̃ ſm prius & poſteri⁹, ut eſt genus analogum. Nam ens ſubſtantia, & unum ſm ſtos analogice dicuntur de illis, & de iſtis.

Obiectio.

Et ſi obijciatur, quia Auer. ibi. 10. meta. cõmẽ. ultimo inquit. ꝙ corpus quod dicitur de corruptibili & incorruptibili, eſt nomẽ ęquiuocum.

Solutio.

Reſpõdetur ꝙ per æquiuocum intellexit analogum, nam analogia eſt quidam modus ęquiuocationis. Nam corpus eſt ſubiectum uniuerſale ſcĩtiæ naturalis. ut ſcribit Auer. primo cœli. cõ. 2. &. 12. meta. com̃. 5. & diffinit̃ in ꝓ cœli. demonſtrantur multa prædicata quæ per ſe neceſſario inſunt illi, talia autẽ non poſſunt cõpetere his quæ ſunt pure æquiuoca. nam licet poſſit de termino pure æquoco enũtiari aliquod prædicatũ uere, ſicut iſta eſt uera in quolibet ſenſu omnis canis eſt pulcher, tamẽ in pure æquiuocis nõ reperitur prædicatum eſſentiale omnino, ut ſcribit Auer. 4. meta. cõmen. 2. De analogis autẽ & diffinitiones da-

L ri poſſunt, ut patet 2. phyſi. de natura. tex. cõmen. 3. & de motu. 3. phyſi. com̃. 4. inquit motus non dicitur uniuoce, ideo nõ habet diffinitionem dictã uniuoce, ſed ſm prius & poſterius, ſed tamen tales diffinitiones intrãt in artibus demonſtratiuis. Similiter talia habent paſſiones per ſę demõſtrabiles de ipſis, quia ſi ſubm eſt analogum, & paſſio etiam eſt analoga. ut patet ex. 2. poſteriorum. Et ſic aduerte ꝙ corruptibile & incorruptibile inquãtum cõmunicant in una ratione analoga poſſunt ad eandem ſcientiam pertinere. unde ſcĩtia libri de cœlo eſt de corpore ſimplici neutro, quod non eſt neq; graue neq; leue, & eſt ſimpliciter ingenerabile & ĩcorruptibile, & eſt de alijs ſimplicibus grauitatem & leuitatem habentibus quæ ſunt generabilia & corruptibilia ſaltem ſm partem inquantum ſunt de primarijs partibus q̃ ſunt de integritate uniuerſi. ut dicit Cõmẽ. 3. cœli. cõmen. primo. Sic etiam poſſunt pertinere ad eandem potentiam. Nam cœlum eſt ſenſibile ſolo uiſu. unde inquantum iſta corpora inferiora, & cœlũ participant unã naturam cõmunem analogã ſiue ſit lux, aut diaphanũ, ſic poſſunt eẽ obiecta uniuſmet potẽtiæ. unde Ariſt. in procemio metaphy. maxime dicit nos diligere ſenſum uiſus, qa plures rerum differentias nobis oſtendit. omnia enim corpora colore participant, ſicut dicit in libro de ſenſu & ſen-

M Alia limitatio.

ſato. Aduerte tamen limitationem iſtam ꝙ quando Peripatetici dicunt corruptibili, & incorruptibili nihil eſſe uniuocum, intelligunt de conceptu qui habet modũ intentionis primæ. Sed fallit de conceptu qui eſt de ſecũdo intellectis, ſicut ſunt intentiones ſecundæ, ut patet intelligẽti.

Propõ. 63.

## *Motus mixti eſt ab elemento ſimplici dominante in eo.*

PROPOSITIO iſta ſcribitur primo cœli & mũdi. tex. com̃. 7. &. 2. meteororum. Vera autẽ eſt ꝓpoſitio de mixto perfecto, cuius mixtio eſt completa, in qua uidelicet miſcibilia ſunt reducta ad unam formam ſuperadditam mixtioni. Fallit autem in mixto, cuius mixtio eſt per ſolam partium iuxtapoſitionem. Nam talis motus nõ eſt ſimplex, ſed eſt inflexus ſeu compoſitus, ut eſt motus turbinum. gloſſa eſt Auer. primo cœli. cõmen. 7. Et in paraphraſi eiuſdem libri, idem dicit in loco allegato.

ADDItio.

✠ Vbi animaduerte ꝙ natura non facit ſaltum. ut. d. Ariſto. 9. de natura animalium. ꝙ ſicut inter plantas, & animalia in uiuentibus ſunt quædam ambiguę naturę, ut ſunt çoophyta a Græcis dicta, ſicut etiã credo ſine dubio in mixtis inanimatis uidelicet ꝙ inter elementa, & mixta perfecta ſunt q̃dam mixta inanimata per ſolam iuxtapoſitionem partiũ,





A & talia non oportet ꝙ ſint ex omnibus elementis conſtantia. unde ſtat aliquod ex iſtis mixtis carere calore, ut eſt de cryſtallo, ut aſſerit expreſſe Linconienſis in ſecũdo poſteriorum ſuper illo cap̃. 12. ſecundi poſterio. ubi. d. ꝙ in cryſtallo eſt corruptus omnis calor, & potentialis, et actualis. unde poteſt dici ꝙ cryſtallus ſit exceſſus quidam elementi frigidi ibi dominantis per iuxtapoſitionem, non qa ſit uera mixtio. Vbi animaduerte de mente Auerr. ꝙ in motu grauium, & leuium de potentia accidentali talia mouentur ab intrinſeco a ſua forma ſubſtantiali tanq̃ a cauſa principali, & grauitas, & leuitas quæ ſunt qualitates cõcurrunt tanquam inſtrumenta. Vnde primo cœli. cõ. 17. ubi Ariſto. ponit diffinitionem grauis, & leuis, inquit. Et intelligendum eſt ex deſcriptione grauis, & leuis naturam quæ ĩnata eſt ad mouendum ad medium, uel a medio. ſ. habitũ & formam ex qua procedit hæc operatio, & ſi hoc nomen grauitas, & leuitas non dicantur uulgariter niſi de accidente. quia igitur non datur æquale ad pondus, ut demonſtratum eſt in naturali philoſophia, inde prouenit ꝙ in mixto perfecto oportet dominari, aut elemẽtum graue, aut leue, & ideo mouetur ab elemento dominante in ipſo quando mouetur motu naturali. Nam diffinitio de motu recto quæ dicit, quod eſt uel a medio uel ad medium, & circularis eſt

B circa medium. iſtæ diffinitiones ueritatem habent de motibus ſecũdum ꝙ ſunt naturales ſenſibiles & in corporibus naturalibus motis natura, non uiolentia, ut eſt ſnĩa Auerr. primo cœli cõ. 5. unde per hoc infinitæ argutiæ ſophiſtarum ſoluuntur, quæ procedunt de motibus imaginarijs in magnitudinibus imaginarijs, & tolluntur inſtantiæ factæ de motibus factis ab arte & a uiolentia, non a principio intrinſeco quod eſt natura, & per medium debes intelligere medium mundi. Nam motus rotæ molendini non eſt uere circularis, quia nõ eſt circa medium mundi: nec eſt motus ſimplex, tum quia non eſt corporis ſimplicis, tum etiã quia eſt talis motus compoſitus ex eleuatione et depreſſione, nec eſt naturalis, quia componitur ex pulſu & tractu, et iſti ſunt motus uiolenti, ut patet. 7. phyſi. in tex. cõ. 10.

Propõ. 64.

## *Nota per ſe probari non poſſunt.*

FAMOSA eſt propoſitio, & logicalis. Et Ariſto. 2. phyſi. tex. cõ. 6. inquit. Demonſtrare autem manifeſta per imanifeſta non potentis iudicare eſt propter ipſum, & non propter ipſum cognitum. & Auer. ibi in cõ. ſcribit ꝙ ille qui per naturam ſuam non poteſt diſtinguere inter illud quod eſt manifeſtum per ſe, & inter illud quod non ẽ manifeſtum per ſe, eſt modus hominum qui nunquam po-

C tuit philoſophari, nec poterit. Vnde Ariſt. in quarto primę philoſophiæ. tex. cõ. 9. Ineruditio eſt non cognoſcere, quorum oportet quærere demonſtrationem, & quorum non oportet.

Gloſſa propoſitionis.

Gloſſatur igitur ꝓpoſitio iſto modo, quòd per ſe nota probari non poſſunt ratione demõſtratiua, quia demonſtratio non erigitur ad per ſe nota, ſed ad quæſita. quæſtio autem eſt ignota propoſitio naturaliter, & dubitabilis ex ſui natura. Aduerte tamen ꝙ ad per ſe nota poteſt adduci aliqua ratio dialectica: ſic ſcribit Cõmen. in quarto phyſi. auſcultatio. cõ. 1. Nam Ariſto. ibi proponit inquirere an locus ſit, uel non ſit. inquit enim, ſimiliter autem neceſſe eſt de loco, ſicut & de infinito cognoſcere ſi ẽ, aut nõ eſt. ubi Auer. in cõ. ſuper hoc ita ſcribit, & non intendit ꝑſcrutari de ſuo eſſe ſecundum demonſtrationẽ, ſed ſm dialecticam. locum enim eſſe eſt manifeſtum per ſe, ſed cum perſcrutatur de loco ſcd̃m dialecticam d̃ quiditate eius, accidũt quæſtiones quæ faciunt dubitare de ſuo eſſe. Amplius Cõmen. 12. meta. cõ. 8. dicit ꝙ in nono meta. Ariſt. diſputat contra negantes potentiam eſſe ad confirmandũ, quia potentiam eſſe eſt manifeſtum per ſe, hoc ẽ dictu, illæ probationes ſunt dialecticæ non demonſtratiuæ, & adducuntur ad hominem ad confirmandum, quia experimentũ rationum uerarum eſt ut concordent ſenſatis. ſimiliter aliqua ſunt per ſe nota, ita ꝙ demonſtratione nõ indigent, tamen indigent aliqua innuitione, & talia oſtendũtur aliqua manerie diſciplinæ, ſicut eſt ſyllogiſmus hypotheticus ꝑ naturam, ſicut eſt inductio, & exemplum, & id genus. alia enim eſt latentia propoſitionis quæ indiget ſyllogiſmo, & alia quæ indiget inductione. 4. cœli. cõ. 22. D Reſolute igitur limita propoſitionem iſto modo, per ſe nota ꝓbari non poſſunt. uerum eſt ſimpliciter, & demonſtratiue, & per ſe loquendo, tamen ad hominem poſſunt rationibus ducentibus ad inconueniens oſtendi, ſicut fecit Ariſto. cum negantibus prima principia in quarto meta. nam rationes illę nõ ſimpliciter probant, quia nullum maius impoſſibile ex natura rei eſſe poteſt, q̃ ſint oppoſita primorum principiorũ: ſed rationes illæ ducunt ad aliquid manifeſtius incõueniẽs ad hominem. ſic etiam ſunt rationes ducentes ad inconueniens per quas diſputat in libro primo de interpretatione, contra negantes contingentiam eſſe, cum hoc ſit per ſe notum. nam deducit ad hoc quod non oporteret negociari, neque conſiliari, & multa conſimilia quæ ex parte rei non ſunt magis impoſſibilia, quam hypotheſis data ab aduerſarijs, uidelicet negatio contingentiæ, ſed ſunt manifeſtiora quo ad hominem, cum quo ſit altercatio. Similiter per accidens poteſt contingere ꝙ id quod eſt per ſe notum, uertatur in dubium, ut contingit de eſſe loci ꝙ ſecundum ſe eſt E manifeſtum per ſe, tamen inquirendo ſuam quiditatem ꝑ rationes dialecticas, quarum natura eſt utrãq; partem cõtradictionis indifferenter oſtendere, ſic uertitur in dubium ſuum eſſe, hoc uult dicere Commen. in præfata auctoritate. Similiter ad per ſe nota poſſunt aliquæ rationes adduci ad confirmandum. ut dicit de potentia Commen. 12. metaphy. cõ. 8. Similiter per ſe nota poſſunt aliqua innuitione oſtendi, ſicut ſupra dictum fuit. Similiter diſtingue de multiplici manerie per ſe notorum, ſicut ſupra poteris uidere in illo theoremate. Principia ſunt ſicut locus ianuę. & c̃. decies enim repetita placebunt, teſte Horatio.

Propõ. 65.

## *Calor concentratus fortius operatur.*

ANIMADVERTE ꝙ contrarium fugiens ſuũ contrarium per uiam antiperiſtaſis fit uigoroſius. uirtus enim unita fortior eſt ſeipſa diſperſa, ut inquit Ariſto. in. 4. meteororum, tamen hoc ueritatem non habet ſecundum quãlibet menſuram, & ſecundum quodlibet paſſum. nam uolunt Philoſophi ꝙ quælibet uirtus actiua, & paſſiua requirit in operatione ſibi propria habere ꝑ ſe quãtitatem terminatam, & qualitatem terminatam, ſicut ſcribit Auer. in. 2. de generatione animaliũ, in illo cap̃. ubi agi-

F tur quomodo fœtus in utero augeatur, et in ſexto phy. cõ. 91. Similiter etiam requiritur determinatum tempus. 2. cœli. tex. cõ. 39. Vniuſcuiuſque actus determinatum eſt minimum tempus ad non excedere. unde non quælibet concẽtratio, & fuga caloris ad partes intrinſecas calorem roborat, nec in quolibet tempore facta, aliqua enim eſt tam grãdis quæ calorem ſuffocat, & extinguit, uel remittit. Similiter nonnunquam fit adeo uelociter, & præcipitãter talis fuga, ꝙ calorem illum obtundit. Nam ut patet exercitatis in medicina in rigoribus, & frigoribus contingentibus in febribus calor innatus concentratur fugiens ſuum contrarium, tamen quia inordinato motu, & præcipitãter mouetur in tali fuga non uidemus ipſum fortificari, immo debilitatur. ſimiliter in timore, & triſtitia calor ad interiora refugit, & tamen non roboratur, iuxta illud Poetæ.

Quando ego non timui grauiora pericula ueris.
Res eſt ſoliciti plena timoris amor. Et idem dicit.
Frigidius glacie pectus amantis erat.

Similiter ſecundum Auicen. pulſus in ſomno eſt paruus, licet calor tunc temporis ſit concentratus. Nõ igitur quælibet caloris concentratio calorem roborat, ſed determinata. Nec in quolibet ſubiecto facta. nam animalia exanguia & corpora frigidæ complexionis, quorum calor a frigidita-

G

te continentis uincitur,& ſuperatur,deterius degũt in hyeme,quam in æſtate, ſicut recitat Gale. in prima particula aphoriſmorum.in cõ.15.ſuper illa ſententia diuini Hippocra. Ventres hyeme, & uere calidisſimi ſunt natura.

Calor duplex & differentia.

Aduerte etiam quia de calore loquimur,& operationibus eius quod eodem modo propoſitio quæ paſſim allegatur a philoſophis in quarto meteo.& a medicis, ꝙ digeſtio fit a calido non eſt uniuerſaliter uera. nam calor alius cœleſtis,ſeu uiuificus,ſeu naturalis,alius uero elementalis, & eſt differentia inter iſtos calores,ut ſcribit ſolertisſimus naturæ rimator Ariſt.in.2. de generatione animaliũ. cap̃. 3.& Auer.12.meta.cõ.18.& in ſecundo capite de ſubſtã orbis.quia primus eſt dator uitæ,et generationis,ſed calor elementalis reſoluit,& deſtruit.Extat etiam alia dr̃ia, quia calor naturalis,& uiuificus non poteſt ſaluari niſi in humido naturali.unde inquit Princeps in tertia Fen. primi,doctrina prima.cap̃.1.Calor innatus humiditate conſiſtit naturali,& ab augmento extraneæ humiditatis extinguitur: ſicut flamma duas habet humiditates,aquã,& oleum.una quarum conſiſtit,& altera extinguitur.unde Seneca loquẽ do de calore naturali,& humido naturali, quod a medicis dicitur ſubſtantificum in libro naturalium quæſtionum,inquit.Qui mecum oritur mecũ moritur,quia,ut inquit Ariſto.in libro de morte,& uita.Generatio eſt prima participatio animæ in calido naturali,& uita eſt eius permãſio,& Auer.in primo canticæ.cõ.73.inquit. Calor naturalis eſt ſubiectum animæ,ut eſt notum ex ſcientia naturali, &.7.

H

meta.cõ.31.Anima eſt forma in calore naturali.i. in corpore diſpoſito per calidum naturale:ſed quia tale calidum in uiuentibus nõ poteſt ſaluari niſi reſtauretur ex humido, conſumpto humido a calore,ſequitur per accidens ipſiuſmet caloris conſumptio,ſed calidum elemẽtale poteſt ſaluari in ſicco,ut clarum ẽ de ſe. Digeſtio igitur non a calido elementali perficitur,ſed a naturali. unde Auẽzoar in principio ſui Theyſir prohibet comeſtionem panis calidi ſtatim extracti a fornace,quia maxime nocet ſtomaco, & uirtuti digeſtiuæ.non enim,ut inquit,quælibet caliditas digeſtionem procurat,ut dicunt uulgares.unde caloris extranei conſuetudo,& natura eſt extinguere naturalem,& ſoluere humiditatem ſubiectam ei,ut ſcribit Auer. 4. meteo.

Propõ.66.

*Omne in quo eſt potentia,aut eſt corpus, aut eſt potentia in corpore.*

ISTA propoſitio ab Auer.ſcribitur in.10. primæ philoſophiæ.cõ.41. Vera autem eſt propoſitio de potentia phyſica paſſiua quæ atteſtatur imperfectioni ſimpliciter loquendo.Nam iſta eſt potentia materiæ. unde Commen.dicit in.9.meta.cõ.2. ꝙ in diffinitione potentiæ paſſiuæ ſumitur diffinitio potentiæ paſſiuæ primæ materiæ,ſicut in diffinitione potentiæ actiuæ ſumitur diffinitio actionis primæ formæ.Fallit autem de potentia logica quæ eſt ens rationis.nam in omnibus intelligentijs citra primam ẽ huiuſmodi potentia logica.ut uult Auer.in.3.de anima.in ſolutio.3.q.in cõ.5.& tamen illę nec corpora ſunt, nec uirtutes exiſtentes in corpore. Et animaduerte unum quod ut ſcribit Commen.in lib.de ſubſtantia orbis,cap̃.ultimo.

I

Potẽtia & materia habẽt gradus

potentia habet gradus,& materia habet gradus,nam.12. meta.cõ.26.potentia reducitur ad materiam, & actus ad formam.Infimus enim & imperfectisſimus gradus materiæ ẽ prima materia,quæ eſt in potentia ad omnes formas materiales ſecundum eſſe materiale per tranſmutationem ſubſtantialem.Alius gradus parum eleuatus ab iſto ẽ potentia q̃ reperitur in elemẽtis q̃ ſunt in potentia non ad oẽs formas ſimpl'r,ſed ad formas mixtorum.ſicut teſtatur Cõmẽ.3.cœli.cõ.67.ubi ponit dr̃iam inter primã materiã,et elementa,in ſolutione obiectionis ibi moræ,in qua quærebatur quare elementa non habent figuras,et tamen elemẽta habẽt formas,& iam dictum fuit ꝙ prima materia non eſt receptibilis formarum niſi inquantũ caret forma oĩno.

K

Et reſpondet dicens,& diſſolutio eſt,quia non ẽ neceſſariũ in receptibili,niſi ut non habeat formam quam recipit, nõ ut non habeat formam omnino. Quia igitur prima materia eſt receptibilis omnium formarum non debet habere aliam formam omnino.elementa uero quæ non ſunt receptibilia omnium formarum cum non recipiũt ſe, ideo non debent denudari a ſuis formis apud receptiones, ſed eſt neceſſarium tantum ut denudentur a formis quas recipiunt, & ideo omnis materia habens formã eſt receptibilis quarundam formarum tantum,& propter hoc iſtę materiæ ꝓprie non habent formas quas recipiunt. Prima autem materia ẽ uniuerſalis cum nullam formã habeat omnino.poſt

Nota

elementa ſunt mineralia quæ ſunt magis eleuata a materia quam elementa,poſtea ſunt plantæ,poſtea ſunt quædã q̃ a græcis zoophyta, hoc ẽ ancipitis naturæ inter plantas, & animalia,quia ut inquit Ariſto.in.9.de natura animaliũ. natura in ſuis operationibus non facit ſaltum. non enim ꝓgreditur de extremo ad extremum ſine medio. poſtea eſt gradus animalium,poſtremo eſt homo.nam homo eſt terminus mundi iſtius inferioris.ut patet 2.de anima.text.cõ. 32.ubi Commen.in principio cõ. inquit. Complementũ

L

animalium & finis eorum qui intẽdebatur in generatione quem cum natura potuit pertingere,ſtetit,ẽ modus animalium habẽs uirtutem ſpeculatiuam cogitatiuam.i.intelligibilem. Supra autem iſtam naturam corporalem ẽ natura orbis cœleſtis,quæ ſm Auer.in.2.cap̃.de ſubſtantia orbis,ẽ perfectior cæteris modis materiæ, & non eſt in eo de potentijs niſi tantum potentia in loco,& ex motu locali nobilisſimus omnium.ſ.circularis, quod intelligo loquendo de potentia inuenta in natura corporali,illa enim eſt ſuprema in perfectione,ſed ultra ẽ materia intelligibilium, & ſeparatorum entium,& iſta etiã habet gradus.unde infimus

Materia intelligibiliũ habet gradus.

intellectus ẽ intellectus posſibilis qui recipit alio modo receptionis quam materia quæ ẽ in rebus corporalibus,quia intellectus recipit ſimilitudines rerum. nam.3. de anima. tex.commẽ.ſexto.intellectus eſt locus ſpecierũ.lapis enim non eſt in aĩa,ſed ſpecies lapidis, & ſic aſcendit ordo uſq; ad actum purum,in quo nulla prorſus eſt potentia quæ ſit arguens imperfectionem. primum enim ens eſt ens ſimpliciter perfectum. 5.metaphy.cap̃.de perfecto.

Propõ.67.

*Contraria ſunt quę ſub eodem genere poſita maxime diſtant.*

M

Propõ nõ ẽ uera ul.

SCRIBITVR propoſitio ab Ariſto.in.10. meta.in tex.commen.13.Sed non eſt generaliter uera de omnibus contrarijs,immo quædam ſunt in diuerſis generibus,quædam autem ſunt ipſa genera contrariorũ, & non ſunt in genere,ut inquit ipſemet Ariſto. in poſtprædicamẽtis.Neceſſarium eſt omnia contraria uel in eodem genere eſſe,uel in contrarijs generibus eſſe,uel ipſa genera eſſe.album enim & nigrum in eodẽ genere ſunt, color enim genus eorum eſt.Iuſtitia uero & iniuſtitia in contrarijs generibus ſunt,huius enim uirtus,huius autem nequitia genus ẽ: bonum uero,et malum non ſunt in genere,ſed ipſa ſunt genera aliorum exiſtentia.

ADDItio

✲ Nota ꝙ malum, & bonum ſunt contraria,& ſunt genera aliorum ꝙ duplex ẽ bonum, quædam per eſſentiam,& hoc eſt in ſolo deo, & huic nihil eſt contrarium.aliud autem per participationem, & eſt bonum in generatione perſeuerans,& huic dicitur malum eſſe contrarium,ſicut luci ſolis nil contrariatur,ſed luci aeris & alijs participantibus lucem opponitur tenebra, ita non cuius cognitioni ignorãtia opponitur.Nam teſte Plato.duplex eſt cognitio,intellectualis, & diſcurſiua. primæ nihil opponitur,ſed cognitioni cum diſcurſu & opinione ignoratio opponitur.Ita notat Iohan.Grã. in poſt prædicamẽtis in ſermone de oppoſitis. Nota etiam ex mente Alex. referente Simplicio in primo cœli.text.cõ.122. ꝙ iſta propoſitio locum habet in ſimpliciter & proprie contrarijs ſine complexione dictis.nam alia eſt contrarietas quæ eſt in

propoſitionibus



A

propoſitionibus, & talium non oportet aliquod idem genus cõmune eſſe,nam alia eſt contrarietas in propoſitionibus alia in terminis. Aduerte etiam ꝙ ut ſcribit Auer. 8.meta.cõ.4.&.10.metaphy.cõ.13.contrarietas primo reperitur in eis quæ ſunt in loco,ideo diſtantia accepta eſt in diffinitione contrariorum,cum dicitur,contraria ſunt quæ ſub eodem genere poſita maxime diſtant. diſtantia enim quæ eſt in loco eſt maxima.ſ.centri ad circunferentiam.

Nota etiam ꝙ contrarietas inuenta in loco, & in qualitate,ut ſcribit Cõmen.in.4.de cœlo,& mundo. cõ.38. eſt æquiuoce,quia contraria quæ ſunt in qualitate ſunt duo in forma,& unum in ſubiecto.Sed contraria in loco ſunt duo in forma,& duo in ſubiecto.

Inſtantia.

Sed tunc eſt inſtantia contra hoc dictum Auer.propterea quia hoc uidetur eſſe commune omnibus contrarijs uidelicet ꝙ nedum ſint duo in forma:uerũetiam,& ſecundum ſubiectum, quia contraria in eodẽ ſubiecto eſſe non poſſunt.

Solutio

Niſi eſſet ꝙ licet contraria in qualitate ſimul in eodẽ ſubiecto eſſe non poſſunt, tamen bene poſſunt in eodem ſubiecto eſſe ſucceſſiue:ſed contraria in loco,neq; ſimul,neq; ſucceſſiue in eodẽ ſubiecto eſſe poſſunt,locus enim inferior, & ſuperior ſunt loca contraria,& ſecundum formam & ſecundum ſubiectum illo modo.

Replica.
B

Sed tunc eſt maior difficultas,quia. 10.metaphy.tex.cõ.14.Eadem eſt materia contrariorum,ſimiliter contraria ſunt quæ circa idem ſubiectum tranſmutata ſe inuicem deſtruunt,& expellunt. Niſi eſſet ꝙ iſta dicta non habẽt ueritatem de omnibus contrarijs, ſed ſolum de his quæ ſunt in qualitate, & ideo recte animaduertens ad omnia iſta Auer.dixit ꝙ contrarietas quæ eſt in loco,& in alijs prædicamẽtis eſt æquiuoce,quia non ſunt eiuſdem rationis uniuoce,ſicut patet ubi per ly æquiuoce debet exponi ſecundum prius & poſterius,& analogice, quia in pure æquiuocis non inuenitur prædicatũ eſſentiale. ut dicit Cõmen.in.4.meta.cõ.2.

Contraria põt ꝓuenirẽ in ſpẽ ſm mathema.

Aduerte etiam ꝙ aliqua contraria ſecundum mathematicam conſiderationem ſunt eiuſdem ſpeciei.pro hoc eſt notabilis auctoritas Commẽ.in primo cœli,& mundi.in cõ.32. ubi uult ꝙ duo motus circulares facti ſuper eodem axe, & eiſdem polis ad partes diuerſas ſunt contrarij,& ſeinuicẽ impediunt,quod tamen eſſe non poteſt ſecũdum phyſicam conſiderationem. unde inquit. Ego autem longo tempore feci moram in quo non intellexi explanationem illius loci ultimam, ſed deus induxit me ad ueritatem,& ſecundum hanc explanationem erit intentio ſermonis Ariſto.ꝙ motus circularis non habet contrarium, non in eo quod eſt motus abſtractus a corporibus naturalibus,ſed inquantũ eſt in corpore moto per naturã,

C

qm̃ ſi eſſet acceptus motus in imaginationibus abſtractis a moto,non contingit imposſibile ponẽdo eos contrarios, & eoſdem ſecundum ſpeciem:uerbi gratia cum imaginauerimus duos motus ſuper eundem polum,et idem centrũ ad duas partes diuerſas contingit neceſſario, ut prohibeãt ſe,& contrarientur inter ſe,& ſecundum hũc modum posſibile eſt exiſtimare ꝙ in motu circulari ſit contrarietas,& cum iſti duo motus fuerint poſiti ĩ corporibus naturalibus reuertetur posſibile ad imposſibile. ſ. eſſe contrarietatem in eadem ſpecie, quia tunc continget ut una res deſtrueret ſe,& ſic natura faceret ocioſum. Vbi manifeſte colligitur ꝙ aliqua non poſſunt contrariari in natura, & ſecundum phyſicam conſiderationem quæ tamen poſſunt eſſe contraria in eadem ſpecie ſecundum eſſe imaginarium,et ſecũdum mathematicam conſiderationem, & ſic non omnia contraria ſunt ſpecie differentia ſecundum mathematicos, immo aliqua contraria ſunt eiuſdem ſpeciei.

ADDItio

✲ Nota tamen ꝙ contrarietas eſt duplex, quædam inſequens rationem & formam & q̃dam materiam,& tunc contrarietas ſm rõnem & formam ſemper arguit differentiam ſm ſpeciem,talia contraria ſunt illa quæ deſcribuntur in.10.meta.ꝙ ſub eodem genere exiſtentia maxime diſtant.ſunt autem quædam contraria inſequentia materiam, ut maſculinum,& fœmininum,& talia non cauſant,nec arguunt ſpecificam differentiam,animal enim mas non differt ſpecie a fœmina.notabilis eſt diſtinctio Philoſophi in. 10. meta. tex.cõ.25.Et ideo motus poſiti in corporibus mathematicis qui ſunt circulares,& contrarij differũt materialiter,q̃a corpora illa abſtrahũt a formis naturalibus,quæ ſunt principia ſpecificę diſtinctionis, & ſic ſunt eiuſdem ſpeciei, & illa contrarietas eſt ſecũdum materiam, ſed in corporibus naturalibus motus contrarij inſequuntur,aut formas contrarias,ut uoluit Alexan.aut ſaltẽ diuerſas, ut uoluit Auer. 5.phyſi.cõmẽ.10.& tertio cœli.cõ.23.& primo cœli. 81. unde nũquam contraria ſecundum formam ſunt eiuſdem ſpeciei.

D

Aduerte etiam ꝙ contrarietas quandoq; ſumitẽ large,& ſic non ſolum dicitur de contrarijs poſitiuis, uerũ etiam dicitur de priuatiue oppoſitis,ſicut teſtatur Cõmen. primo phy.cõ.41.

Priuatiue oppoſita dupliciter

Et priuatiue oppoſita ſunt in duplici differentia,quædam ſunt ſecundum rei ueritatem,ſicut cęcum,& uidens,quædam autem ſunt priuatiue oppoſita ſecundum famoſitatem.unde Auer.in eodem cõ.41.inquit, ꝙ uacuum,& plenum ſunt priuatiue oppoſita ſecundum famam.unde propoſitio famoſa quæ dicit, ꝙ contraria habent fieri circa idem ſubiectum, fallit in cõtrarijs poſitiuis quæ ſunt in loco,ut ſupra dictum eſt ex mente Commen. 4.cœli.cõ.38.ſed ueritatem habet in contrarijs in qualitate,niſi illud ſubiectum determinauerit ſibi naturaliter alterum contrariorum, ſicut ignis calorem. De priuatiue uero oppoſitis ueritatem habet propoſitio in his quæ ſunt ſm rei ueritatem,fallit in his quæ ſunt oppoſita priuatiue ſm famam ſolummodo.

E

ADDItio.

✲ Similiter propoſitio famoſa. 2. cœli. 18.ſi unum cõtrariorum fuerit in natura erit reliquũ, uera eſt in poſitiuis,& ſecundum phyſicam conſiderationem,non ſecundum logicam,ut patet in poſt prædicamẽtis.Similiter licet generatio,& corruptio ſunt inter contraria, non tamen conuertitur ꝙ ubi eſt contrarietas ibi ſit generatio, & corruptio,quia in cœlo eſt contrarietas ſecũdum rarum,& denſum,& non eſt ibi generatio,neq; corruptio.uide Simplicium in ſecundo cœli.in text.cõmẽ.41.

Et ita in ſimili famoſa propoſitio Philoſophi in.2. cœli, & mũdi,quæ dicit in tex.cõ.18.ſi unum contrariorum fuerit in rerum natura,oportet ꝙ ſit reliquum,uera ẽ de contrarijs poſitiuis quæ ſunt ad perfectionem uniuerſi. nã uniuerſum in qualibet hora completum & perfectum eſt.unde omnes ſpecies quæ ſunt ad perfectionem uniuerſi ſemper actu ſunt in uniuerſo,licet enim apud nos in hac hora cum ſit hyemis non ſint roſæ,tamen in alia regione in qua in hac hora eſt uer bene reperiuntur roſæ, ſed fallit hoc in priuatiue oppoſitis, quia non ſequitur.in rerum natura eſt plenum,ergo in rerum natura eſt uacuum,neq; ſequitur,ẽ finitum,ergo erit & infinitum.

F

Similiter etiam propoſitio famoſa, quæ dicit ꝙ contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto,uera ẽ in eſſe completo,& perfecto,tamen bene eſſe põt in eſſe refracto. gloſſa ẽ Auer.in.5.phyſi.in cõ.6.19.&.52.& alibi frequenter. Similiter famoſa propoſitio, quæ dicit ꝙ illud quod eſt conſeruatiuum unius contrarij,eſt deſtructiuum alterius contrarij,uera eſt de agente particulari,fallit autem de agente uniuerſali. nã cœlum mediante motu,& lumine conſeruat omnia elemẽta uirtute caloris cœleſtis. Vnde Auerr.2.cœli, & mundi. cõ.42.ſcribit.corpora cœleſtia in rei ueritate non agunt frigiditates,ſed calores ſimiles unicuiq; elementorum.

Propõ.68

*Imposſibile eſt quòd actio & paſſio ab una & eadem natura procedant.*

PROPOSITIO iſta eſt famoſa,et ſcribitur formaliter ab Auer.in lib. deſtru.deſtruc.in.iij.diſpu.contra Algazelem.in ſolutione.18.dubij,& ſub alijs uerbis in prima diſpu.in ſolutione primi dubij.ubi inquit.Principiũ per ſe notum eſt,& ab omnibus conceſſum,quod nihil ſeipſum permutare poteſt,& idem habet in libro de ſubſtan

G tia orbis in principio. Aduerte autem ꝙ actio,& paſſio,
ſeu mouere,& moueri dupliciter ſumuntur apud Philoſo
phos, proprie uidelicet,& tranſumptiue ſiue æquiuoce.

Actio & paſſio dupliciter.

Actio proprie ſumpta & paſſio fundantur in motu. ut
patet tertio phyſi.tex.cõ.17.& ſunt merito contrarietatis.
ut patet in primo de generatione, & corruptio. tex.cõ.50.
Et iſto modo actio uera non reperitur in abſtractis a mate
ria.unde Commen.in.12.meta.cõmen.44.contra Auicẽ.
inquit,ꝙ in intelligentijs non eſt conſecutio, neq; prouen
tus,neq; actio,ſolum enim ibi eſt cauſa,& cauſatum ſecun
dum quòd intellectum eſt cauſa intelligentis. Nam ut ibi
dem dicit,actio agentis nihil aliud ẽ,quam extrahere illud
quod eſt in potentia ad actum, eodem modo motus pro
prie dictus eſt in rebus corporeis,& eſt actus entis in potẽ
tia inquantum in potentia:motus tamẽ æquiuocus eſt mo
tus ſpiritalis :inquantum enim aliquid intelligit ſe, ut ſic
poteſt dici mouere ſe.colligitur iſta diſtinctio ex uerbis A
uerro.in octauo phyſi.cõmen.40.ubi ſcribit,ſoluendo ra
tionem Platonis de anima,quam uide, inquit. Et hoc eſſet
iterum ſi anima moueret ſe eſſentialiter,& moueret ſe mo
tu proprio abſtractis,ſcilicet ut intellectus, & intellectum
in ea eſſent idem , ut declaratum eſt de primo motore, &
de cœteris motoribus abſtractis,ſed iſte motus dicitur æq
H uoce cum motu qui eſt a motoribus qui ſunt corpora,aut
uirtutes in corporibus. unde lucidiſſimus Themiſtius, in
primo de anima in expoſitione tex.62.ubi Ariſtote. arguit
contra antiquos qui opinabantur animam ſeipſam moue
re,quia gaudet,& triſtatur,& ſentit, & intelligit. inquit enĩ
atque hæc ratio ſi quis ea utatur dupliciter reprehendi po
teſt. Primum ꝙ affectiones illę non ſunt motus. Deinde ſi
illas motus eſſe conceſſero, tamen animæ motus eſſe non
poſſunt, ſed permixtionis.& ibidem dicit ꝙ iudicium non
eſt motus,ſed tranquillitas & quies potius & infra cap̃.34.
inquit. Afferendus eſt etiam alius modus , unde nam mo
ueatur anima ſi omnino neceſſarium ſit moueri,ſed nec eo
motu quo corpora mouentur ab anima,neque demum eo
qui ſit rei in abſolute actus, ſed eo fortaſſe,qui abſolute at
que perfecte. Item primo de anima.capi.17.contra Theo
phraſtum qui rationes Ariſtote.reprehenderat inquit. Sed
reſiſtit huic loco Theophraſtus in his libris in quibus tra
ctat locos ab Ariſtote.ante pertractatos non eodem inqt.
Mouetur anima motu quo mouet ipſa corpus.iudicia,cõ
prehenſiones,aſſenſiones ſunt animæ motus, locales uero
ſunt corporis. Soluendo autem Themiſtius hãc rationem
inquit. Solutio eſt primum,demonſtret illa iudicia,et aſſen
ſiones eſſe motus,hoc nunquam præſtabit utiq;,ſi diffini
I tionem motus recipit quam ſupra nos attulimus motum
eſſe continuum,& attendi cum tempore ex indiuiduis mo
tionibus non componi de potentia ad actum conferri, &
dum confertur obiter retineri potẽtiam, quorum ille oĩum
tanquam uidetur &c.ubi clariſſime patet motum æquiuo
cum Auerro.& Themiſtium appellare iudicium, & com
prehenſionem animæ. Et ex hoc patet quantum diſtent a
ueritate in uia Ariſto.& Cõmenta. Ioãnes Scotus, & Gre
go. Ariminenſis in hoc puncto. Scotus enim in ſecũdo ſen
tentiarum diſtinctio.2.q.9. de motu angeli. & Gregorius
Ariminenſis in eodem ſecundo diſtinctio.6.q.1.arti.2.ubi
examinat quæſtionem de motu grauium, & leuium in re
ſponſione ad quintam obiectionem inquit. Soluendo qua
liter idem non poteſt eſſe mouens per ſe & motum,nec qa
pars moueat totum,nec quia totum moueat totum. Et eſt
ratio Philoſophi in octauo phyſi.tex.cõmẽ.40.inquit. Ad
quintum loquendo de toto,& partibus quantitatiuis, ut ui
detur ſumere Ariſto.dico ꝙ totum mouet totum,& quæ
libet pars mouet etiam ſeipſam. Si autem de partibus qua
litatiuis,uel formalibus poteſt dici ꝙ pars puta grauitas in
graui mouet totum,& ſimiliter mouet ſeipſam,et ſi eſſet ſe
parata a materia,& a forma ſubſtãtiali adhuc moueret ſe,
ſicut de facto patet in Euchariſtia. Tunc cum probatur ꝙ

Cõtra Scotũ,& Grego. de Arimino.

totum non mouet totum per illa, quæ tanq̃ inconuenien
tia inferuntur, dico ꝙ illa ſimpliciter accepta non ſunt in
conueniẽtia.idem nãq; ſeipſum alterat,ſicut patet de aqua
calida quæ per ſe redit ad frigiditatem, ut ſupra patuit per
Auicen. & experientia docet, & ſimiliter uoluntas cauſat
in ſe uolitionem, & ſic de alijs pluribus, iſta ſic ſimplici
ter ſumpta non reputantur inconuenientia a Philoſopho,
ſed ſolum in his in quibus ſolum motio eſt unica,ideſt in q
bus principium mouendi eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę
cum termino motus. tali ſi quidem motione Philoſophus
dicit idem non poſſe mouere ſeipſum primo,utputa frigi
dum per frigiditatem q̃ habet actu nõ frigefacit ſeipſum,
nec calidum calefacit ſe per ſuum calorem , & quod iſta
ſit intentio eius patet.nam ſtatim ibidem abſq; medio ad
dit.ſimiliter autem & aliorum unumquodq; quorũcunq;
mouens neceſſe eſt habere uniuocum.ubi Cõmen. & iſte
inquit. Sermo eſt intellectus ex prædictis.ſ.ꝙ impoſſibile
eſt,ut ad aliquid moueat ſm ꝙ mouetur,& hoc eſt in mo
tis,& mouentibus quæ dicuntur uniuoce. & addit Cõmẽ
ta.quod Philoſophus dixit,hoc quia hoc non eſt impoſſibi
le niſi in motoribus quæ ſunt corpora, aut uirtutes in cor
poribus. Ratio eſt,quia in illis tãtum reperitur illa uniuoca
motio , licet nõ reperiatur in omnibus,& in multis reperia
tur motio æquiuoca.talis autem motio uniuoca non eſt in
motu locali corporum ſimplicium, ſicut patet niſi dicere
tur per loca in quibus actualiter ſunt mouẽt ſe ad loca eiuſ
dem ſpeciei ſpecialiſſimæ, & forſitan ad hoc excludẽdum
inter alia inconuenientia dixit,& ferret,& ferretur. Et ſimi
liter dicendum ad aliud illatum , puta ꝙ idem eſſet ĩ actu,
& in potentia.ſ.in actu formali,& uirtuali uniuoco, & ĩ po
tentia formali,ſcilicet tali motione uniuoca ſe moueret. Si
autem motio ſit æquiuoca non ſeqtur n ſi ꝙ ſit in actu uir
tuali non uniuoco,& in potẽtia formali iuxta uulgatam di
ſtinctionem,et iſtud non eſt inconueniens,ſicut per multa
exempla declarat,quæ uide ſi placet. Sed mirum eſt ꝙ
in motu æquiuoco in quo ſecundum iſtam expoſitionem
principium mouens,& terminus motus non ſunt eiuſdem
ſpeciei ſpecialiſſimę non ſit inconueniens idem mouere ſe
ipſum,& idem eſſe in actu uirtuali æquiuoco,& in poten
tia formali,ſicut eſt in motu locali,& tamen Ariſto.de illo
motu loquitur in toto illo capitulo, quod incipit ibi ,Neceſ
ſe eſt igitur omne quod mouetur,& incipit a tex.com̃. 34.
uſq; ad. 40.loquitur enim de motu locali , nam ut dicit ibi
Cõmen.in principio cõmenti uult congregare omnes ꝓ
poſitiones prædictas in duobus ſyllogiſmis hypotheticis,
quorum unus eſt diuiſiuus,alius continuus,& concludere
ex hoc illud quod intendit concludere,& eſt quod mouen
tia quæ mouentur in loco reducuntur neceſſario ad motũ
ex ſe quod eſt primum mouentium quæ mouentur. & in
tex.40.ubi probat ꝙ totum non mouetur totum , quia tũc
idem eſſet in potentia , & in actu. loquitur etiam de motu
locali. nam ut inquit Cõmen.ibi in principio cõmẽti, cum
declarauit ꝙ omne motum ĩ loco reducitur ad motum ex
ſe paulopoſt concludit ꝙ modo uult perſcrutari de moto
ex ſe quomodo mouetur,& a quo mouetur,et intendebat
hoc quoniam uidebat̃ Platoni,ꝙ motum ex ſe componit̃
ex moto,& motore qui mouet ſe. Nec v3 ꝙ dicit Gre
gorius ꝙ in motu locali poteſt eſſe principium mouẽs uni
uocum cum termino motus,ſi imaginemur ꝙ per loca in
quibus actualiter ſunt corpora ſimplicia mouent ſe ad lo
ca eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę,& ideo intulit illa inconue
niẽtia,& ferret,& ferretur.nam nullus hoc opinatur. nam
locus eſt in locante. Amplius autem nullus opinatur lo
cum eſſe de principijs actiuis mouentibus ſimplicia ad ſua
loca in uia Ariſto.quia talia dicuntur mota ex ſe,& ex prin
cipio intrinſeco actiuo quod eſt propria forma, & ideo mi
rum eſt quomodo allegat auctoritatem Auerro.quæ erat
clara, & eam inuoluit,per motum enim uniuocum inquit
Cõmenta.intelligit motũ qui eſt motoribus quæ ſunt cor
pora,aut

K

L

Impugnatio

M



A pora,aut uirtutes in corpore.in talibus enim eſt impoſſibi
le ꝙ idem ſit per ſe mouens,& per ſe motum. unde motus
uniuocus eſt motus proprie dictus,& eſt rerum corpora
lium.nam ſexto phyſi.demonſtratũ eſt ꝙ omne quod mo
uetur eſt diuiſibile,per motum autem ęquiuocum intelle
xit motum qui eſt metaphorice dictus ſicut intellectio, &
cognitio,& iudicium dicunẽ motus illo modo.unde inquit
in calce cõmenti contra Platonem,& hoc eſſet uerũ ſi anĩ
ma moueret ſe eſſentialiter,& moueret ſe motu ꝓprio ab
ſtractis,ſcilicet ut intellectus,& intellectũ in ea eſſent idẽ,
ut declaratum eſt de primo motore,& de cæteris motori
bus abſtractis,& ſubdit , ſed iſte motus dicitur æquiuoce
cum motu qui eſt a motoribus qui ſunt corpora,aut uirtu
tes in corporibus & omne hoc eſt manifeſtum exercitanti
bus ſe in iſtis ſcientijs.quid clarius,aut quid manifeſtius dĩ
ci potuit? unde iſti Gregorio multotiens hoc contingit qd'
allegat aliquas Commen.auctoritates extra propoſitum.

Opi.ꝓpria

Dicamus igitur ꝙ in motu ęquiuoco qualis eſt in abſtra
ctis ſubſtantijs idem poteſt eſſe per ſe mouẽs,& per ſe mo
tum.i.idem poteſt ſeipſum intelligere,quia in talibus idem
eſt intelligens,& intellectum, & intellectio. loquendo aũt
de uero motu,& de uera actione quæ eſt in corporibus, ĩ
poſſibile eſt,ut idem ſecundum idem , & eodem modo ſit
B per ſe mouens,& per ſe motum,ſed ſemper inter mouens,
& motum ſcd̃m Philoſophos illo modo cadit realis diſtin
ctio. Pro quo debes ſcire ꝙ mouere,& agere ſunt effectus
formæ.moueri autem & pati ſunt materię,ut ſcribit Ariſt.
in.2.de generatio.& corruptione.in tex.cõ.52.&.3.phyſi.
text.cõ.17.Semper exiſtimabitur aliqua ſpecies mouens.

Forme sũt duplices.

Aduerte tamen ꝙ formæ ſunt duplices quędam ſunt in
materia,& quædam ſunt abſtractę a materia. differunt au
tem & conueniũt inuicem iſtę formæ. Nam omnis forma
ſiue ſit in materia ſiue abſtracta a materia habet per ſe mo
uere,quia hoc competit formis inquantum ſunt formę. Dif
ferunt autem quia forma in materia licet per ſe moueat,ta
men per accidens mouetur , quia eſt conſtituta in eſſe per
ſuum ſubiectum,& ideo mouetur per accidẽs ad motum
ſui ſubiecti.unde Auer.in.4.cœli & mundi,in cõ.22.&.3.
cœli.cõ.28.inquit.lapis enim mouet ſe inquantum eſt gra
uis in actu,& mouetur inquantum eſt potentia inferius, &
cauſa in hoc quia inuenitur uno modo in actu, & alio mo
do in potentia eſt, quia componitur ex materia, & forma.
forma enim eius mouet inquantum eſt forma,& mouetur
ſcd̃m ꝙ eſt in materia.non enim eſt in potẽtia inferius niſi
ſecundum ꝙ eſt in materia. Ecce igitur ꝙ formæ materia
C les quoquo modo fiunt mobiles per accidens.ſecus autem
eſt de formis abſtractis a materia, quia illę ſolum ſunt per
ſe motrices,& nullo modo motæ ꝑ accidens in ſe conſide
rate,nec etiam per ſe,quia moueri per ſe repugnat formis
inquantum ſunt formæ,quia tale ut ſic eſt potentiæ,& ma
teriæ,repugnat etiam talibus quod ſint motę per accidens
ratione materiæ,quia tales non ſunt formæ in materia,nec
ſunt conſtitutę in eſſe per ſubiectum. & ideo Cõmen.ani
maduertens ad hoc ꝙ modo dixi in.9.primæ philoſophię.
cõ.2.inquit. Forma non patitur a primo tranſmutante ſm
ꝙ eſt forma eſſentialiter,ſed patitur per accidens , & ideo
tranſmutatio ideo non eſt prima trãſmutatio , ſed ſcd̃m ꝙ
eſt forma in paſſiuo.ſ.in materia , & ideo formæ quæ non
ſunt in materia non patiuntur eſſentialiter,aut accidentali
ter,quia igitur potentia actiua eſt principiũ actionis,& po
tẽtia paſſiua eſt principiũ paſſionis, & iſtæ ſunt potentiæ
primo diuerſæ.nam.9.metaphy.tex.cõ.2. Potentia actiua
eſt principium tranſmutationis in aliud inquantum aliud
qd̃ additur ſcd̃m Auer.ibi quia eſt manifeſtum per ſe qd'
nihil agit in ſeipſum,& potentia paſſiua eſt principiũ tranſ
mutationis ab alio,inquantum aliud,quia ut dicit eſt mani
feſtum per ſe quod nihil a ſeipſo patitur. unde Ariſto.in.1.
de generatione.tex.cõ.48.infert.ꝙ ſi ſimile a ſimili pati ali
quid poſſibile eſſet , tunç idem a ſeipſo etiam pateretur.

D Ex quo patet ſolutio ad Achillẽ Scotĩ qui uoluit proba
re oppoſitum in.9.ſuæ meta.q.14.arguit ſic. Actiuum qd̃
cunq; pro primo obiecto reſpicit paſſiuum tale non hoc
paſſiuum.uerbi gratia tam calefactiuũ in cõi q̃ quodcũq;
pro primo obiecto reſpicit calefactibile in cõi,non hoc uel
illud ſed in cõi. Ex his ſequitur quodlibet contentum ſub
primo obiecto alicuius ſit per ſe obiectum eiuſdem, quod
cũq; calefactiuum reſpicit quodcũq; calefactibile pro per
ſe obiecto,& econuerſo,quodcunq; calefactibile qd̃cũq;
calefactiuum,ſed poſſibile eſt ꝙ aliquid ſit actiuum ſcd̃m
a ,eodem modo quo aliquid aliud eſt actiuum ſcd̃m a, idẽ
etiam ſit paſſiuum ſcd̃m a,ſicut quodcunq; aliud paſſiuũ
eſt ſcd̃m a,ergo illud in ratione actiui ita habet ſeipſum in
ratione obiecti,ſicut quodcũq; aliud paſſiuum,ergo ita po
teſt in ſeipſum agere ſicut in aliud.maior autem ẽ ſatis ma
nifeſta ex prima relatione inter cõia , ſed minor negaretur,
uel etiam ipſa conceſſa negaretur ultima conſequentia,qa
agens debet eſſe approximatum paſſo , & ita diſtinctum
ſitu ſic non poteſt idem ſe habere ad ſe. Contra primũ
minor probatur.multi ſunt effectus nati ꝓduci ab actiuo
ęquiuoco,& non uniuoco,patet de leuitate in igne genera
to, illam formam ęquiuocam oportet ponere aut formam
ſubſtantiæ,aut aliam aliquam qualitatem, ergo habens il
E lam actiuam per ſe eſt leuificatiuum,ut ita loquar. poteſt
autem iſta forma eſſe in aliquo leuificabili,patet ĩ exemplo
prædicto, quæcunq; enim forma in generante poneretur
actiua reſpectu leuitatis eadem eſt in igne genito , & prior
eſt naturaliter ipſa leuitate. Patet quia eſt eius principium
actiuum,ergo non eſt cõtradictio ꝙ ipſa inſit generatio le
uificante non in exiſtente. Et patet ꝙ poteſt ineſſe illi, qua
re idem ſine contradictione poteſt eſſe leuificatiuum,& le
uificabile. Contra ſecundum probatur illa cõſequentia
ultima.nam approximatio hæc non uidetur neceſſaria ad
agendum,ut includit diſtinctionem ſitus , niſi quando ma
ior præſentia non eſt poſſibilis inter actiuum & paſſiuũ.
Si enim hæc præſentia ſufficit multo magis maior præſen
tia ſufficeret,quod probatur dupliciter. Primo ducẽdo ad
inconueniens,alioquin ſi poneretur ignis inexiſtens aquæ,
ſicut angelus poteſt ſimul cum cœlo nõ calefaceret aquã,
nec angelus mouere cœlum. Secũdo idem probatur ex
cauſa,quia non oportet agens eſſe præſens patienti,niſi qa
uirtus agentis non poteſt attingere in proportionabiliter di
ſtans, ut ibi aliquid efficiat ꝙ ſi paſſiũ ſecum eſſet.nonne
perfectius attingeretur a uirtute agentis? Hoc ergo ſuppoſi
to arguitur ultra. Cum idem uerius eſt ſibi præſens ſi eſt
actiuum, & paſſiuum ſecundum idem quam aliud poſſet
F eſſe ſibi pręſens:ita ueriſſime ſaluatur illa cõditio propter
quam appropinquatio requiritur quando maior præſentia
eſſe non poteſt,ergo ueriſſime eſt actio. Ad hoc autem
dicimus quòd ratio iſta eſt logica.non enim procedit ex ꝓ
prijs quales debent eſſe rationes demonſtratiuę.nam fun
damentum huius rei eſt diuerſitas inter potentiam actiuã,
& paſſiuam,præſertim quia Commenta. uult ꝙ in diffini
tione potentiæ paſſiuæ cuiuſcunq; accipitur diffinitio pri
mæ materiæ,& in diffinitione cuiuſcunque potentiæ acti
uæ ſumitur diffinitio actionis primæ formæ.nam ſicut oẽs
formæ ſunt in potentia paſſiua primæ materiæ,ſic ſunt in
potentia actiua primi motoris qui eſt idem cum prima for
ma,ut patet.12.metaphy.cõmen.18.unde nihil poteſt eſ
ſe per ſe agens,& per ſe patiens ſecundum idem. Am
plius actio requirit contactum.nã forma exiſtens in ſubie
cto non alterat ſuum ſubiectum?propter quid enim hecti
cus non ſentit calorem febrilem,niſi quia illa febris non ha
bet cauſam ex qua dependet,ſicut febres putridæ, & ephi
meræ quæ dependent ab humoribus , & a ſpiritibus , ſed
illa eſt impreſſa in membris,& facta familiaris. unde Ari
ſtote.in primo de generatione,& corruptione,in tex.com̃.
78.expreſſe inquit. Continuum igitur unumquodque, &
unum ens impaſſibile. ſimiliter autem & non appropin

Solo rõnis Scoti.

Solutio.

G quantia, nec ſibi ipſis, neque alijs quæ facere apta ſunt &
pati. unde actio uera præſupponit contactum uel forma-
lem, ſicut eſt quando tam agens quam patiens ſunt cor-
pora, uel ſaltem uirtutes in corpore, ſicut quando intelligẽ
tia mouet orbem, & ideo minor illa ſciti, & ultima conſe-
quentia negãda eſt, quia impoſſibile eſt quòd aliquid per
ſe poſſit habere ſeipſum in ratione actiui, & paſſiui, tum
quia natura agens, & natura patiens ſunt naturæ per ſe pri
mo diuerſæ, tum quia in actione acquiritur quòd agens,
& patiens ſint diſtincta loco & ſubiecto, ſicut expreſſe de
terminat Ariſtote. primo de generatione, ubi ſupra, & ex-
periẽtia teſtatur hoc de hectico, ut dictum fuit. experimen-
tum enim ſermonum uerorum eſt, ut concordent ſenſa-
tis, ut dicit in octauo phyſico. Commenta. in cõmen. 22.
quod autem dicit de leuitate quæ generatur ab æquiuoco,
patet quòd illa eſt aggenerante. nam tertio cœli & mundi.
cõmen. 25. agens quantum dat de forma, tãtum dat de ac
cidentibus concomitantibus formam, mediante tamẽ for
Obiectio ma. Sed contra prædicta obijcitur. nam ſi in motu me-
taphorico ſeu æquiuoco non inconuenit ꝙ idem ſit mouẽs
& motum, & idem ſit in actu, et ĩ potẽtia, tunc demonſtra
tio Ariſtote. rueret in tertio de anima text. cõmen. 4. habet
enim Auerro. in commento, ꝙ illa demonſtratio funda-
H tur ſuper duas propoſitiones, quarum una eſt quòd ſubſtã
tia intellectus materialis recipit omnes formas materiales.
Secunda autem eſt, ꝙ omne recipiens aliquid neceſſe eſt,
ut ſit denudatum a natura recepti, & ut ſubſtantia non ſit
ſubſtantia recepti in ſpecie. ſi enim recipiens eſſet de natu-
ra recepti, tunc res reciperet ſe, & tunc mouens eſſet mo-
tum. unde neceſſe eſt, ut ſenſus recipiens colores careat co
lore, & recipiens ſonum careat ſono. & hæc propoſitio in-
quit Auerro. eſt uera ſine dubio. modo ſi prædicta ſunt ue
ra dicam ſibi ꝙ in receptione intellectus poſſibilis cum il-
la ſit motus æquiuocus, non oportet ut idem non ſit reci-
piens & receptum, & mouens, & motum, quia iſta uera
ſunt ſecundum ipſum in motu uniuoco qui ẽ corporibus,
aut in uirtutibus quæ ſunt in corpore. Amplius autem
Secunda. dubitatur, quia ſupra dictum fuit ꝙ forma, ut forma mo-
uet, ſed ut in materia mouetur. & ſic diuerſis modis poteſt
eadem forma eſſe actiua, & paſſiua, tunc ſtante hoc ſequi
tur quòd non oportet ponere intellectum agentem tanꝗ̃
rem diſtinctam ab intellectu poſſibili contra Ariſtote. &
Commenta. in tertio de anima. in tex. commen. 17. quia di
cunt ꝙ anima intellectiua, ut eſt forma eſt actiua intelle-
ctionis, ut autem eſt forma in materia eſt paſſiua. Niſi
eſſet quòd propoſitio illa ſuperius limitata quod in motu
I æquiuoco, & actione æquiuoca non inconuenit quod idẽ
ſit per ſe mouens, & ꝑ ſe motum, ideſt idem ſit per ſe intel
ligens, & per ſe intellectum ueritatem habet in omnibus
abſtractis ſubſtantijs, excepto intellecto poſſibili qui eſt
imperfectiſſimus in genere abſtractorum, ut dicit Com-
menta. in tertio de anima. commen. 19. unde talis non in-
telligit ſe eſſentialiter, ſed poſt intellectionem aliorum: ut
teſtatur Ariſtote. in tertio de anima. in tex. cõmen. octauo,
& iſta gloſſa etiam colligitur expreſſe de mẽte Auerro. ex
octauo. phyſico. cõmen. 40. iam allegato. ubi loquens con
tra Platonem de anima rationali inquit. ꝙ illa non mouet
ſe eſſentialiter motu proprio abſtractis, ita ꝙ intelligens,
& intellectum ſint eadem eſſentialiter in ea, ſicut eſt de pri
mo motore, & de cæteris motoribus abſtractis. unde mul
tum difficile eſt inuenire in naturalibus, & in ſcientia diui-
na propoſitionem quæ ſit uniuerſaliter uera, quia naturæ
entium ſunt ualde diuerſæ. Ad aliud dico quòd non po
Solõ ſcdæ obiectiõis. teſt dici animam intellectiuam eſſe receptiuam ratiõe qua
eſt forma in materia. Et ratio eſt, quia eſt longe diuerſus
modus receptionis materiæ, & modus receptionis intelle-
ctus poſſibilis. nam ut inquit Commenta. in tertio de ani-
ma. in commen. 5. in principio. Materia recipit formas di-
uerſas, & iſtas quarum concluſio in materia eſt terminatio

primæ materiæ in eis, ſed natura intellectus recipit formas K
uniuerſales, & abſtractas. non enim eſt opinandum ꝙ ma
teria ſit cauſa receptionis ſimpliciter, ſed eſt cauſa receptio
nis tranſmutabilis, ſcilicet receptionis huius indiuidualis en
tis: ut dicit in eodem tertio de anima. in commẽ. 28. Di Epilog⁹ & ſumma totius limitationis.
camus igitur ꝙ in actione uera, & motu uero qui reperitur
in corporibus, aut in uirtutibus corporeis, impoſſibile eſt
ut actio, & paſſio ab una, & eadem natura per ſe proce-
dant. unde Auerro. in eodem loco dicit quòd Philoſophi
poſuerunt ſignum formæ ex operationibus, & poſuerunt
ſignum ſubiecti ex paſſionibus. nam ex operationibus de
monſtratione ſigni innoteſcunt nobis formæ, & ex paſſio
ne innotuit nobis materia, tamen in motu æquiuoco idem
poteſt eſſe per ſe mouens, & per ſe motum, ideſt per ſe in-
telligens, & intellectum in oĩbus abſtractis intelligentijs,
excepto intellectu materiali, & iſte eſt intellectus ꝓpõnis.

## *Cauſa eſt nobilior ſeu perfectior cauſato.* Propõ. 69

FAMOSA Eſt propoſitio, ſed non eſt uniuerſaliter
uera. unde ſubtilis doctor in ſuis Theorematibus lon-
ge ante nos dixit quòd iſta propoſitio eſt falſa ſimplici-
ter, ſed eſt uera accidentaliter. fallit enim in materia. nam
ſeptimo met. tex. commen. ſeptimo, compoſitum eſt ma- L
gis ens, quam materia, & ratio eſt, quia compoſitum eſt in
actu, & materia eſt in potentia. ✠ Quod ueritatem ha- ADDItio
beat in cauſa materiali arguitur ex ſecundo de anima, tex.
commen. tertio. ubi dicitur ꝙ corpora phyſica ſunt magis
ſubſtantiæ, & rationem reddit dicens, principia enim alio-
rum ſunt, uidelicet corporum artificialium, patet autem ꝙ
corpora naturæ nõ ſunt principia artificiali niſi in rõne ma
teriæ, vt patet ſecundo de anima. cõmẽ. octauo. Niſi eſſet
quod ratio iſta ualet genera materiæ, quia corpora naturę
ſunt ſubſtantiæ, corpora artis, ut ſic ſunt accidentia, ſubſtã
tia autem licet ſit cauſa accidentis in genere cauſæ mate-
rialis eſt prior accidente ſeptimo metaphy. tex. cõmen. 4.
in cauſa igitur materiali in his quæ ſunt eiuſdem generis
non tenet, ſed in his quæ ſunt diuerſarum generum, ut ſub- Inſtantia.
ſtantia, & accidens tenet. Sed ſi quis inſtet ꝙ materia
eſt æterna, & compoſitum ex materia, & forma eſt corru
ptibile. modo prius natura, & ratione, & tempore eſt per-
fectum imperfecto, corruptibili autem incorruptibile: ut
teſtatur Ariſtote. in octauo phyſico. in cõmen. & text. 75. Solutio.
materia igitur eſt perfectior compoſito. Niſi eſſet ꝙ li-
cet æternum inquantum æternum eſt ſit prius perfectio-
ne corruptibili inquantum corruptibile eſt, non tamen q̃d
libet æternum eſt prius quolibet corruptibili. nam mate- M
ria cum ſit ens in potentia non poteſt eſſe perfectior for-
ma, aut compoſito quæ ſunt in actu, quia perfectio ut ſu-
pra habitum fuit, non inſequitur gradum præciſum entis,
ſed entis in actu, nec maior duratio abſolute in iſtis quæ
ſunt hic, atteſtatur maiori perfectioni, alioquin mineralia,
& lapides cum habeant magis perſeuerantem, & diutur-
nam permanentiam eſſent nobiliora plantis & animali-
bus: quod eſt expreſſe falſum. Propoſitio etiam ſecũdum
Scotum locum non habet de forma. ſed hoc non teneo iu-
xta uiam Auerro. & Ariſto. q in ſeptimo metaphy. tex. cõ.
ſeptimo eadem ratione uult formam eſſe prius, & magis
ens utroq;, ſcilicet tam reſpectu materiæ, quam reſpectu Scoti ratio
compoſiti. Scoti autem ratio quam innuit hic, ſolui po-
teſt. nam inquit, forma cum ſit pars eſt imperfectior toto.
Et poteſt confirmari ſua ratio per Auerro. in ſeptimo
metaphyſi. cõmen. 15. ubi habet prioritas partium ad ſuũ
totum eſt prioritas materiæ ad formam, ſed prioritas to-
tius ad partes eſt prioritas formæ ad materiam. modo re-
ſpectus materiæ ad formam eſt reſpectus imperfectioris Solõ rõnis Scoti
ad perfectius neceſſario. Ad hoc dici poteſt ꝙ licet prio
ritas partium quantitatiuarum ad totum integrale ſit prio
ritas imperfectioris ad perfectius, & materiæ ad for-
mam: tamen in partibus qualitatiuis hoc uniuerſaliter ue-
ritatem



A ritatem non habet. unde forma eſt tota rei perfectio, &
omnem perfectionem quam habet compoſitum, habet a
forma. Falſa etiam eſt propoſitio de efficiente uniuoco.
clarum eſt, quia in generatione uniuoca generans, & geni
tum ſunt eiuſdem perfectionis eſſentialiter, ſicut homo ge
nerans, & homo genitus. nam in indiuiduis eiuſdem ſpe-
ciei non eſt hoc prius, & illud poſterius, ut dicit Philoſo-
phus in tertio metaphyſi. in tex. cõmen. undecimo. Fal
lit etiam de fine intrinſeco, ſiue de fine rei generatę, quia ta-
lis eſt accidens, quia non eſt niſi ipſa propria operatio.
Fallit etiam in cauſa inſtrumentali. ſicubi igitur famoſa
propoſitio ueritatem habet eſt de efficiente æquiuoco, &
de fine extrinſeco.

## *Motus qui eſt ab extrinſeco motore ẽ uiolentus.* Propõ. 70

COLLIGITVR ISTA propoſitio ex intentio
ne Philoſophi in ſeptimo phyſico. in tex. cõmen. deci-
mo, ubi diuidit motum in loco ĩ motum ex ſe, ideſt ab
intrinſeco, & eſt motus naturalis, & in motum ab extrinſe
co qui eſt quadrifariam, uidelicet, pulſio, tractio, uectio, &
vertigo, & omnes iſti ſunt motus uiolenti. Et ita multi
tenent abſolute nulla limitatione adiecta debere propoſi-
tionem intelligi quod confirmant ex diffinitione uiolenti
B poſita ab Ariſtote. in tertio ethi. cap̃. ſecundo, ubi inquit.
uiolentum eſt id cuius principium extrinſecum eſt. Sed
Impugnatio iſta opinio non eſt de intentione Commẽta. nec etiam eſt
de mente ſancti Thomę, ut dicunt quidam. nam Cõmen
ta. in tertio cœli, & mundi. in com̃. uigeſimo, & in ſecundo
meteororum tenet in cap̃. ſecũdo, ꝙ motus circularis ignis
in ſua propria ſphæra non eſt naturalis ſimpliciter, quia nõ
eſt a principio intrinſeco, nec etiam eſt uiolentus, quia nul
lum uiolentum perpetuum eſſe poteſt ex ſecundo cœli &
mundi. tex. cõmen. 18. ſed dicit ꝙ eſt neuter. Nec etiam
illud habet ueritatem ex mente diui Thomæ. nam ipſe in
primo cœli. in lectione quarta, loquens de eodem motu ſu
per expoſitione. text. commen. 10. & 11. inquit, ꝙ motus
ignis, & aeris non eſt naturalis, neque uiolentus quem ha-
bent in propria ſphæra, ſed eſt quodammodo ſupra natu-
ram, quia talis motus ineſt eis ex impreſſione ſupioris cor
poris, cuius motum ſequuntur ignis, & aer ſecundum com
pletam reuolutionem, quia hęc corpora ſunt cœlo propin
quiora. Aqua uero ſecũdum incompletam circulationem,
ſcilicet ſecundum fluxum, & refluxum maris. Terra uero
uelut remotiſſima a cœlo nihil a tali permutatione partici-
pat, niſi ſecundum ſolam alterationem partium illius. Ex
quibus manifeſte elicitur ꝙ non quilibet motus ab extrin
2 ſeco motore eſt uiolentus abſolute loquendo. nam hoc ſi
ueritatem continet non eſt niſi quando ille motor extrinſe
cus non habet ex ſua natura, ut ſemper moueat illud mo-
bile, ſed in aliqua hora, & hoc bene notatur per Auerro. in
tertio cœli. in commen. allegato. Et ex hoc patet ſolutio
Solõ rõnis ponẽtiũ intelligẽtiam dare eẽ orbi. argumenti ꝙ aliqui credunt demonſtrare ad probandum
intelligentiam dare eſſe formaliter orbi, alias ut dicunt mo
tus cœli eſſet uiolentus, quia tũc talis motus eſſet ab extrin
ſeco motore, & omnis motus ab extrinſeco motore ſecun
dum ipſos eſt uiolentus, & ideo ponunt cœlum eſſe forma
liter animatum ab intelligentia tanquam a forma dante eſ
ſe, quia omnis forma informat, & dat eſſe formaliter, & ita
ſecundũ ipſos primus motor cum ſit idem cum prima for
ma uolũt quòd dat eſſe formaliter ipſi cœlo, quorum neu
trum uerum eſt. Nam Auerro. primo cœli. commen. 22.
manifeſte concedit motum cœli eſſe a principio extrinſe-
co. inquit enim, & ideo uia loquentium de lege noſtra ad
probandum deum eſſe non inducit eos niſi ad corpus ęter
num neceſſario, ut inquantum eſt nouum eſt generatum,
& quia omne generatum habet generans, & omne gene-
ratum, non generatur, niſi poſtquam primo alteratur in
qualitate ab agente, neceſſarium eſt ꝙ alterans ipſum ſit
corpus, quapropter neceſſe eſt, ut ante mundum eſſet cor

pus alterans ipſum. & ſi ponat illud corpus generatum cõ D
tingeret, ut prius eſſet aliud corpus, & ſic in infinitum ne- Impugnatio
ceſſario, ergo oportet ut ſit corpus alterans non alterabi-
le, neque generabile omnino, & perſcrutabitur de hoc
corpore. apparet enim quod impoſſibile eſt, quòd ſit ſem
per mobile per ſe, niſi per principium extrinſecum nõ cor
poreum, neque ut ſit uirtus in corpore. Amplius octa-
uo phyſico. commen. 52. expreſſe teſtatur ꝙ motus diur-
nus qui inuenitur in orbibus planetarum eſt non a moto-
re coniuncto, ſed eſt a primo motore. Patet autem ꝙ pri-
mus motor eſt motor extrinſecus reſpectu orbium plane-
tarum, & tamen non dicimus quòd illi orbes mouentur
uiolenter illo motu. Similiter falſum eſt ꝙ omnis forma Nõ oĩs forma actualiter ĩformat
actualiter informat. nam Auerro. duodecimo metaphyſi.
cõmẽ. 37. expreſſe dicit. perfectionum enim propter quas
mouetur perfectum, quædam ſunt qualitates quibus per-
ficitur illud quod mouetur, ut illud quod mouetur propter Quod prima ĩtelligẽtia non ſit forma cœli inherẽs ſiue ĩformãs uide expõ.
ſanitatem, & quædam ſunt ſubſtantiæ extrinſecæ a re quę
mouetur ad eas ut aſſimiletur eis, ut inueniuntur omnes
actiones ſeruorum, quoniam ſunt erga genera intentionũ
domini ſui. igitur dicuntur eſſe propter dominum, & ſimili
ter omnia entia cum hoc primo principio, & in prima di-
ſputatione in ſolutione ulti. dubij expreſſe idem habet. Am
plius ſi omnis forma, & actus ſecundum mirabilem iſto- E
rum phantaſiam ſecundum mentem Ariſtote. & Auerro. nẽ Simplicij i. 8. phy. 84. ubi ponit hoc partim ex ſnĩa Alex. parti ſua. Ibidẽ ẽt inuenies quõ cœli dicuntur aĩa ti, et q̃ formã hẽant, & oĩno, q̃ ſit eorũ natura.
formaliter informat, & actuat ſuum ſubiectum, ad quid er
go poſita ab Ariſtote. diffinitione animæ in ſecundo de ani
ma. tex. cõ. 5. in qua dicitur anima eſt actus corporis phy
ſici organici habentis uitam in potentia. demum, in tex. cõ.
11. inquit. Amplius autem immanifeſtum eſt ſi ſit corpo-
ris actus anima, ſicut nauta nauis. Amplius Auerro. ex-
preſſe octauo metaph. cõ. 12. dicit ꝙ ſubſtantiæ cœleſtes
non ſunt compoſitæ ex materia, & forma, ſed ex corpore,
& forma animata intelligibili non ita ꝙ anima ſit res ani-
mata, non ita ꝙ illis eſt aliquid quod animatur per animã,
aut uiuat per uitam, ſed ſunt animata per ſe & uiua. omne
enim quòd uiuit per uitam eſt generabile, & corruptibile.
Amplius ſi cœlum eſt compoſitum ex orbe, & intelli-
gentia tanquam forma informante, ut iſti aſſerunt, quęren
dum eſt ab iſtis tenentibus hoc eſſe de intentione Auerro.
iſta compoſitio ad quem artificem ſpectat qui habeat de-
clarare hoc. Non ad diuinum, quia ipſe arguit Auicen. in
primo phyſico. cõmen. ultimo, qui aſſerebat naturalem a
diuino ſumere corpora eſſe compoſita ex materia, & for-
ma. unde inquit, & peius eſt hoc quod dicit ꝙ iſta ſcientia
accipit a primo philoſopho corpora componi ex materia,
& forma. Forte dices ꝙ compoſitio ex materia quæ eſt F
in potentia ad eſſe eſt illa quæ declaratur in naturali philo Euaſio.
ſophia. & de iſta Auer. reprehendit Auicen. quia ſequitur
negligens eſt ne alia uia ad ſciendum hoc niſi ex tranſmu-
tatione exiſtente in ſubſtantia, tamen compoſitio ex orbe,
& intelligentia pertinet ad diuinum. Sed hoc ſtare non Impugnatio
poteſt in uia Auer. quia in principio libri de ſubſtantia or-
bis ita exorditur. In hoc tractatu intẽdimus perſcrutari de
rebus ex quibus corpus cœleſte componitur. determinatũ
ẽ enim corpus cœleſte componi ex duabus naturis, ſicut
generabilia, & corruptibilia componuntur, ſed tamen in
iſtis fuit declaratum has duas naturas eſſe per generatio-
nem, & corruptionem in eis inuentas. in cœleſtibus autem
per motum localem. Manifeſtum eſt aũt ꝙ motus localis
eſt medium naturale ſicut tranſmutatio in ſubſtãtia, & ita
naturalis unãquãq; compoſitionẽ inuẽtam in corporibus
cũ ſuis formis habet demõſtrare demonſtratione ſigni, ſed
ꝑ motũ localem Philoſophus naturalis nõ aſcendit ad co
gnitionem intelligentiæ inquantũ eſt forma informãs, ſed
inquantum eſt motrix. Confirmatur, quia prima for-
ma, & primus finis a metaphyſico conſiderantur, ſed pri
ma materia, & primus motor a naturali Philoſopho duo-
decimo metaphy. cõ. 5. & 6. & in ſuo prologo ſuper libro

G

phyſicorum.unde intelligentia nõ dicitur anima cœli niſi ratione motus,& appetitus. principium enim mouens de rebus mobilibus eſt ueluti aĩa de rebus uiuis octauo phyſi.cõmen.primo. Et primo cap̃.de ſubſtantia orbis non fuit dictum cœlum habere animam niſi propter motum, & appetitum exiſtentem in illo modo propter nullam,ex iſtis cauſis oportet intelligentiam eſſe formaliter inhęrentem ſuo ſubiecto,& perficientem ſuum ſubiectum non ꝓpter motum localem,quia illa non mouet ſicut forma materialis quæ mouet mediante aliquo inſtrumẽto corporeo. nõ.n.mouet intelligentia orbem manu,aut pede,nec propter appetitum,quia intelligentia de uirtutibus animæ nõ habet niſi intellectum & uirtutem deſideratiuam per quæ mouet in loco,modo intelligentia in intelligendo,& appetendo non dependet ab orbe,nec ab aliquo in corpore exiſtente,nec ut a ſubiecto,nec ut ab obiecto, & ita nulla eſt cauſa quæ cogat intelligentiam præcipue primam, quæ ẽ Deus glorioſus eſſe formam formaliter inhęrentem orbi. accideret enim ipſam moueri per accidens ad motum ſui ſubiecti quod negant Philoſophi, & præcipue Auerro.8. phyſi.cõ.52.& iſta non poſſunt negari niſi a proteruientibus contra ueritatem.

Opi.ꝓpria

H

Dicamus igitur ꝙ licet cœlũ moueatur ab intelligentia tanquam a principio extrinſeco,nõ propter hoc motus cœli eſt uiolentus, ſed eſt naturalis,uel quia orbis motus aptus natus eſt moueri illo motu. Vnde uiolentum tertio ethico.cap̃.2.eſt cuius principium extrinſecum eſt nihil conferente eo cui uis affertur quod non eſt in propoſito,quia natura orbis apta eſt moueri naturaliter motu circulari,quia cuiuslibet corporis naturalis ſimplicis eſt unus motus naturalis ſimplex. Vel eſt naturalis ex parte intelligentiæ quæ eſt anima, & forma eius modo declarato.nam ut inquit Cõmen.primo cœli.cõ.5.formę abſtractæ ſecundum ꝙ ſunt formæ abſtractæ innatæ ſunt, ut illud quod ab eis mouetur ſit corpus,neq; graue,neq; leue,ſicut innatæ ſunt,ut motum ab eis ſit rotundum, & ſicut innata eſt forma ignis,ut habeat materiam propriam, & quia talis intelligentia ſemper innata eſt mouere cœlũ motu circulari,ideo motus ille eſt naturalis. licet ipſa non ſit forma perficiens, immo ut ſic eſt principium ſeparatũ, & extrinſecum,licet ut mouet ſit coniuncta,& appropriata ſuo orbi,qđ præcipue locum habet de omnibus mouẽtibus orbes inferiores,quia prima intelligẽtia eſt forma cõmunis totius cœli,ut ſupra declaraui quomodo cœlum cõponitur ex duobus motoribus iuxta duas ſolutiones datas per Auerro.ubi ſupra.

Sũma toti⁹ limitatiõis.

I

Motus igitur ab extrinſeco motore non ſemper mouente,uel motus ab extrinſeco motore in mobili non habente inclinationem ad talem motum dicitur eſſe uiolẽtus,& ſic debet intelligi propoſitio propoſita in uia Peripateticorũ. Et iuxta hoc patet ſolutio ad obiectionem illius uiri qui dicebat ꝙ ſi intelligentia nõ eſſet forma dans eſſe cœlo motus cœli eſſet,ſicut motùs qui ẽ reſpectu aggregati ex plauſtro,& bobus, & ſicut ille motus eſt uiolẽtus ſimpliciter,quia eſt ab extrinſeco motore, ita eſſet de motu cœli pro aggregato ex intelligentia, & orbe,patet ꝙ eſt magna diuerſitas.nam alia longe ratio eſt, tum ex parte formæ,tum etiam ex parte materiæ, ut ſatis clare patet conſideranti.nã ut inquit Albertus cognomento magnus primo cœli ſuper expoſitione tex.cõ.10.motus circularis duo requirit, quorum unum eſt,ut mobile non habeat inclinationem naturalem niſi ad motum circulationis,& hæc aptitudo conuenit ſibi ex rotunditate ſuarum ſuperficierum.

Alber. magnus

Alterum autem eſt motoris ſimplicitas qui uniformiter ſe habeat ad partes eius quod mouetur,cũ tale nullius corporis ſit actus,& cum non poteſt moueri ꝑ accidens aliquo modo ratione cuius diuerſimode diſponeretur ad motum.non ſic aũt eſt aptitudo naturalis in plauſtro ut uehatur a bobus,nec boues ſunt innati ſemper mouere plauſtrum ſicut intelligentia ſemper eſt innata mouere circulariter orbem,quia motus circularis eſt motus animæ,ut dicit Cõmen.in.2.capi.de ſubſtantia orbis.

K

Propõ.71

## *Media ſunt compoſita ex extremis.*

Medium ẽ duplex

ANIMADVERTE ꝙ medium ẽ duplex,quoddam eſt medium ſm comparationem, ſicut dicimus ꝙ aer,& aqua ſunt elementa media inter ignem qui ẽ ſimpliciter leuis,& inter terram quæ eſt ſimpliciter grauis.

Et de talibus medijs in cõparatione ſola exiſtentibus ꝓpoſita propoſitio ueritatem nõ habet,unde aer & aqua nõ ſunt compoſita ex igne,& terra,nec ex leuitate ignis,& grauitate terræ,ut manifeſtũ eſt. Similiter ẽt hoc modo anima intellectiua eſt media inter abſtracta,& materialia illo modo. Similiter elementa ſm Cõmenta.tertio cœli cõ. 67.illo modo dicuntur media inter ſubſtantiã,& accidens. quia in aliquo aſſimilantur ſubſtantijs,& in aliquo accidẽtibus,non quia forma elementalis ſit realiter compoſita ex natura ſubſtantiæ,& ex natura accidentis,ſicut conatur dicere.Pluſq̃ cõ.in primo microtechni.cõ.15.contra Auer. nam inquit,cũ media ſint eiuſdem generis,cum extremis ſi elementa ſunt media inter ſubſtantiam, & accidens, tunc ſuba,& accidens eſſent eiuſdem generis, non animaduertit aũt hanc æquiuocationem quia in medijs in ſola comparatione dictis aut conſiſtentibus,non oportet ꝙ media,& extrema ſint eiuſdem generis,ſicut forma elementi eſt medium ſolum ſm comparationem.nam inquantũ facit hoc aliquid eſt ſubſtantia, & participat naturam, & conditionem ſubſtantiæ,ſed inquantũ intẽditur,& remittitur, ſic aſſimilatur accidentibus.

Cõtra Truſianum.

L

Alia aũt ſunt media abſolute nõ ex comparatione dicta,& talia ſunt formaliter cõpoſita ex extremis,ut tenet Cõmen. & ſic colores medij cõponunt ex extremis,ut patet.5.phy.cõ.52.& alibi infinities,et talia media,& extrema ſunt eiuſdem generis.

Mediũ ſm cõpoſitionẽ duplex.

Et aduerte ꝙ tale medium ſm cõpoſitionem eſt duplex. Quoddã enim ſolum differt ab extremis ſm magis & minus, ut tepidum dicitur eſſe medium inter calidum,et frigidum. Et quoddam ẽ medium ſm formam ſeu qualitatem, & tale ſpecie differt ab extremis,& iſto modo mixtũ poteſt dici mediũ inter elementa ex quibus cõponitur. Diſtinctio prima ẽ Auer.in.4.cœli cõ.26. Diſtinctio aũt ſecunda eſt eiuſdẽ in.6.phy.cõ.32.& in tertio meteo.in cap̃. de iride. expreſſe ponit eam dicens,medium eſt ſm duas ſpecies. Vnũ eorum ſm ueritatem,& ſm prius, & eſt medium inter contraria cuius eſſe conſiſtit in cõplexione duarum extremitatum,& ipſum ſm quiditatem eſt diuerſum a duabus extremitatibus. Scđm aũt dicitur ſimilitudinarie,& ſm poſterius,& eſt medium inter duo contraria ſm quantitatẽ tm̃, & diuerſificatur ab extremis ſm magis,& minus.

M

Et nota ꝙ loquendo de medio ſm formam,non oportet ut tranſiens de extremo ad extremum pertrãſeat per omnia talia media ſm formam, quæ ſpecie diſtinguũtur ab extremis, ſicut notabiliter ſcribit Auer.in.2.de anima.in tex.cõ.106. quemadmodum albedo non transfertur ad nigredinem, aut econuerſo,niſi mediante aliquo colorum mediorum.ĩ aliquo igitur transfertur mediante charopo, & in aliquo mediante chiano.Non enim eſt neceſſe,ut translatio in extremis ſit per omnia media.

Argumentum Tho. de gar.

Ex hoc ſoluitur Achilles uolentium probare dari æquale ad pondus, ſicut fuit Thomas de garbo in ſumma ſua tractatu ſecundo de complexionibus.in.q.5.vbi tenet dari mixtum æquale ad pondus quo ad qualitates alteratiuas, uidelicet ꝙ non poſſit dici plus calidum,quam frigidum,nec plus humidum, quam ſiccum,inquit enim,nulli dubium ꝙ ſecũdum cõmunem uiam in homine plus abundat calidum,quam frigidum,et ꝙ in prædicto ſubiecto poteſt caliditas paulatine corrumpi in tantum ꝙ frigidum erit plus calido,& ſemper inquit. loquimur de complexione mixti quæ eſt uere medium. ſecundum formam igitur neceſſario in tali motu calidũ non abundat ſupra frigidum,nec ecõuerſo. Similiter ſepum a prædominio eſt humidum,& paulatine exiccatum cum



A

comburitur non ſolum per reſolutionem,ſed etiã per qualitatem inãtum quod fit cinis,clarum eſt quòd prædictus cinis eſt plus ſiccus,quam humidus.Et quod eſt mixtum, & non elementum purum,& per conſequens complexionatum: & quod non erat in actu,in ipſo ſepo. Ergo oportuit in aliquo inſtanti in præterito motu humidum adęquatum fuiſſe ſicco.

Solutio argumenti.

Dicimus nos quòd licet in aliquo inſtãti medio in tali tranſitu a calido ad frigidum, & ab humido ad ſiccum. iſtæ qualitates contrariæ ſint adęquatæ in gradu,tamen ibi non reſultat una forma media,nec durat illa adęquatio niſi per inſtans.

Replica eiuſdem

Sed contra iſtam ſolutionem inſtat præfatus doctor, quia iſta eſt melior quæ dari poteſt dicens,ꝙ iſta reſponſio non ualet, quia in quocũq; inſtanti poteſt terminari motus. Secundo quia cui repugnat eſſe,& eſt impoſſibile eſſe repugnat pro omni menſura.Si igitur ex natura mixtionis, ut ipſi deducunt impoſſibile eſt eſſe æquale ad pondus, impoſſibile erit ipſum eſſe pro quacũque menſura.

Solutio

Dicimus nos quòd rationes iſtę ſunt logicę.non enim procedunt ex proprijs principijs naturalibus,ſed ſunt rationes imaginarię.licet enim in quocunque inſtanti poſſit terminari motus alterantis aliquod alterabile ad aliquam formam, non tamen in quocunque inſtanti poteſt forma aliqua induci. Nam ut inquit Princeps in ſecunda Fen primi,primo cap̃. Non omnis cauſa quæ corpori aduenit in ipſum operatur,immo præter hoc tria ſunt neceſſaria,fortitudo ſcilicet ſuę uirtutis agentis,& fortitudo uirtutis præparatiuæ corporis, & poſſibilitas ꝑmittendi unum tangere aliud tanto tempore, ut in tali quale illud poſſit prouenire operatio in aliud. unde Ariſtote. ſecundo cœli,& mundi.text. commen. 39. uniuſcuiuſque actus determinatum eſt minimum tempus ad non excedere.

B

Amplius autem ignorare uidetur modum quo fiat mixtio.Nam Ariſtote.in fine primi de generatione, & corruptione.tex.cõ.89.inquit.Quando autem potentijs adæquantur ęqualiter,tunc tranſmutatur utrunq; indominans in ſui ipſius natura, non generatur enim alterum ſed medium commune,& eandem ſententiam reperis in ſecundo de generatione,& corruptione,in tex.cõ.48.& Auerro.in cõ.inquit.Modus ſecundum quem mixtio fit dictus eſt ſuperius,& quæ ſunt miſcibilia,& ꝙ mixtio contrariorum ẽ quando alterum non dominatur ſimpliciter ſuper alterũ, neq; habent æqualem potentiam. Si enim potentia fuerit ſimpliciter dominata corruptio erit dominati, & generatio erit dominantis.Et ſi æquales fuerint potentiæ,tunc nõ fiet altera forma,ſicut declaratum eſt in quarto meteororum,& cum potentia alterius contrariorum non fuerit dominans ſimpliciter,ſed dñans dominati generabitur ex eis aliquod medium. Sed tñ declinat ad partẽ dñantis.Et ideo hoc medium cum eo quod eſt declinans ad alterum duorum extremorum habet aliquam latitudinem recipientem magis,& minus.

C

Contra ponentes cõplexionem ponderalẽ.

Et ex hoc apparebit etiam impoſſibile eſſe aliquam complexionem temperatam eẽ,quam poſuit Galeñ.ſcilicet temperantiam quę eſt ſecundum extrema, quia poſuit complexionem temperatam ponderalem non in temperantia quæ eſt ſecundum extrema complexionis ſpeciei.i.ad iuſtitiam de qua conſiderat medicina. idem habet Auer.in ſecundo colliget.cap̃.ultimo ubi patet ſecundum naturam dari non poſſe complexionem æqualem ad pondus in natura exiſtentem,& ſi contingit cõtraria æquari hoc eſt ſolum per inſtans. Ad aliud reſpondetur ꝙ illa propoſitio aſſumpta per ipſum quod repugnat alicui ꝓ aliqua menſura,ita ꝙ impoſſibile eſt ſineſſe illi,tunc repugnat ſibi pro omni menſura vera eſt ubi illa repugnantia fuerit gratia formæ ſeu eſſentialis:fallit autem ubi repugnãtia fuerit accidentalis,et ratione materiæ,uerbi cauſa homini eſſentialiter repugnat eſſe irrationalem, & ideo pro quacunq; menſura hoc ſibi repugnat,ſiue ſit tempus,ſiue ſit inſtans,tamen homini puero repugnat ſibi generare, non tamen repugnat homini pro quacunq; menſura poſſe generare,quia competit ſibi in ætate perfecta. Similiter homo in articulo mortis non põt ridere,non tamen impoſſibile ẽ homini in quacunq; diſpoſitiõe alia poſſe ridere,licet enim homo ſemper riſibilis eſt,non tamen homo ſemper poteſt ridere. Differt enim potentia ab aptitudine apud ſapiẽtes, ſicut dicit Auicen.in ſexto naturalium particula.4. capi.5.

D

Ita etiam in propoſito in illo inſtanti medio,ubi ſecundum caſum argumenti qualitates extremæ ſunt æquales in gradu non poteſt reſultare complexio media, quia oportet ꝙ una ſit dominans,& alia dominata,& in complexione mixti perfecti oportet actiuas dominari paſſiuis, & ideo in illo inſtanti non poteſt eſſe forma media, non enim in quacunq; menſura agens poteſt in materia introducere determinatam formam,ſicut ſupra dictum fuit,iſta autem repugnantia nõ eſt eſſentialis,quia inſequitur diſpoſitiones materiales,ut patet conſideranti.unaquæq; enim forma requirit determinatas diſpoſitiones,& ſecundum qualitatem,et ſecundum quantitatem,ut ſciunt Philoſophi.

ADDItio.

✻ Ex hoc nota aliam propoſitionem quod medium poteſt eſſe unum inter extrema,& poſſunt eſſe plura, & poſſunt eſſe infinita,nam medium punctuale quod mathematice conſideratur ſit ſemper unum eſt inter duo extrema,ſed medium naturaliter eſt duplex,ſexto phyſi. 32.cõm.n. ſecundum formam, & eſt ſpecie diſtinctum ab extremis ad quod motus terminari poteſt,& tale eſt finitum,quia ſpecies formę ſunt,aliud eſt differens ſecundum magis, & minus ab extremis,& non retinet motum,& eſt in potentia, & tale eſt multiplicabile in infinitum,unde non ſemper uera eſt propoſitio quòd extrema ſunt plura, quam media, uel quod unum eſt medium inter duo extrema, quia eſt multiplicitas ut uides.

E

Propõ.72

## *Medium eſt in quod prius mutat mutans, quam in extremum.*

PROPOSITIO Iſta ſolet ſic allegari, & in propria forma ſcribitur in.5.phyſi.ſic medium eſt in qđ aptum natum eſt primum pertingere mutans quam in quod ultimum mutat ſecundum naturam continue mutandum. Vbi animaduerte quòd medium apud arabes dicitur inter, ubi enim litera noſtra habet medium, litera tranſlationis arabice habet inter.Et ita dicit Auerro.in cõmento quod intereſt neceſſario de natura eius ad quod eſt motus,ideſt de natura termini motus, quoniam ſi motus fuerit in loco inter:ideſt medium erit primus locus ad quẽ motum mouetur.Et ſimiliter ſi motus fuerit in qualitate. Tunc inter erit prima qualitas ad quam tranſmutatur trãſmutatum.

F

Animaduerte unum quòd diffinitio iſta data de medio non ſecundum unam rationem uniuocam cõpetit medijs cuiuslibet motus, & iſta eſt cauſa difficultatis,& confuſionis:unde Auerro. inquit. quod diffinitiones rerum ambiguarum,ideſt multipliciter dictarum difficile aſſignari poſſunt, eo quia appropinquant ei quod non habet naturam communem,& ideo latet, & diffinitio communis declarat hanc naturam communem, & huiuſmodi diffinitiones difficile inueniuntur per regulas dantes diffinitionem quæ ſunt diuiſio compoſitio,& demonſtratio.4. phyſi.cõmen.ſecundo,ſic in propoſito cõtingit.Nam medium ut ſcribit Cõmenta.in quarto cœli & mundi.cõ.38. in motu locali differt a medio in motu alterationis.Contrarietas enim inuenitur in forma.i.in qualitate, & in loco æquiuoce,ſcilicet ꝙ duo loca contraria debent eſſe contraria in formis,& in locis.Contraria autem quæ ſunt in alijs prædicamentis,ſunt duo in forma, & non duo in ſubiecto, & cũ ita ſit & contraria q̃ ſunt in loco,ſunt duo in forma, & duo in ſubiecto econtrario contrarijs quæ ſunt duo in forma,& unũ in ſubiecto,& cũ ita ſit & mediũ debet habere intentionem duorum extremorum ſecundum uiam diminutionis neceſſe eſt ut medium in loco habeat duas intentiones contrarias in forma,et in ſubiecto. Vnde neceſſe eſt

G

ut medium inter duo loca contraria habeat aliquam contrarietatem in forma & in ſubiecto. Vnde neceſſe eſt ut diuidatur in duo loca quæ non numerantur niſi propter numerationem ſubiecti. Alia uero contraria in alijs prædicamentis quæ ſunt unum in ſubiecto, & contraria ſecundum formas medium fuit in eis unum in ſubiecto, & duo ſecundum formam, & ideo fuit poſſibile, ut inter duo contraria iſta inueniretur unum medium, aut pluſquam unū. Medium aūt quod eſt in loco eſt impoſſibile, ut ſit unum in ſubiecto. Quoniam ſi eſſet unum in ſubiecto non inueniretur in eo contrarietas quæ eſt in extremis, quemadmodum inueniretur in medijs quæ ſunt inter extrema contraria, contrarietas enim quæ eſt in extremis quæ ſunt in loco eſt in ſubiecto, & in forma. Vnde neceſſe eſt ut contrarietas exiſtens in medio ſit in forma, & in ſubiecto ſecundum uiam diminutionis, & ideo neceſſe eſt, ut locus medius diuidatur in duo loca, quorum unus eſt quaſi forma, & alius quaſi materia, & hoc manifeſtum eſt ei qui bene conſiderauit. hęc Commentator. Ex quibus clare elicitur quòd medium in qualitatibus eſt compoſitum ex extremis refractis formaliter remanentibus in eo, ut patet, quinto phyſi. 5.6.19.&.52. commentis. non ſic autem eſt de medio in motu locali. Vnde animaduerte ꝙ ita etiam contingit de diffinitione motus quod illa non uniuoce dicitur de oī motu, ſed ſecundum prius & poſterius, & hoc eſt ad quod non aduertunt plerunqꝫ Doctores qui infinitas quęſtiones agitant circa hoc de contrarietate, & de continuitate, & de diuiſibilitate inuentis in motibus, credentes omnia iſta ſecundum unam, & eandem rationem competere motui locali, & alijs motibus, cum tamen ſit maxima diuerſitas. Nam patet ꝙ contrarietas in motu locali eſt ſecūdum formam, et ſecundum ſubiectum, ſed contrarietas in motu alterationis eſt ſecundum formam tantum, & non ſecundū ſubiectum. Similiter contrarietas in motu locali circulari latet: ut dicit Commenta. primo cœli & mundi. cōmen. 36. quia eſt ab eodem in idem, & non de contrario in contrarium, ſicut eſt motus localis rectus, licet aliquo modo etiam in motu circulari poſſumus imaginari contrarietatem non ratione totius, ſed ratiōe diametri, ut patet primo cœli. commen. 37. unde Commenta. in cō. inquit. ꝙ ſtella in uno extremo dicitur aſcendens, & in altero deſcendens, & aſcendens dicitur contrarium occidenti. Et ita uniuerſaliter etiam eſt de continuitate, & regularitate motus qđ illa proprie reperitur in motu locali qui ſolus poteſt eſſe uere continuus, & uere regularis, ut fuit oſtenſum in octauo phyſicorum. a tex. commen. 55. uſqꝫ ad text. cō. 60. Vnde Auerro. in. 3. phyſico. cōmen. ſexto, & in. 8. phyſic. cōmē. 23. Tenet quòd motus augmenti qui eſt in animalibus, & plantis non eſt uere continuus, ſed eſt compoſitus ex pluribus motibus, & pluribus quietibus, & ita etiam contingit in alteratione, ut patet in octauo phyſicorum. text. cō. 23. licet enim Ariſtote. in. 5. phyſicorum dixerit, quòd motus, & unus motus, & continuus motus conuertuntur: & in ſexto phyſicorum, ꝙ motus diuiditur ſecundum diuiſionem mobilis, & temporis, tamen in ſexto, & quinto determinauit de motu in communi non applicando ad aliqua mobilia determinata, & ideo ea quæ ibi de motu tractauit accipiēda ſunt ſecundum communitatem motus, cum motus ſit de natura continui. unde ut ſupra declaraui in proprio Theoremate, aliquæ ſunt cauſæ quæ quodammodo ſunt naturales, & quodammodo ſunt mathematicæ, in ratione enim continui multa ſunt in quibus concordat naturalis cum geometra. In octauo autem phyſicorum, et in alijs libris Ariſtote. conſiderauit motum applicādo ipſum ad mobilia determinata per aliquam formam ſpecialem, in quibus contingit aliquem motum interrumpi, & non continuari qui ſecūdum rationem communem motus poteſt eſſe continuus: unde aliqua poſſunt alicui competere ſecundum rationem communem, quæ tamen repugnant ſecundum rationem ſpecialem. Nam cœlum poteſt quieſcere inquantum corpus, ſed non inquantum cœlum, ut dicit Comment. in. 7. phyſico. cō. 2. & motus inquantum motus poteſt uelocitari in infinitum, & tamen nullus motus eſt qui ſit uelox in infinitum. ſexto phyſico. cō. 15. Eodem modo eſt de diuiſibilitate termini motus. Nam motus localis, & motus augmenti ſunt ad terminum per ſe diuiſibilem: ſed motus alterationis eſt ad terminum diuiſibilem per accidens, ut patet ſexto phyſico. tex. cōmen. 32. & 39. Et ideo fruſtra laborant qui uolunt iſta quæ in motu reperiuntur eſſe unius rationis uniuoce, cum hoc inueniri non poſſit. unde in ſimili Ariſtote. dixit de diffinitione animæ in ſecundo de anima. in tex. cō. 30. Ridiculum eſt quærere communem rationem in his & in alteris quæ nullius erit eorum quæ ſunt propria ratio, neqꝫ ſecundum propriam, & indiuiduam ſpeciem dimittentes huiuſmodi. Et ideo cum diffinitio motus non dicatur uniuoce, ea quæ pertinent ad motum non ſunt unius rationis uniuocæ in omni motu, & hoc eſt quod multos decepit.

Nota cām
H
erroris mľ torum.

K

## *Frigiditas non ingreditur opus naturæ.*

Propō. 73.
Inſtātia ſuper ꝓpōne
L

FAMOSA Satis eſt propoſitio et paſſim allegata, ſed ſi uera eſt opinio Auerro. ſeptimo primæ philoſophiæ. cōmen. 31. ubi habet ꝙ idem eſt agens diſponens materiam, & inducens formam, fallit in generatione ſimplicium, quia ſi agens generet ex aere aquam ſicut contingit in tranſmutatione ſubſtantiali qua unum elementum trāſmutaē in aliud, tunc frigiditas cum diſponat materiam eadem inducit formam. Bene uerum eſt quòd in mixtis, & uegetabilibus, & animalibus calor eſt dator formæ. unde Commenta. duodecimo primæ philoſophiæ, com. 18. inquit. Calor ſolis & ſtellarum diffuſus in aqua, & terra generat omnia etiam ſine ſemine nata. Vbi aduerte quòd calor dupliciter conſiderari poteſt, uidelicet inquantum calor eſt abſolute, & inquantum eſt naturalis. Si conſideretur inquantum calor abſolute, ſic habet congregare homogenea prima intentione, & ſegregare heterogenea ſecundaria intentione. Nam ut ſcribit Commenta. in ſecūdo de generatione, & corruptione, in cōmen. octauo congregatione homogeneorū accidit ſegregatio heterogeneorum, & idem ſcribit tertio cœli, cōmē. 74. ut ſic autem calor habet diſſoluere. Sed calor inquantum naturalis ſeu cœleſtis habet uirtutem formatiuam uniuſcuiuſqꝫ naturæ reſpectu cuius naturalis eſſe dicitur, ut ſic enim in eo ē uirtus cœli, & motorum cœleſtium, & uis complexionis, ſiue formæ illius naturæ quam format, ſicut in calore ſeminis plantæ uel animalis eſt uis formatiua plantæ uel animalis, & eodem modo eſt in mineralibus, & calore eorum. unde opus caloris eſt educere formam de potētia ad actum. unde ſine dubio ad formam introducendam non operatur niſi calor in omnibus compoſitis, ſiue ſint mineralia, & lapides, ſiue plantæ, & animalia, ſed frigiditas nihil operatur ad formam ſpeciei, & ideo Philoſophis nuncupatur qualitas mortificatiua. Tamen operatur ad id qđ ſubijcitur formæ, quia operatur ad conſtantiam partium materiæ ne a calore diſſoluantur, & ideo adunando partes continet figuras, & formas rerum generandarum, & hoc uerum eſt de frigido complexionali quod eſt ſecundum proportionem naturæ, & ſubſtantiæ mixti, & hoc verum eſt ſecundum Peripateticos, licet Plato, & Auicē. huiuſmodi formas aliunde in materia deriuari opinentur, ut dicit Albertus in quarto meteoro. Alio etiam modo limitatur propoſitio per Auerro. in eodem loco, quod uidelicet frigiditas per ſe non operatur ad formam, tamen per accidens inquātum contemperat calorem qui eſt cauſa per ſe dans formam, poteſt & de facto concurrit frigiditas in operationibus naturæ illo modo, quia contemperando calorem reddit ipſum proportionatum actionibus naturæ. unde ſic per accidens, & ſecundaria intentione cooperatur, ſic

Limitatio ꝓpoſitiōis.

Calor dupliciter.

M

Alia limitatio.



A

peratur, ſic gloſſat Auerro. 4. meteoro. in digreſſione, & in ſecundo de partibus animalium, in capitu. de cerebro, et eſt manifeſta ſentētia Ariſto. ibidem cap̄. ſeptimo, qui uult cerebrum non eſſe membrum principians aliquam uirtutem, ſed ſolum ſui frigiditate inſtitutum eſt a natura ad hāc utilitatem ad contemperandum calorem cordis: unde animalia & homines parui capitis ſunt naturaliter iracundi.

Et in animatis maxime uerificatur propoſita propoſitio, nam Ariſtot. in libro de morte, & uita. inquit, quod anima omnia mediante igne operatur, & idem dicit in ſecundo de anima. ꝙ anima omnia calore operatur, unde omnes operationes, & naturales, & uitales, & animales procedunt ab anima mediante calore naturali, qui eſt inſtrumentum animæ deſeruiens ipſi animæ pro omnibus iſtis operationibus. Sumitur autē calor naturalis, quandoqꝫ pro qualitate, & quandoque pro corpore calido, ſicut notat Galeñ. in prima particula ſeparatorum ſermonum ſuper illo aphoriſ. Ventres hyeme & uere calidiſſimi ſunt natura, quando autem Philoſophi & ſapientes dicunt calorem naturalem eſſe primum motum in animalibus ab anima, & eſſe uniuerſale inſtrumentum animæ pro omnibus operationibus, intelligunt calorem pro calido corpore, & quia anima non habet aliquod frigidum corpus quod iſto modo ſit inſtrumentum animæ pro omnibus operationibus, ſic intellexerunt ſapientes in theorica medicinæ iſtam propoſitionem quæ dicit, ꝙ frigiditas non ingreditur opus naturæ, rectius aūt dixiſſent opus aīæ, & hoc per ſe, & primaria intentione non ſecundaria, ſicut iam clare audiuiſti.

Calor naturalis dupliciter.

B

## *Ratiōibus dialecticis Ariſtoteles dupliciter utitur ad exercitādū, & ſic inducit eas ante rationes neceſſarias, & demonſtratiuas, quādoqꝫ uero ad cōfirmandū, & ſic inducit illas poſt demonſtratiuas.*

Propō. 74.

SENTENTIA Iſta eſt Auerro. in primo cœli, & mundi, commen. 85. ubi nota iuxta ſententiam eius in tertio metaphy. commen. primo. Conſuetudo Ariſto. eſt in omnibus arduis, & difficilibus quæſtionibus inducere ſermones diſputatiuos, qui affirmant, et negant idem, quia nullus ſcit quantum ſint difficiles niſi ſciat eas per ſermones diſputatiuos, & ita fecit Ariſtote. in tertio metaphyſi. ubi examinat omnes quæſtiones difficiles ſpectantes ad illam ſcientiam ad utrāque partem per rationes dialecticas. In alijs autem quæſtionibus quæ non ſunt tantæ difficultatis inducit rationes dialecticas poſt demonſtratiuas, ut inquit. ut faciat conuenire, id eſt ut id quod eſt uerū in ſe per rationem ueram conueniat etiam ſenſui quæ rationes ſunt probabiles, ita notabiliter ſcribit Commenta. primo cœli, & mundi. commē. 22. Sufficientia quando fuerit per rationem ueram demonſtratiuam erit complementum illius. Pro quo aduerte quòd in doctrina Auerro. ſermo ſufficiens eſt terminus multiplex, nam quandoque ſumitur pro ratione rhetorica quæ eſt minoris fidei quam ſit ratio dialectica. nam rhetores non utuntur ſyllogiſmo nec inductione, ſed loco ſyllogiſmi utuntur enthymemate, & loco inductionis utuntur exemplis. unde Ariſtote. in libro rhetoricæ, inquit, ꝙ rhetorica eſt aſſecutiua dialecticæ, ſic ſumpſit Commenta. ſermones ſufficientes in ſecundo cœli, & mundi. cōmen. 34. & tertio de anima. com. 36. ubi colligitur quòd ſermones ſufficientes ſunt infra probabiles. ubi dicit exagitando illam rationem Themiſtij quæ erat per locum a minori ad maius. ut inquit, & iſte ſermo, aut fiet, ita quòd intellectus materialis eſt corruptibilis, aut non corruptibilis, ſcilicet ſeparabilis, aut non ſeparabilis, ſecundum autem opinionem dicentium ꝙ intellectus materialis eſt uirtus in corpore & generatus iſte ſermo erit ſufficiens quoquo modo non probabilis. unde ſic intelligitur dictum eius contra Auicen. in. 12. metaphy. ſuæ cō. 5. ꝙ omnes uiæ eius quas inuenit ad probandum primum motorem eſſe præter uiam motus, ſunt ſufficientes quoquo modo, & ſi eſſent ueræ eſſent numeratæ in metaphyſica, & primo phyſico. cō. ultimo. contra eundem. Certior illorum ſermonum quibus uſus eſt non pertranſit ordinem ſermonum probabilium, hoc eſt dictu non aſcendunt ad illum gradum fidei, & certitudinis ad quem aſcendunt ſermones probabiles, quia ſermones ſufficientes ſunt infra ꝓbabiles. Quandoque uero ſumitur ſufficientia pro certitudine, & ſermo ſufficiens pro ratione neceſſaria & demonſtratiua, ſic ſumpſit Commenta. primo cœli com̄. 24. ubi inquit & intelligitur hic per ſufficientiam fidem perfectam non abundantiam exiſtimationes, nam textus tranſlationis arabicæ habet ibi. Et poteſt conſiderans ſufficere ex multis, ubi litera noſtra habet, ex multis utique quis accipiet fidem. Quandoqꝫ uero ſumitur ſermo ſufficiens pro ratione completa quæ omnia complectitur, ita quòd non eſt diminuta, quia aliquid prætermitat, ſic ſumpſit Auer. 12. metaphyſi. cō. 18. ubi dicit. Themiſtius autem dicit ſermonem non eſſe ſufficientem, quia fuit oblitus animalia ſine ſemine. Quandoqꝫ uero ſumuntur ſermones ſufficiētes pro rationibus quæ procedunt ex his quæ ſenſui uidentur, & ſunt propinquæ ueritati certæ. Sunt enim aliquæ ꝓpoſitiones, ut dicit Abumazar, quæ licet non inducant ad primæ certitudinis ordinem, tamen nullus ſenſus contradicit eis, & iſto modo ſumitur in primo cœli cō. 22. in allegata auctoritate, uidelicet ſufficientia quando fuerit ſuſtentata per rationem demonſtratiuam erit complementum illius, & iſto modo poſſumus exponere dictum Auerro. in præfata auctoritate, in primo cœli. com̄. 85. ꝙ quando utitur dialecticis poſt demonſtratiuos eſt ut faciat conuenire, quia iſtæ rationes dialecticæ quę adducuntur poſt demonſtratiuas procedunt ex propoſitionibus ſenſatis, & experimentum ſermonum uerorum eſt, ut conueniant ſenſatis, ut dicit Commenta. 8. phyſi. cō. 22. & primo cœli, & mūdi. cō. 21. Alio modo exponere poſſumus quod Ariſt. adducit quandoqꝫ poſt demonſtratiuos ſermones dialecticos, ut faciat conuenire. i. ut ſuper concluſione illa aſſentiāt omnes gentes, uel maxima pars. Nam ut ſcribitur in ſecundo metaphy. cō. & tex. 15. Aliqui quærunt ſermones demonſtratiuos, & maximam certitudinem, & iſta eſt natura Philoſophorum. Aliqui uero quærunt rationes probabiles, & hi, ut inquit Ariſto. ibi teſtē dignantur adduci poetam, & Auer. inquit ibi in cō. ꝙ accidit quibuſdam hominibus per naturam quod non poſſunt pertranſire ſermones probabiles, & demonſtratiuos, & iſti cum concedunt prima intellecta non concedunt ea niſi inquantum ſunt famoſa. Ita ꝙ ſi acciderit quod contraria eorum ſunt famoſa cōcedent illa. Sed tunc inſurgit maxima difficultas contra prædicta, quia quando duo effectus ſunt incompoſſibiles in eodē, ēt cauſæ erunt ſimul incōpoſſibiles in cauſando, quia non pn̄t ſimul cauſare, quia altera cauſante, altera nō cauſabit impedita a fortiori cauſa illius. Cū igitur ſciētia & opinio ſint incompoſſibiles habitus ſimul in eodem, & de eodem ſi aliquis primo habeat opinionem de aliqua cōcluſione, & ſuperueniat demonſtratio corrumpitur opinio, ſi enim ambæ cauſæ in eodem. ſ. medium dialecticum, & demonſtratiuum fuerint, dialecticum nihil faciet impeditum a demonſtratiuo, ita ꝙ nunquam effectus erunt ſimul, nec cauſę ſimul cauſabunt. Et ita tenet Scotus in tertio ſenten. diſtin. 24. q. unica. qua quærit, utrum de credibilibus reuelatis poſſit aliquis ſimul habere fidem, & ſcientiam in ſolutione argumentorum principalium. Sed iſta opinio omnino tuta nō eſt, nam licet uerum ſit ꝙ ubi intellectus prius per medium dialecticum habuit opinionem de aliqua concluſione, quæ opinio eſt cum formidine de oppoſito, & ſuperueniente medio demonſtratiuo per quod paritur ſcientia, tunc oportet opinionem corrumpi, quia ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & quod impoſſibile ē aliter ſe ha

ADDItio Aduerte ēt qđ. 3. mō utiē Ariſt. ſermonibꝰ dialecticis in locis i quibus nō pōt iducere ſermones demonſtrati-
C
uos, ita. d. Cōmen. 1. de aīa. cōmen. 65. Sufficiētia multifariā ſumē apđ Auer.

M

D

E

F
Ardua difficultas.

Opi. Scoti.

Impugnatio

G

bere. Tamen ubi aliquis ſciuit aliquam concluſionem per demonſtrationem per quam acquiritur ſcientia ſi ad eandem concluſionem adducatur ratio dialectica dicemus ne ſcientiam illam corrumpi quæ fuit aggenerata per demonſtrationem? certe non. Nam Commenta. uult in præfatis locis quod rationes dialecticæ poſt demonſtratiuas adducuntur ad confirmandum.

Reaſſumptio dubij.

Et tunc reſtat quæſtioni locus, utrum in tali caſu iſtę rationes aggenerant opinionem, aut ſcientiam non ſecundum quia ſunt dialecticę. ſi primū ergo ſtabit ſcientia cum opinione, quod eſt falſum.

Euaſio.

Forte dices, hoc non poteſt contingere reſpectu unius, & eiuſdem hominis quod aliquis prius ſciens aliquam concluſionem per demonſtrationem & non oblitus acquirat opinionem per ſyllogiſmum dialecticum.

Impugnatio

Contra, quia Ariſtote. infinities hoc facit in una met concluſione in eadem parte ſcientię quod ubi demonſtrauit illam, deinde confirmat eandem per rationem dialecticam.

Solō uera. Prima.

Et ideo uidetur eſſe dicendum, ꝙ rationes dialecticæ non ſemper aggenerant opinionem quę eſt cum formidine ad oppoſitum, intelligē do præcipue illas eſſe rationes de numero dialecticorum, quæ ut ſupra habitum eſt, procedunt ex propoſitionibus quæ ſenſui uidentur, & ſunt propinquæ ueritati certę, ut dicit Commen. primo cœli. cō. 22.

Solō ſcd̄a.

H

Aut aliter dici poteſt, ꝙ rationes dialecticæ qualeſcunq; non ſemper aggenerāt opinionem quæ eſt cum formidine ad oppoſitum, quia actus actiuorum ſunt in paſſiuo diſpoſito, & ideo quando paſſum fuerit prædiſpoſitum per actionem ſuperioris agētis, non poteſt recipere actionem debilioris agentis eodem modo quo ſi prædiſpoſitum non fuiſſet, & maxime quando talia agentia ſunt diuerſa, & diuerſorum effectuum ꝓductiua, unde quemadmodum contingit in actione reali quod actio alicuius agentis quando tale fit inſtrumentum alterius ſpecie uariatur, ſicut ignis quando fit animæ inſtrumentum habet multas operationes ſpecie differentes a ſeipſo dum erat agens principale, ſicut patet ex ſecundo de anima. tex. cōmen. 42. ubi dicitur ꝙ augmentum ignis, ut principalis agentis creſcit in infinitum appoſito combuſtibili, tamen dum ignis concurrit in animalibus, & plantis ut concauſa, & ut inſtrumentum agit ſecundum exigentiā animæ, & operatur oppoſitum illius quod operabatur dū ageret tanquam agens principale, quia ſic ducit ad determinatum finem, & terminum notum in natura, quandoquidem omnium natura conſtātium determinatus eſt numerus magnitudinis, & augmenti. Ita uidetur mihi ꝙ contingat in actione ſpiritali quod aliqua ratio dialectica dum principaliter affertur ſuper aliqua concluſione uariatur in ſua actione quando adducitur ad eandem concluſionem poſt demonſtratiuam, quia tunc fit quaſi inſtrumentum illius. ſemper enim reſpectus imperfectioris ad perfectius, aut eſt reſpectus inſtrumenti ad agens, aut eſt reſpectus materiæ ad formam, & inſtrumentum agit ſecundum exigentiam principalis agentis, & materia diſponitur ſecundū exigentiam formæ. unde quando aliqua concluſio prius innotuit intellectui per demonſtrationem aggenerantem ſcire, quod ē rem per cauſam cognoſcere propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa & quod impoſſibile eſt aliter ſe habere impoſſibile eſt quod intellectus taliter diſpoſitus acquirat per rationem dialecticam ueram opinionē quæ eſt cum formidine, niſi ille prior habitus ſciētificus deleretur per obliuionem, aut per aliquam aliam uiam. Sed dico tunc ꝙ tales rationes aggenerant opinionem ſine formidine. Vnde Auerro. primo cœli dicit ꝙ ſufficientia quādo non fuerit ſuſtentata per aliquid, tunc eſt de modis propinquis ueritati certę.

ADDItio. Pro hoc facit auctoritas Platōis ī Gorgia q uult duplicē eē fidē, doctrinalē, et creditiuā doctrinalis eſt ī ſciētijs dm̄ratiuis, creditiua uero eſt ex rōnibus ꝑſuaſibilib⁹ ut in rhetoricis, & dialecticis.

I

ADDItio.

✲ Confirmatur auctoritate Auerro. in ſecundo cœli, cō. 1. & ex tex. ibidem ubi Ariſto. dicit ꝙ ultra rationes quibus demonſtratum fuit in primo, ſempiternitas, & immortalitas cœli, uel pro uniuerſo, uel pro corpore circulari ſecundum uarias expoſitiones ibi ſubdit. Et per opinionem eam quæ ab aliter dicentibus, & generantibus ipſum. Si enim ſic habere contingit ſcd̄m quem autem modū illi factum eſſe dicunt non coniungitur magnum utiq; habebit, & hoc momentum ad fidem de immortalitate ipſius, & ſempiternitatem, ubi Commen. dicit ꝙ ſi aliquis inſpiciat ſermones Ariſtote. numerum ſequitur impoſſibile, ſed ad ſermones antiquorum plura ſequūtur impoſſibilia, & ideo taliter conſiderans acquiret maiorem fidem quam prius habuerit per rationem.

K

Cum autē fuerit ſufficientia ſuſtentata ꝑ demonſtrationes certas erit complementum illorum ſermonum, quia ex cōditione ſermonum demonſtrabilium eſt conuenientia ſenſus, & eſt ſubtilis reſponſio ſicut uides, quam ſubtilitas Scoti non attingit.

Nota

Et aduerte unum quod eſt ſatis pulchrum in hoc propoſito quod refert multum conſiderare aliquam rationem in ſe, & conſiderare illam in reſpectu ratiocinantis. Nam ſtat aliquam rationem in ſe abſolute conſideratam eſſe demonſtratiuam, quia procedit ex ueris, primis, prioribus, & notioribus, & cauſis concluſionis: quæ tamen propoſitiones licet in ſe ſint neceſſariæ ſi apud aliquem ſumātur tanquam probabiles non aggenerabunt in illo ſcientiā ſed opinionem, unde ſcribit Commenta. in ſecundo meta. cō. 15. quod aliqui non recipiunt primo intellecta niſi inquantum fuerint famoſa, ita ꝙ ſi acciderit quod contraria eorum fuerint famoſa negabunt ea, ad hoc enim quod aliquis ſciat, ut dicit Ariſto. in primo poſterio. non ſufficit ꝙ demonſtrationem faciat, ſed oportet ꝙ ſciat ſe demonſtrare, unde multi ſunt dātes ſe ſcientijs mathematicis qui neſciunt naturam demonſtrationis, & certum eſt ꝙ illę rationes apud tales non aggenerant ſcientiam, ſed opinionem,

L

Eſt multū difficile cognoſcere ſe ſcire.

eſt enim multum difficile cognoſcere ſe ſcire, ut inquit Ariſto. eodem mō contingit quod ratio aliqua dialectica dum adducitur poſt demonſtratiuam illa probabilia ſumuntur apud talem ſub ratione qua habent neceſſitatis aliquam participationem inquantum habent aggenerare ſcientiæ complementum, ut dicit Commenta.

ADDItio.

✲ Confirmatur opinio mea auctoritate Platonis ī Gorgia, qui uult duas eſſe perſuaſionis ſpecies, quarum altera aggenerat ſcientiā, altera uero credulitatem, & fidem ſine ſcientia.

Propō. 75.

*Totum nihil aliud eſt quam ſuæ partes ſimul iunctæ.*

SCRIBITVR Iſta propoſitio ab Auerro. primo phyſicæ auſcultationis. cōmen. 17. et in. 4. etiam cō. 43.

M

Quia autem totum eſt multiplex, ideo opus eſt diſtinctione, nam ubi eſt multiplicitas, ibi eſt confuſio apud intellectum, ut patet primo cœli, & mun. in tex. cōmē. 110. nam ut colligitur per Auerro. primo phyſi. cōmen. 5. ſunt tres modi compoſitionis.

Tres ſeu quatuor modi cōpoſitiōu

Cōpoſitio ſpeciei ex ſuis cauſis. Et cōpoſitio generis ex ſuis ſpeciebus. Tertia autem eſt compoſitio indiuidui ex ſuis partibus ſecūdum ſui qualitatem. Et ex hoc dedit intelligere quartum modū compoſitionis indiuidui. videlicet, ex partibus ſecundum quantitatem, partes enim ſecundū qualitatem in uia Auerro. ſunt materia & forma, quæ a noſtris dicuntur partes eſſentiales, ut patet ab ipſo quarto phyſi. cō. 20. & tertio cœli cō. 12. partes autem ſecundum quantitatem ſunt partes integrales, unde aliud eſt totum eſſentiale, & aliud eſt totū integrale. De toto autem & partibus ſecundum qualitatem dictis, aut de toto reſultante ex partibus eſſentialibus, an realiter diſtinguatur a partibus in uia Commen. multi dubitauerunt, & Scotus in tertio ſententia. diſtin. 2. q. 2. tenet Auerro. fuiſſe iſtius opinionis, ꝙ totum eſſentiale non dicat tertiam entitatem a partibus ſimul iunctis realiter diſtinctam, cuius tamen oppoſitum demonſtraui de mente eius in concordantijs Auerro. ſuper primo phyſico. in cō. 17. per uarias auctoritates, & rationes, & ideo de hoc ad p̄ſens nolo habere ſermonem, nam ut inquit Galeñ. in octauo de inge. ſani. capitu. tertio. Scriptores qui omnifariam pauca cognoſcentes in omnibus libris eadem pertractant

imitandi



A

imitandi non ſunt, hoc enim nō eſt multa docere, ſed multa ſcribere eſt, & multas chartas cōſumere cū poſſent paucas, & multū conterere tempus ubi non oportet. & beatus Aug. inquit. ꝙ afflictio animi eſt ſemper eiſdē inuentis uti.

Prætermiſſo igitur de toto eſſentiali quod indubitanter teneo ſm Ariſt. & Cōmē. dicere tertiam entitatem realiter diſtinctam a partibus, tunc propoſitio allegata gloſſanda eſt de hoc toto quod nihil aliud eſt q̄ ſuę partes ſimul iunctæ, uerū eſt cōſtitutiue, & integratiue, ex nullis enim alijs cauſis intrinſecis cōponitur ſubſtantia cōpoſita demōſtrata quam ex materia, & forma. Loquendo tamen de toto integrali cōparato ad ſuas partes integrales teneo tale totū ſm rē nihil aliud eſſe quā ſuæ partes ſimul iunctę, bipedale enī in re ipſa nihil aliud eſt quā duo pedalia ſimul iūcta, & de hoc ueritatē habet allegata propoſitio. Aduerte tamen ꝙ tametſi tale totū integrale nō dicat tertiā entitatem realiter diſtinctā a partibus ſimul iunctis, dicit tamen aliud ſm rationem etiā a partibus ſimul iunctis. nā tale totū reſpectu partiū habet reſpectū formæ ad materiam, & partes ad tale totū habent reſpectū materiæ ad formā, ut ſcribit Cōm. in. 7. meta. cō. 33. & eſt etiā ſententia Philoſophi in. 2. phy. in tex. cō. 31. ubi partes tales, quæ ſunt totius integralis reducit ad genus cauſæ materialis, modo ſi totū integrale a partibus nō eſſet, neq; re, neq; rōne diſtinctū non

B

poſſet ſubire reſpectū formæ ad materiā, idē. n. oībus modis remanens idē non poteſt dici materia, et forma, ut clare patet intelligēti. Amplius hoc idē authoritate Ariſt. cōfirmatur qui in. 5. meta. tex. cō. 19. inquit. ſubſtātia uniuſcuiuſq; ꝙ ſemel, & ibidē ſubdit, ꝙ ſex ſemel eſt ſex non eſt ter duo, neq; bis tria, & Auicē. in. 3. tract. ſuæ meta. cap. 5. dicit. ꝙ decem nō ſunt nouē, & unū aut quinq;, & quinq;.

Amplius Ariſt. 7. meta. tex. cō. ultimi. inquit. ſyllaba nō eſt elementa, nec idē eſt ba / quod b / & a / nec caro ignis, & terra. quid clarius dici potuit in hoc? Loquēdo autem de toto quod eſt ſpecies, quę cōponitur ex cauſis ſm imaginationē. ſ. ex genere, & differentia, & de toto quod eſt genus, quod eſt cōpoſitum ex ſpeciebus ſm ponentes prædicata quiditatiua eſſe multiplicata ad multiplicationem formarum, ut tenuit Iohā. de Gandauo talia tota ſunt diſtincta a partibus etiā ſimul iunctis. Nos autem ponimus ꝙ talia tota ſm cōceptum ſolū diſtinguuntur a partibus. unde phyſice loquendo genus nō eſt una natura ſicut ſpecies, propter hoc enim Ariſt. in. 7. phy. tex. cō. 31. uoluit in genere nō poſſe fieri cōparationes, quia in eo latent æquiuocationes, ſed ſolū in ſpecie atoma, quia ſpecies ſpecialiſsima ſumitur ab ultima forma, quę ſimpliciter una eſt in rerū na-

C

tura. Genus aūt non ſumit ab aliqua una forma, quæ ſit in rerū natura, ſed ſm rationem tantū, nō enim eſt aliqua forma in rerū natura per quā homo eſt animal, alia ab illa ſm rem per quā homo eſt homo, oēs igitur hoīes conueniunt in forma, quæ cōſtituit ſpēm, quia quilibet habet animam rationalem, ſed nō eſt in homine, equo, & aſino, aliqua anima cōmunis, quæ cōſtituat animal quod eſt genus in quo conueniunt præter animā hominis, equi, & aſini. nā ſi eſſet talis forma cōmunis, tunc genus eſſet una natura ſicut ſpecies, & in illo poſſent fieri cōparationes, ſed in ſola conſideratione, & abſtractione intellectus eſt forma generis per abſtractionem a differentijs, ſic igitur genus eſt unū ſecundum logicam conſiderationem, inquantum dicit unū conceptum prædicabilem uniuoce de pluribus ſpeciebus.

Nec eſt uerum apud Peripateticos quod quot ſunt prædicata quiditatiua, tot ſunt formæ realiter diſtinctę in natura illis correſpondentes. nam ut ſcribit Cōm. in. 7. primæ philoſophiæ. cōmē. 11. prædicabilia ſubſtantialia ſunt illa, quæ adunantur cū ſubiecto, & adunantur adinuicem, & iſta eſt opinio Ariſt. cōtra Platonē, ſicut patet cōſideranti.

Propō. 76.

*Vniuerſalia ſunt difficillima ad cognoſcendum, eo quod ſunt a ſenſibus remotiſsima.*

D

ARISTOTELIS ꝓpoſitio eſt in procœmio met. & cōmuniter allegatur. Solet tamē gloſſari de uniuerſalibus in cauſando quemadmodū eſt deus, & intelligentiæ, talia nanq; entia abſtracta cum a ſenſibus ſint remotiſsima, ſunt difficillima cognitu, nam ut inquit Cōm. 2. de anima cō. 92. Cōprehenſio differentiarū ſenſibiliū a ſenſu eſt cauſa cōprehenſionis eorum ab intellectu.

Difficultas intelligendi in nobis ex duobus ꝓuenit.

Et hic ſcire debes ꝙ difficultas, quę cōtingit intellectui noſtro in cognitione abſtractorū, & in cognitione entiū materialium prouenit ex diuerſis cauſis, ut teſtat̄ Ariſt. & Cōm. in 2. meta. in tex. cō. primi. ubi inquit. Forſan aūt & difficultate duobus modis exiſtente non in rebus, ſed in nobis eſt eius cauſa, ubi Cōm. in cō. inquit. cū difficultas cōprehenſionis entiū ſit duobus modis rectū eſt, ut difficultas in rebus, quæ ſunt in fine ueritatis. ſ. in prīo principio, & in principijs abſtractis a materia ſit ex defectu. ſ. ex nobis non ex illis. Qm̄ cum abſtracta ſint intellecta ex ſe naturaliter, & nō intellecta, qu a nos facimus ea intellecta eſſe. Sed quia ſunt intellecta in ſe, ſicut ſunt formæ materiales, difficultas eniz in iſtis eſt ex ſe magis, q̄ ex nobis. Ita ꝙ Auer. ex mente Ariſt. elicit duas cōcluſiones ꝙ difficultas in intellectione entiū abſtractorū a nobis eſt ex nobis magis, q̄ ex illis. Sed difficultas rerū materialium eſt magis ex illis, quia res materiales ſunt potētia intellectæ, & nō fiunt actu intelle-

E

ctę, niſi uirtute intellectus agētis qui eſt in nobis qui tranſfert res de ordine in ordinem, & facit de potētia intellectis actu intellecta, ut dicit Cōm. in. 3. de anima. cō. 18.

Opīo Scoti & Anton. Andr. in. 2. meta. q. 2.

Scotus aūt & Anto. Andr. in. 2. meta. q. 2. uolunt enim contra Cōm. ſi difficultas intelligendi res materiales eſſet ex parte obiecti. ſ. ex parte earū, tunc tales ſubſtātiæ comparatæ ad quēcunq; intellectum eodē modo ſe haberent. Conſequēs eſt falſum, ſicut patet reſpectu intellectus diuini. ergo & antecedēs. probatio cōſequētiæ, quia da oppoſitū ꝙ difficultas eſt ſolū reſpectu intellectus noſtri, & nō reſpectu cuiuſcunq; intellectus, tunc cū iſtæ ſubſtātiæ ſint eadē ad quēcunq; intellectum cōparētur, ſequitur ergo ꝙ difficultas non eſt ex parte earū, ſed eſt ex parte intellectus noſtri cui cōparantur. Et ideo tenent ꝙ tota difficultas in intellectione noſtra depēdet ex parte intellectus noſtri. unde dicunt, quod licet Ariſt. in litera innuat duos modos difficultatis cōtingētes in intellectione, tamē dubitatiue loquutus eſt, inquit enim forſan, & ideo quaſi determinādo dictum ſuum ſubdit nō in rebus, ſed in nobis cauſa eſt.

Defenſio Auer.

Suſtinendo tamen uiam Auer. quæ magis conſona eſt dictis Ariſt. facile eſt ſoluere rationem eorū. Nam Cōm. tenet ꝙ deus & intelligentiæ, non intelligunt ea, quæ ſunt hic ſicut nos intelligimus illa. ſciētia enim, ut inquit Auer. 12 metaphy.

F

cō. 51. æquiuoce dicitur de ſciētia dei, & de ſcientia noſtra, quia ſciētia dei eſt cauſa entiū, ſed ſcientia noſtra cauſatur ab entibus. unde Auer. 3. de anima. cōm. 36. inquit. Ex eis cōprehendentibus, quæ non ſunt admixta materiæ quod cōprehendit minus perfectum, cōprehendit magis perfectum, & non econtrario, & ideo dixit primo cōm. ſuper. 2. metaphy. ꝙ illud exemplū Ariſt. ibi ſicut ſe habet oculus noctuæ ad lucē diei, ita ſe habet intellectus animæ noſtræ ad ea, quæ manifeſtiſsima ſunt in natura. ꝙ oſtēdit difficultatem nō impoſsibilitatē.

Opīo beati Thomæ.

Et licet beatus Tho. in illo loco dicit de mente Ariſt. ꝙ anima noſtra corpori unita impoſsibile eſt cōprehendat ſubſtātias ſeparatas cognoſcendo de eis quod quid eſt, ex quo inquit falſum eſſe, quod dicit Auer. hic in cōmen. ꝙ Philoſophus nō demonſtrat hic eſſe impoſsibile nobis intelligere res abſtractas, ſicut impoſsibile eſt ueſpertilioni inſpicere ſolem.

Impugnatio.

Tamen ſine dubio dictū Auer. eſt de mēte Ariſt. Nam. 9. meta. tex cō. ultimi loquēs de cognitione ſubſtantiarū ſimpliciū inquit, ꝙ ignorantia talium nō eſt æqualis cæcitas, cæcitas enim eſt, ut utique ſi intellectiuum omnino non habeat aliquis.

Ex quibus uerbis idem beatus Thom. elicit ab ipſa tandem ueritate coactus ibi dicens. ex quo patet ꝙ ſecundum

G ſententiam Ariſto. humanus intellectus poteſt pertingere ad intelligendũ ſubſtantias ſimplices, quod uidetur ſub dubio reliquiſſe in tertio de anima. Clare autem patet apud omnes Peripateticos ꝙ quæſtio mota in tertio de anima de intellectu humano an poſsit intelligere abſtractas ſubſtantias, non eſt quæſtio pertinens ad intellectum hominis ſeparatũ exiſtentem in alio ſtatu. nam tertio de anima. tex. cõm. 20. dixit. quod non reminiſcimur poſt mortem, quia intellectus paſsiuus corrumpitur, & ſine hoc nihil intelligit anima, tum etiam quia illa quæſtio formaliter procedit de intellectu hominis pro ſtatu iſto, nam ſic inquit. in tex. 36. in tertio de anima. Vtrum autem contingat aliquod ſeparatorum intelligere ipſum nõ exiſtentem ſeparatum a magnitudine, cõſiderandum poſterius. ubi beatus Doctor dicit, ꝙ poſterius conſiderandum eſt utrum intellectum noſtrum non exiſtentem ſeparatum a corpore, poſsibile ſit intelligere aliquam ſubſtantiam ſeparatam. hæc enim quæſtio, ut inquit, hic determinari nõ potuit, quia nondum manifeſtum erat aliquas ſubſtantias ſeparatas eſſe, nec quæ uel quales ſunt. unde hæc quæſtio ad metaphyſicũ pertinet, tamen nõ inuenitur ab Ariſt. ſoluta, & tamen pro parte teſtatur in. 9. met. in præallegato loco Ariſt. ibi hoc ſoluiſſe, & ideo expoſitio Auer. ibi licet ab omnibus expoſitoribus Latinis deriſibilis iudicetur, tamẽ ut uides eſt ex mente

H Ariſto. qui dicit ignorantiam de talibus abſtractis in nobis non eſſe qualis eſt cæcitas in oculo. quid clarius potuit dici pro Cõmen. dum aſſeruit exemplum illud non dicere impoſsibilitatem, ſed difficultatem tantum? Redeamus igitur eo, unde effluxit ſermo, ꝙ uniuerſalia ſunt difficillima ad cognoſcendũ de uniuerſalibus in cauſando eo, quia ſunt a ſenſibus remotiſsima, iſta enim difficultas prouenit ex parte noſtri intellectus, qui in intelligendo dependet a ſenſu, & quia ſubſtantiæ ſeparatæ ſecundum ſe non ſunt phantaſiabiles, ſed ſolum ſuus effectus qui eſt motus ſenſu apprehenditur, ideo multum eſt cognitio de talibus difficilis in nobis, ſed nõ eſt iſta difficultas in intellectione earum dependens ex parte ipſarum, quia ipſę ſunt intellectæ in actu. Quomodo autem rationes Auer. procedant in ſecundo meta. uide quę ſcripſerim in concordantijs eius, ſi placet. Fallit aũt propoſita propoſitio de uniuerſalibus cõplexis in cauſando, ſicut ſunt prima principia quorũ cauſalitas extenditur ad omnia ſcibilia. nam talia uniuerſalia ſunt notiſsima, & ſunt ſicut locus ianuæ in domo quẽ nullus ignorat. 2. meta. cõm. 1. unde demonſtrationes cõſtantes ex primis principijs reſpectu aliarum demonſtrationũ ſunt, ſicut elemẽta de cõpoſitis, ut patet. 5. meta. tex. cõ. 4.

I Nota etiam ꝙ loquendo de uniuerſalibus in prædicando, & ſi talia quo ad ſimplicem cognitionem ſui ſint nota, præcipue ubi fuerint ſenſata, ut declaraui in ſpeciali quæſtione mea de primo cognito, tamen de talibus poſſunt formari propoſitiones in ordine ad ſuas naturales proprietates multum occultæ, & laborioſæ. licet enim teſte Auicen. ens & res prima impreſsione quo ad ſimplicem cognitionem imprimantur in anima, tamen poſſunt arduę quæſtiones formari de ipſis, ſicut patet exercitatis in ſciẽtia diuina.

Propõ. 77.

*Scientia quæ ſubalternatur ſpeculatiuæ, ſpeculatiua eſt.*

VERA EST propoſitio quando ſcientia ſubalternatur ſicut ſpecies generi. inde enim eſt, quod ſciẽtia ſubalternata non ponit in numerũ, alioquin diuiſio ſcientiæ ſpeculatiuæ poſita ab Ariſto. in. 6. primæ philoſophiæ eſſet inſufficiens, ubi Ariſt. diuidit ſcientiam in actiuam factiuam, & in theoricam: & theoricam demum diuidit in naturalem, mathematicam, & diuinam, nõ enim ſubalternata ſcientia differt a ſubalternante niſi accidẽtali differentia, quæ non facit aliud, ſed alteratum ſolum, ſicut geometria, & perſpectiua. nam linea, & linea uiſualis ſola differentia accidẽtali diſtinguuntur. & ſic eſt de muſica cũ arithmetica, quarum altera eſt de numero, altera uero de ſonoro numero. K Falſa autem eſt propoſitio, ubi ſubalternatio fuerit merito principiorum tantum. Nam non eſt dubium ꝙ omnes ſciẽtię morales, & practicæ, ſimiliter & alię ſcientiæ ſpeculatiuæ particulares ſubalternantur merito principiorum ſcientiæ diuinæ. nam ſicut ſcribit Princeps in prima Fen primi canoñ. doct. prima. in cap. de ſubiectis medicinæ. principia ſcientiarum particularium tanquam credita recipiuntur, & in alijs ſcientijs, quæ ſecundũ ordinem ſunt ante eas ratiocinantur, et ita ſit donec principia omniũ ſcientiarum ad philoſophiam primam, quæ metaphyſica eſt nuncupata, eleuentur. & Auer. in primo colliget. cap. primo. Artifex artis inquantũ eſt artifex illius artis non poteſt cognoſcere principia recepta in illa arte, quanuis ſciat illa, nõ ſcit enim ea niſi inquantum eſt artifex alterius artis, ideo oportet eum recipere illa principia artis ſuæ ab illo loco in quo ſunt magis nota. ✠ Dicit etiam Alexan. in primo topicorũ in ſecunda ſectione, ſuper cap. 11. ꝙ ſunt aliqua problemata, & propoſitiones phyſicæ, quæ circa electionem, & fugam relationem habent. Nam utrum omnia neceſſario a fato dependeant, quod eſt phyſicũ, relationem habet circa electionẽ, & fugam. Nam ſi oporteat conſiliari de actibus noſtris, aut non inde eſt initium. ADDItio. Similiter etiam non eſt dubium ſecundũ Ariſt. & Cõm. ꝙ ſcientia de anima tribuit multis ſcientijs, quæ ſunt practicæ multa principia. cũ tamen ſciẽtia illa ſit mere ſpeculatiua. L nam Auer. in. 1. de anima cõm. 2. inquit. ꝙ iuuamentũ ſcientiæ de anima alijs ſcientijs eſt tribus modis, & ſecundus modus, ut aſſerit eſt pro quanto dat pluribus ſcientijs plura principia, ut ſcientiæ morali. ſ. regendi ciuitates, & diuinæ. Moralis enim ſuſcipit ab hac ſcientia ultimũ finem hominis in eo quod eſt homo, & ſcientiam ſuæ ſubſtantiæ, quæ ſit, & diuinus ſuſcipit ab ea ſubſtantiã ſui ſubiecti, hic enim declarabitur, quoniã formæ abſtractæ ſunt intelligẽtiæ, & alia multa de cognitione diſpoſitionũ conſequentiũ intelligentia in eo ꝙ eſt intelligẽtia. Similiter etiam medicina, quæ a toto genere practica eſt, licet ſm ſimilitudinem aliquid eius dicatur practicũ, & aliquid ſpeculatiuũ, ſubalternatur merito principiorũ ſcientiæ naturali, quæ eſt ſpeculatiua. Et ex hoc patet error Cõciliatoris, & aliorũ aſſerentium medicinã eſſe uere ſubalternatã ſcientiæ naturali. Opinio Concil. inquit enim in differẽtia tertia, in tertio dicendorũ, ꝙ cũ duplex ſit ſubalternandi modus, uidelicet ratione ſubiecti, & ratione principiorũ, utroq; modo medicina eſt ſubalternata ſcientiæ naturali. nam ſubiectũ eius, quod eſt corpus humanũ ſanabile eſt ſub ſubiecto ſcientiæ naturalis, quod eſt ens mobile, uel corpus mobile. M Similiter etiã ſubalternatur illi merito principiorum, quia ultimæ cõcluſiones libri plantarũ, & libri de animalibus ſunt maximæ, & principia credita in medicina. nã ut ſcribit Philoſophus in lib. de ſenſu, et ſenſato, ubi deſinit phyſicus, ibi ĩcipit medicus, & iſta eſt opinio eius. Impugnatio. Sed iſta opinio quo ad primũ dictũ ſtare non poteſt, quia certũ eſt ꝙ ſubiectum medicinę formale nõ eſt corpus humanum ſanabile abſolute, ſed ab arte, & tale, ut ſic eſt res artis, & non eſt pars ſubiectiua entis naturalis, ut bene patet conſideranti. Amplius cum ſcientia naturalis ſit mere ſpeculatiua: Medicina autem ſit mere practica, ſi eſſet uere ſubalternata illi ſicut ſpecies generi, tunc ſequeretur ꝙ ſcientiæ practicæ ſola accidẽtali differentia differrent a ſcientijs, quæ ſimpliciter ſunt ſpeculatiuæ contra Philoſophum. 6. metaphy. tex. cõm. primi. ubi diuidit ſcientiã in theoricam actiuã, & factiuã: theoricũ autem, & practicũ, ut diuidunt philoſophiam, & ſciẽtiam in cõmuni ſunt eſſentiales differentiæ. nam ut Auicen. in principio ſuæ logicæ, & in principio ſuę meta. ſcribit, ſciẽtię ſpeculatiuę ſunt de rebus operatis a natura, & ſciẽtiæ practicę ſunt de rebus operatis a nobis. ſecus autẽ eſt de theorico, & practico, quę diuidunt medicinã, quia tales ſunt differentiæ accidẽtales in medicina, unde theoricũ & practicũ, quæ diuidunt



A diuidunt ſcientiam in cõmuni æquiuoce dicuntur cũ theorico, & practico per quæ diuiditur medicina. quia impoſsibile eſt eaſdem eſſe differẽtias, per quas diuiditur ſuperius, & inferius, unde theoricum in medicina ordinatur ad practicum, non ſic autem eſt de theorico, & practico per quæ diuiditur ſcientia in cõmuni, quia ſcientiæ ſpeculatiuæ non ſunt propter practicas, ut patet ex procemio metaphyſi. Theoricũ, & practicũ in medicina ſunt æquiuoce. ✠ Gregorius in ſermone Diui Baſilij ita ſcribit, medicinam eſſe fructum philoſophiæ, & philoponię. i. dilectionis laboris. nam quantũ ad theoricam eſt fructus philoſophiæ, quo ad partem practicã eſt opus laboris, quia pro maxima ſui parte practica medicinæ ex experimento conſtat. ADDItio. Similiter etiam, ut dictum eſt, iſta, ut diuidunt ſcientiam in communi ſunt eſſentiales differentiæ habituum diſtinctorum: ſed ut diuidunt medicinam ſunt differentiæ accidentales. nam illa pars medicinæ, quę a remotis dirigit in opus dicitur theorica, illa autem quæ a propinquo dicitur practica. inquit enim Scotus in. 6. metaphy. quæſtione prima, in ſolutione argumentorum, & pręcipue ad ſecundum, quod omnis habitus cognitiuus circa obiectum operabile ex natura rei & obiecti, eſt directiuus in operatione, licet non ex uſu habentis, ſed aliquis habitus eſt directiuus incomplete, & quaſi a remotiori, ſicut qui eſt circa magis uniuerſalia aliquis magis perfecte & de propinquo, B ſicut qui eſt circa magis particularia, actus enim ſunt circa ſingularia. unde experientia magis dirigit in operando, q̃ ars ſine experientia. primo metaphyſi. & ſic habitus incomplete dirigens comparatiue, & large poteſt dici ſpeculatiuus, quia ex ſe non ſufficit ad dirigendum ſine particulari determinante, & applicante, & ita dicit etiam in prologo primi ſententiarum. in quæſt. de praxi, & eſt etiam ſententia beati Thom. in quæſtionibus ſuper Boethio de trinitate quæſt. qua quærit. Vtrum ſit conueniens diuiſio ſcientiæ ſpeculatiuę in naturalem, mathematicam, & diuinam, inquit enim in reſponſione ad quintum. ꝙ aliqua ſcientia continetur ſub alia dupliciter. Vno modo, ut pars ipſius, ſicut ſcientia de plantis cõtinetur ſub naturali, ut pars. Alio modo, quando in ſuperiori ſciẽtia aſsignatur propter quid eorum, quæ in inferiori ſcientia demonſtrantur, ut muſica arithmeticæ. Medicina igitur non ponitur ſub phyſica, ut pars. ſubiectum enim medicinæ non eſt pars ſubiecti naturalis philoſophiæ ſecundum illam rationem, ſecundum quam eſt ſubiectum medicinæ, quanuis enim corpus humanum ſanabile ſit corpus naturale, non tamen eſt ſubiectum medicinæ, ut eſt ſanabile a natura, ſed ut eſt ſanabile per artem. ſed quia in ſanatione, quæ fit per artem, ars eſt miniſtra naturæ, C iuxta illud Galen. in tertio techni. Omnium natura operatrix, medicus uero miniſter, quia ex aliqua naturali uirtute ſanitas perficitur auxilio artis, ideo propter quid in operatione artis oportet accipere ex proprietatibus rerum naturalium, & propter hoc medicina ſubalternatur philoſophiæ naturali, ſicut alchimia, & agricultura, & aliæ huiuſmodi. Et ſic patet qualiter aliquæ ſciẽtiæ operatiuæ ſubalternari poſſunt alicui ſcientiæ mere ſpeculatiuæ ſecundum ſe, & ſecundũ omnes ſui partes. ✠ Et quod medicina motu genere ſit practica oſtenditur etiam authoritate Cõmen. in. 2. metaphy. cõmen. 3. inquit enim, ſcientia operatiua, quanuis utatur ratiocinatione, & ſpeculetur de cauſis, non tamen eſt digna uocari ſcientia ſpeculatiua, quia nõ perſcrutatur de cauſis rerum, & de diffinitionibus earum, niſi ut ſcientes eam agant, & non ut ſciant, ſicut eſt de ſcientijs ſpeculatiuis patet: uidetur, ꝙ ſcientia, quæ conſiderat cauſas eſt theorica ſecundum medicos abutentes uocabulo, unde a fine unumquodq; denominare fas eſt, & ut dicit Cõmẽ. illa demonſtratio fuit inuenta ab Iacuaym medico Arabe, nullus enim ex antiquis hoc poſuit. ADDItio. Et animaduerte iuxta ſententiam Ariſto. in libro de ſenſu, & ſenſato, ꝙ ubi deſinit phyſicus inde incipit medicus, inde contingit quod quo ad poſtremam ſui partem, quæ eſt de animalibus, & plantis Ariſto. interponit aliqua, quæ pertinent ad actum practicum. D unde in libris de natura animalium ponit multa medicamina conferentia uarijs, & diuerſis ægritudinibus animalium, patet autem ꝙ notitia illa, quæ docet modum, & qualitatem operandi practica eſt, ſicut inquit Princeps in principio primi canoñ. nam in nono libro agit de ęgritudinibus ſuum eorum quæ remedijs. & in cap. 22. agit de ægritudinibus canum, & cap. 24. agit de morbis equorum, & remedijs eorum, & in cap. 26. agit de morbis elephantium, & eorũ remedijs. unde ſicut contingit in naturis temporũ ꝙ finis unius ſapit naturam principij alterius & econtra, ſicut principium ueris ſapit naturam hyemis, ſic finis naturalis ſciẽtiæ ſapit, & oſtendit aliũ modũ conſiderandi medicinæ. unde Ariſt. iſtas duas ſcientias ſorores appellabat, & alteram deſcribebat per alterã, dicebat enim medicinã eſſe corporis philoſophiam, & philoſophiam dicebat eſſe animi medicinã. nam ut inquit diuinus Boe. in. 4. de conſolatione philoſophica. Animorũ ſalus quid eſt niſi uirtus, & ęgritudo quid niſi uitiũ? & aduerte quod quanto anima pręſtantior eſt corpore, tanto philoſophia, quæ inſtituit animũ præſtantior eſt medicina, quæ inſtituit corpus, ut dicit Ariſt. in primo ethicorum. cap. 17.

Propõ. 78. E

*Regula eſt, quod a cauſis quarum natura eſt eadem, & non differunt niſi ſecundum magis & minus, non prouenit niſi una natura differens ſecundum magis & minus.*

AVERROIS eſt propoſitio in propria forma in. 3. de cœlo & mundo. in cõ. 72. ubi etiam ſubdit. & cauſæ diuerſę in quantitate habẽt cauſata diuerſa in quantitate. Vera autem eſt propoſitio, ubi illæ cauſę differentes ſecundum magis & minus fuerint cauſæ adæquatæ illorum effectuum, fallit autem ubi non ſunt ſic adæquatæ. Nam uidemus proportiones elementorũ in mixtis inuentas differre ſecundũ magis & minus, attamẽ uidemus maximã diuerſitatem in formis mixtorũ, quæ non cauſantur adæquate ex illis proportionibus elementorũ, ſicut credit Alexan. ut recitat Auer. 3. de anima. cõ. 5. intantũ ꝙ etiam anima, & intellectus materialis illo modo cauſantur, contra quem Auer. ibidẽ inquit. Et magis inopinabile de opinione Alexan. eſt hoc ꝙ dixit quod primæ præparationes ad intellecta, & ad alias poſtremas perfectiones de anima ſunt res perfecte a complexione, non uirtutes factę a motore extrinſeco, ut eſt famoſum ex opinione Ariſt. & omniũ F Peripateticorũ, iſta enim opinio in uirtutibus animæ comprehẽſiuis ſi eſt ſecundum quod nos intellexerimus eſt falſa, a ſubſtantia enim elementorum non poteſt fieri uirtus diſtinguẽs comprehenſiua, & cætera. unde etiam elementa ſecundũ doctrinam Ariſto. reſpectu mixti non concurrunt niſi, ut cauſa materialis, ſed cauſa efficiẽs eſt calor cœleſtis, ut patet. 12. meta. cõm. 18. Solet etiam propoſita propoſitio ſub alijs uerbis allegari, uidelicet magis & minus non diuerſificant ſpeciem, & tunc etiam eſt alia limitatio. Nota. nam magis & minus quandoq; inſequuntur formam, & quandoq; inſequuntur materiã ſeu materiales diſpoſitiones, & uerũ eſt, quod differẽtię rerũ ſecundũ magis, & minus inſequentia materiam non faciunt differre ſpecie, tales enim ſunt indiuiduales differentiæ per quas diſtinguuntur ea, quæ ſub eadem ſpecie cõtinentur. Sed loquẽdo de magis & minus, quæ inſequuntur formam, & principia eſſentialia, talia bene faciunt diuerſitatem ſpecificã, & inferunt illam, nam ſpecies entiũ ſunt inæquales, quia ſunt ſicut numeri. Colligitur autem limitatio iſta ex intentione Philoſophi in. 10. meta. tex. cõm. 25. ubi habet ꝙ contrarietas ſumpta penes formam facit differentiam ſpecificam, non autem contrarietas ſumpta penes materiam.

G

## *Simile non patitur a ſimili.*

Propõ.79.

PROPOSITIO Eſt Ariſto.in primo de generatione & corruptione, in tex.cõmen.48.cuius probatio ibidem adducitur. inquit enim ſi ſimile ſecundum quod ſimile actiuum, pſum ſeipſum mouebit omne. Gloſſatur autem ab Auicen. iſta propoſitio in ſecunda Fen primi, doctrina tertia, in cap.3.de ſignis complexionum de ſimili, cuius qualitas, & quantitas illius quod eſt ei ſimile eſt una ſpecie, & natura. nam quod eſt calidius alio non eſt ſimile ei quod minus calidum exiſtit. immo duo calida, quorum unum eſt calidius altero diuerſificantur, & illud quidem quod eſt minus calidum comparatione eius ꝙ eſt calidius frigidum exiſtit, Intelligitur igitur propoſitio de ſimilibus in forma, & gradu formæ, & etiam ſecundum potentiam. nam actio inſequitur multitudinem formæ, & multitudo formæ inſequitur multitudinẽ materiæ, ex augmento enim ſubſtantię in quantitate prouenit augmentum uirtutis in robore, ſicut declaratum eſt ex principijs naturalibus, ut inquit Auicen.in.6.naturalium, ſectione.4.cap.5.

Gloſſa Auicen.

## *Dialecticus diffinit per formam, phyſicus autem per materiam.*

Propõ.80.

H

Diffinitiones quiditatiuę tria debent hr̃e.

PROPOSITIO Iſta eſt Philoſophi in primo de anima. in tex. cõm.16. Aduerte ꝙ diffinitiones quæ dant quiditatem debent habere tria propria, ut ſcribit Cõmen.4.phyſi.cõmen.31. Quorum primum eſt, ut ex illis diſſoluantur quæſtiones cõtingentes in re. Secundum uero eſt, ut per illas appareat cauſa inhærentiæ accidentium eſſentialium exiſtentium in re, quia diffinitiones completæ innatæ ſunt reddere cauſas omniũ accidentium exiſtentium in re: ſed non conuertitur quod omne ex quo apparet cauſa accidentium exiſtentium in re ſit diffinitio.

Tertium uero eſt, ut ex diffinitione appareat difficultas. Vbi aduerte ꝙ de proprietate diffinitionis completæ eſt, et appareat ſolutio omnium difficultatum contingentium in re ex ignorantia diffinitionis, & ꝙ omnia accidentia propria quæ conuertuntur cum diffinito demõſtrentur per illam. nam ut ſcribit Ariſto. primo de anima. tex.cõmẽ.11. Diffinitiones ſecundum quas non contingit accidentia cognoſcere, ſed neq; de ipſis facile imaginari, manifeſtum ꝙ dialectice dictæ ſunt, & uanę omnes. Vnde animaduerte ꝙ cum dialecticus ſit artifex cõmunis, non enim procedit ex proprijs ſicut demonſtrator, ideo a Philoſophis omnes diffinitiones quę dantur per cauſas remotas, & cõmunes dicuntur dialecticę, quia non poſſunt eſſe medium ad demonſtrandum accidẽtia eſſentialia de diffinito, nam demonſtratio eſt ex proprijs. Et eadem ratione omnes illę rationes in philoſophia naturali, uel in ſciẽtia diuina ſeu alijs factę per principia remota, & uniuerſalia non appropriata ei quod demonſtratur eſſe, dicuntur logicę rationes.

I

Extat ad hoc ſingularis authoritas Ariſt. in ſecundo de generatione animalium. cap. ultimo, inquit enim. Sed fortaſſe ueriſimilior his demonſtratio illa logica uidetur, logicam appello, quia quo uniuerſalior eo remotior a proprijs principijs eſt, & Auer. primo cœli. cõmen.70, inquit, hæc eſt alia demonſtratio a prædictis, & eſt logica ſcilicet, quia eſt ex ueris propoſitionibus, ſed non proprijs, ſed generalibus. Eandem ſententiam habet etiam in.8.phyſicorum cõmen.70.&.12.metaphy.cõmen.4. dicit ꝙ Platoni contingit dici uniuerſalia eſſe cauſas ſingularium propter logice inquirere, & ſubdit. quod quia erat ſemper in diſputatione, & ideo contingit ei dicere extranea, & remota a ueritate. Ex qua authoritate male intellecta & expoſita inferunt aliqui quod in diſputatione poſſunt dici extranea, & & remota, quod falſum eſt, præſertim in diſputatione doctrinali, qualis eſt illa qua utuntur Philoſophi in perſcrutatione ueritatis; nam ut elicitur in ſecundo primæ philoſophiæ. tex.cõmen.15. Natura Philoſophi eſt quærere maximam perſcrutationem ob ſtudium ueritatis. unde quarto metaphy. tex.cõmen.19. In rebus in quibus homo habet opinionem, & exiſtimationem debet inquirere certitudinem ſicut infirmus ſanitatem. unde ſi fas eſt diſpoſitiones corporis diſpoſitionibus intellectus comparare, debes ſcire, ꝙ quemadmodum medici in corpore humano ponunt tres diſpoſitiones, ſanitatem, ægritudinem, & neutralitatem: ſic ſcientia certa apud intellectum eſt ſicut ſanitas in corpore, quia eſt eius perfectio. Omnes enim homines natura ſcire deſiderant, ignorantia autem diſpoſitionis eſt ſicut ægritudo in corpore, opinio autem qua intellectus cognoſcit aliquid cum formidine eſt ueluti neutralitas in corpore, & ideo dictum Cõmen. aliter intelligitur, quod quia Plato ſemper eſt in diſputatione, id eſt ſemper in ſuis dialogis per dialecticas rationes procedit, quæ ſunt per cauſas uniuerſales, & remotas, ideo contingit quod non dicit conuenientia, quia conabatur ex cauſis intelligibilium ſeu entium mathematicorum reddere cauſas ſenſibilium. unde Ariſtote. in primo de generatione tex. cõmen. ſeptimo contra Platonem & ſequaces, inquit. Cauſa autem quare non potuerunt confeſſa uidere inexperientia fuit. ideoq; quicunque magis inſudauerunt naturalibus magis poſſunt ſupponere talia principia, quibus multa poſſunt complicare. quia autem ex multis ſermonibus indocti exiſtentium entis intuentes, & ad pauca reſpicientes facile enuntiant. Sed dices quare dialecticus dicitur diffinire per formam, phyſicus autem per materiam. Ad hoc uidetur reſpondere Themiſtius primo de anima. cap. nono in expoſitione tex commen.16. inquit enim, cum ſint tria diffinitionum genera, Quædam per ſolam formam hoc modo, domus eſt cuſtodia, & defenſio a uentis, imbribus, caloribus, & frigore. Alius modus eſt per ſolam materiam, domus eſt ligna, lateres, in trita. Tertius autem qui utrunque complectitur, ſcilicet materiam & formam, ſic uidelicet domus eſt munitio ab his, quæ de foris ingruant ex tali, & tali materia. De his tribus quod genus phyſico conuenit. Vtrum id in quo ſolius formæ ſit mentio, prætermiſſa & neglecta materia, an id in quo ſolius materiæ admonitio ſit forma ſuperpoſita, an id potius in quo iunctim forma, & materia declaratur. & ſoluendo dicit ꝙ ſi poſtremum hoc genus Philoſopho naturali congruit cui ſectæ reliqua duo uendicari, aut tribui debent, certe diffinitio in qua ſola uis formæ affertur, quæ ſeorſum conſiſtere confirmationem, quæ & ſoliditatem habere non poteſt dialecticis aſciſcitur. unde plerunque illa facilis inaniſque habetur; ea uero, quæ materiam tantum, & affectiones eius, quæ abiungi non poſſunt ſectatur, nullius quidem fuerit niſi eius, qui naturam exploret, quippe qui circa omnia uerſetur, quæ materiam, & eius opera, atque affectiones appellent, ſed ceſſans & manca niſi formæ meminerit, ac formam quidem ſemper in diffinitione collocare debemus, quæ locum principem teneat, ita tamen, ut a materia non recedamus, etiam ſi forma ratione poſſit abiungi, etenim formæ naturali materia ſemper opus uſuſque eſt. Sed niſi aliud dicatur, ſolutio iſta Themiſtij uidetur manca & inſufficiens, nam ſi ea ratione definitio data per ſolam formam dialectica eſt, quia forma ſeorſum ſoliditatem habere a materia non poteſt, neq; ſeorſum conſiſtere ualet: pariformiter ſequi uidetur, ꝙ definitio, quę datur per ſolam materiam dialectica erit, quia materia ſeorſum conſiſtere, & ſoliditatem habere prēter formam non ualet, ſicut ſcribit Commen. in ſecundo phyſicorum in commen. duodecimo immo ſi bene conſiderare uolueris, magis hoc eſt de materia ſecundũ ſentẽtiam Peripateticorum, nam ſecundo phyſicæ auſcultationis. tex.cõmen.91. Materia eſt propter formam, non autem forma propter materiam. Confirmatur, nam Auer. in ſeptimo primæ philoſophiæ in cõmen.8. in calce. cõm. ſcribit. & cum induxit ratiocinationes ex quibus apparet

ꝙ materia

K

Nota pulchram ſimilitudinem.

L

Pulchra & ardua difficultas.

Opĩo The.

ADDItio.

Aduerte hic ꝙ diffĩ cõpleta ex mã, & forã dr̃ta ɗmĩnẽ ſolo ſitu ſm Phĩz.1. poſte. qa in diffõne tali mãlis diffõ prēordinat formali, qa ſcd̃; Phm mã eſt pp formã, & ñ

M

ecõtra. ſed i demr̃one diffõ formalis prēordinat mãli, qa eſt mediũ, & demr̃o ẽ p cãm in ẽẽndo, & in ĩferendo, forã autẽ eſt cã mãæ, & nõ econtra. 2. phy.91. & cõ.87. vel dic, qa pm⁹ loc⁹ ĩ diffõne dẽt pncipio mãli, vñ gen⁹ qđ ẽ ꝓportiõale mãæ dꝫ I diffõe præmitti drĩs.



A

ꝙ materia eſt magis ſubſtantia dixit, ſed hoc eſt impoſſibile.i.ſed impoſſibile eſt, ut materia ſola ſit ſubſtantia cum opinatur ꝙ intentiones ſeparabiles in intellectu.ſ.quę non intelliguntur in reſpectu aliorum, ſicut eſt materia, ſed quę intelliguntur per ſe ſunt magis ſubſtantiæ, & ideo exiſtimatur ꝙ forma ſit etiam ſubſtantia cum ſit quiditas quam ſignificat diffinitio, ubi expreſſe colligitur quod eſt magis abſolutus intellectus formæ, q̃ intellectus materiæ. Et confirmatur, quia idem eſt iudicium de materia, & forma, ſicut de potentia & actu, quia.12.metaphy.cõmen.26.potentia reducitur ad materiam, & actus ad formam, modo 9.metaphyſi.tex. commen.13. potentia per ſe refertur ad actum, actus autem non refertur ad potentiam, niſi quia potentia refertur ad actum, quia ſunt relatiua oppoſita de tertio modo relatiuorum per modum menſuræ, & menſurati. Nec ualet ſolutio illa Themiſtij, quod ideo ea, quæ per ſolã materiam eſt, diffinitio naturalis eſſe dicatur, quia omnia, quæ a naturali conſiderantur materiam habent.

ADDItio. Cõfirmat. 12.meta.c.37. potẽtia ĩtelligĩt per aliud, actus vero per ſe.

Euaſio.

Impugnatio.

Nam rectius dixiſſet plura ex his, quæ a naturali cõſiderantur materiam habent propter intellectum. unde ſic loquitur Ariſto. in.6.primæ philoſophiæ in tex. cõmen. primi. phyſica theoria quædam eſt, ſed theoria circa tale ens, quod eſt poſſibile moueri, & circa ſubſtantiam quæ ſecundum rationem, ut ſecundum magis non ſeparabilem ſolum, ubi Auer. in Cõmẽ. inquit ponderando ly ſecundum magis, & dixit in maiori parte propter intellectũ. & ſecundo phyſicorum cõmen.21. inquit Cõmen. ex fundamẽtis, quæ ponit naturalis eſt quod plures formæ naturales ſunt in materia, & hoc manifeſtum eſt per ſe, de forma autem in qua hoc non eſt manifeſtum per ſe iſta ſcientia conſiderat, utrum ſit in materia, uel non, & in hoc non eſt dubium niſi de anima tantum. Præterea. Eſto ꝙ illud uerum eſſet tunc adhuc eſt difficultas, nam.2.phyſi.tex.cõmen.12. Forma eſt magis natura, q̃ materia, & Cõmen.5.meta. cõmẽ.5. ſcribit ꝙ natura primo dicitur de ſubſtantia, quæ eſt forma, quæ eſt principium motus in rebus naturalibus eſſentialiter, & primo, & ꝙ materia non dicitur natura, niſi quia recipit iſtam materiam, unde diffinitio naturæ dicitur analogice, quia prius uerificatur de forma, q̃ de materia, & primo cœli. cõmen.5. idem habetur. Scientia igitur naturalis prius eſt de natura quæ eſt forma, q̃ de natura, quæ eſt materia. nam ut ſcribit Cõmen.2.phyſicorum Cõmen.26. licet ſcientia naturalis utrunq; conſideret, & formam, & materiam, tamen de forma naturalis conſiderat per ſe, & de materia propter formam, & tunc uidetur, ꝙ potius diffinitio data per ſolam formam ſit naturalis, quam quæ datur per ſolam materiam, & ſunt difficultates ſicut uides, a quibus non niſi ſolers ingenium poteſt euadere. Albertus autem cognomẽto Magnus primo de anima tract. primo cap.7. fecit longam digreſſionem de hoc, dubitando quomodo dialecticus diffinit per formam, cum forma ſit pars rei, & non totius, neq; uidetur poſſe de toto prædicari. Ad quod multis interpoſitis, inquit, ꝙ forma rei dupliciter poteſt conſiderari, ſicut dicit Auicen. Vno enim modo conſideratur, ut eſt actus rei, & pars eſſe eius. & hoc modo non prædicatur de re. Alio modo, ut eſt intentio rei abſtracta a re, & ſic prædicatur, quia eſt intentio totius, & non partis. totum enim ſignificatur ſub qualibet forma quæ eſt in ipſo, ſiue ſit generis, ſiue differentiæ, ſiue proprij, ſiue accidentis, & ſecundum quod ſignificatur ſtans ſub aliqua illarum formarum, ſic abſtrahitur ab ipſo uniuerſale, & eſt illud uniuerſale intentio totius, & ideo prædicatur de toto, & has intentiones totius cunſiderat logicus, & cætera, quæ uide ab ipſo. Sed nec iſtud dictum Alberti ſatisfacit, quia nõ eſt quæſtio an forma poſſit prædicari per modum partis, aut per modum totius, ſed quæſtio quærit propter quid diffinitiones illę ex quibus nõ contingit accidentia eſſentialia demonſtrare dicuntur dialecticæ, & dicuntur datæ eſſe per formam. Et propter hoc relictis aliorum opinionibus in hoc dicendũm puto quod cum forma ſit ſubiectum uniuerſalitatis, & iſte eſt intellectus cuiuslibet formæ, ut ſcribit Cõmen. primo cœli commen.92. & ideo dicitur in diffinitione uniuerſalis quod eſt aptum natum dici de pluribus, & in libro deſtructio deſtructionũ, in diſputatione prima, in ſolutione ſeptimi dubij. Cauſa pluralitatis ſeu numeralitatis eſt materia apud Philoſophos, & cauſa conuenientiæ in multitudine numerali eſt forma, ſecundum quod poſſunt reperiri res plures in numero in una forma. ideo dicimus nos ꝙ tales diffinitiones datæ per communia dicũtur eſſe datę per formam, quia cauſa communitatis, & conuenientiæ eſt a forma, & propter hanc cauſam omnes rationes ex cõmunibus procedentes dicuntur dialecticæ, ut ſupra dictũ fuit, quia dialectitus procedit ex communibus ex quibus non aggeneratur ſcientia, ſed opinio: phyſicus autem appropriate dicitur diffinire per materiam, pro quanto uidelicet non diffinit per communia ſicut dialecticus, non quia in diffinitione naturali appareat materia ſine forma, quia ut inquit Auer. primo de anima cõmen.16. qui in diffinitionibus rerum ponit materiam, & omittit formam diminute accipit, ſimiliter etiam, ut ſcribit Cõmen.2.phyſicorum cõmen.70. Naturalem oportet dare in reſponſione omnes quatuor cauſas, quoniam in ſcientia naturali apparet materia, & in quo eſt materia ſunt omnes cauſæ, & omnes cauſæ rerum a naturali cõſiderantur ſecundum quod habent attributionem ad materiam, & ut habent eſſe in materia, nam conſiderat mouentem cauſam ſecundum quod mouet materiam, & formam ſecundum eſſe quod habet in materia, & finem ſecũdum quod eſt terminus motus quo mouetur materia, & materiam ipſam ſecundum quod eſt ſubiecta formæ ſecundum eſſe quod habet forma in materia, ſic igitur intellexiſti quomodo dialecticus diffinit per formam, & phyſicus per materiam, quod Iohannes de Gandauo, & alij adhuc intelligere reſolute nõ potuerunt.

B

C

Opinio Alberti Magni.

Impugnatio.

Opinio propria.

D

ADDItio. Et Cõm.7 mẽta.c.39. in calce cõ. nãlis nõ debet perſcrutari de ſubſtãtia, quæ eſt mã, qa mã eſt propria entib⁹ nãlibus, ſed de ſubſtantia, quæ eſt forma, & materia.

E

✲ Sed eſt dubium, quia primo de anima. tex. cõm.18. ira, & furor non poſſunt ſine materia ſenſibili, ſicut linea & planum, & tunc quæro quomodo igitur dialecticus diffinit iram ſine materia ſenſibili, niſi eſſet quod Ariſto. uult dicere ꝙ omnes paſſiones quæ inſequuntur corpus tranſmutabile in eo ꝙ tranſmutabile appropriantur naturali, ſed quæ inſequuntur corpus in eo ꝙ corpus, & magnitudo appropriantur mathematico, ut dicit Cõmen. primo de anima. cõm.17. licet igitur naturalis qui eſt artifex ſpecialis non poſſit iram, & furorem diffinire ſine materia, poteſt tamen dialecticus qui eſt artifex cõmunis, nec hoc inconuenit, qa alius eſt modus ſpecialis artificis, & alius cõis.

ADDItio.

F

## *Mathematicus non abſtrahit a materia intelligibili.*

Propõ.81.

ELICITVR Propoſitio iſta ex ſeptimo primæ philoſophiæ. tex.cõmen.35. Aegidius Rom. in ſecundo phyſicorum ſuper expoſitione tex.cõmen.18. & in primo de generatione, & corruptione ad principium, tenet materiam intelligibilem eſſe ſubſtantiam. uult enim ꝙ materia quanta ſit ſubiectum ſcientiarum mathematicalium, nam ut inquit, prius natura poteſt intelligi ſine poſteriori, & non econtra, & quia quantitas eſt natura prior qualitatibus ſenſibilibus, ideo mathematicus poteſt abſtrahere a qualitatibus ſenſibilibus. quantitas autem eſt natura poſterior materia, ideo non poteſt abſtrahi a materia, ſicut qualitates ſenſibiles ſunt poſteriores quantitate, ideo naturalis nõ poteſt abſtrahere à ſubſtantia. Scotus etiã qui in ſexto metaphy. quęſtione prima tenuit ſubſtantiam corpoream eſſe ſubiectum ſcientiarum mathematicalium. & Auicen. & uniuerſaliter omnes ponentes cum eo formam corporeitatis de prædicamento ſubſtantiæ coæternam primæ materiæ, habent conſequenter dicere materiam intelligibilem a qua mathematicus non abſtrahit eſſe ſubſtantiam.

Opĩo Aegidi. Roma.

G ADDItio.

✻ Contra iſtam poſitionem uidetur eſſe authoritas Ariſto. in. 4. meta. tex. cōmen. 4. ubi habetur ꝙ tot ſunt partes philoſophiæ quot ſunt ſubſtantiæ. Ad hoc ſoluitur ꝙ ut inquit Cōmē. loquitur de partibus primæ philoſophiæ, quia una eſt de ſubſtātijs abſtractis, alia de ſenſibilibus.

Impugnatio.

Sed iſta opinio ſtare non poteſt in principijs Ariſto. & Peripateticorum. nam Ariſto. 12. meta. tex. cōm. 44. expreſſe teſtatur ꝙ mathematicarum ſcientiarum nulla de ſubſtantia theoriam facit. excepta aſtrologia, hæc enī ſicut inquit, de ſubſtātia ſenſibili quidem, ſempiterna autem theoriam facit. aliæ uero de nulla ſubſtantia, puta quæ circa numeros, & geometria, ubi clariſsime apparet de nulla ſubſtantia alias mathematicas ſcientias conſiderare. & Auerr. in Cōmen. inquit, iſta autem ars, ſcilicet aſtrologia eſt propria huic intentioni inter alias mathematicas, quia conſiderat de ſubſtantijs æternis ſenſibilibus. aliæ autem ſcientiæ mathematicę conſiderant de accidentibus, ut arithmetica, & geometria.

Themiſt. ſententia.

Et lucidiſsimus Themiſtius in primo de anima. cap. 9. in expoſitione tex. 16. inquit. At mathematicis lineam citra materiam diffinire conceditur, quia res quæ apud illos tractantur a nexibus materiæ liberiora exultioraq; ſunt q̃ forma naturalis. atque hoc ut diſtinctius capiatur paulo altius ordo petendus eſt. Naturalis corporis opera alia naturalia ſunt, alia extrinſecus ueniunt.

H

Naturalia ſunt, ut calor, frigus, ſiccitas, humor, nutritio, auctio, minutio. Extrinſecus ueniunt, quæ artificio aliquo comparantur. Artificium aliud materiam exornat, aliud defectum, & inualentiam corrigit. Materiam exornant excuſſores ſignifici, poſtremoq; ſellularij. Inualentiam corrigit medicina, agricultura. Eſt & genus tertium, ſiue id affectionem uocare, ſiue accidens malis, quod quanquam non poteſt a corpore naturali euidenter ſeiungi, ineſt tamen in corpore, ut naturale non eſt quo numero ſunt illa rectum inflexum triangulum cancauum deuexum. Demū in omnibus, quæ ſibi mathematici contemplantur naturales affectiones a conſpectione ſua reijciunt: ſolas meraſque magnitudines, & nuda atq; inania ſpacia æſtimant. finiendis his neq; materiam, neq; naturalem qualitatem adiungunt. quid expreſsius dicere potuit? Amplius autem Ariſtot. in. 11. primæ philoſophiæ. cap. 3. inquit. Quemadmodum autem mathematicus circa ea, quæ ex ablatione theoriam facit. circumtollens enim omnia ſenſibilia ſpeculatur, puta leuitatem, & grauitatem, & duritiem, & contrarium. adhuc autem caliditatem, & frigiditatem, & alias ſenſibiles contrarietates. ſolum autem derelinquit quantum, & continuum. Et in ſecundo de generatione, & corruptione. tex. cōmē. 7. declarat hoc. & Alexan. in quarto meteororum. inquit ꝙ corpus ſenſibile ſpecificatur, & diſtinguitur

I

a corpore mathematico ſolum per ſenſibiles contrarietates qualitatum, & in quarto metaphy. tex. cōmen. 1. dicitur ꝙ ſola ſcientia diuina conſiderat ens inquantum ens. aliæ autē abſcindentes quandam partem entis circa hanc accidentia ſpeculantur. ubi Cōmen. inquit in cōmento ꝙ geometria uerſatur circa magnitudines, & arithmetica circa numeros.

ADDItio.

✻ Commentator etiam. 3. phyſico. cōm. 71. dicit ꝙ mathematicus non conſiderat de menſura, ut eſt terminus corporis naturalis, ſed ut eſt non in corpore omnino. Amplius periret differentia poſita per Auer. quinto phyſicorum cōmen. 22. 30. & 39. inter contractum naturalem, & contractum mathematicum, quia in contractu mathematico duo ultima fiunt unum, non autem in naturali, ſed remanent duo demonſtrata in actu.

Opinio propria.

Et ideo dicamus materiam intelligibilem eſſe ipſum continuum in geometria, ut abſtrahit ab omnibus qualitatibus ſenſibilibus: & numerum etiam, ut taliter abſtrahit ab omnibus qualitatibus ſenſibilibus eſſe ſubiecto in arithmetica.

Et ad rationem Aegidij Romani dicēdum ꝙ non eſt illa ratio quam aſsignat, quare naturalis non abſtrahit a quantitate, quia uidelicet qualitates ſenſibiles ſunt poſteriores quantitate, & poſterius non poteſt abſtrahi a ſuo priori, quia ut in proprio theoremate de hoc dictum fuit locum non habet niſi quando prius eſt de quiditate poſterioris.

K

Sed uera ratio illius quæſiti eſt iſta. nam per Philoſophum in. 7. metaphyſi. tex. commen. 2. ſcientiæ naturales ſe habent per additionem ad ſcientias mathematicas, ea enim quæ conſiderantur in naturali philoſophia ſunt ſicut ſimum, & ea quæ conſiderantur in mathematicis ſe habent ſicut concauum. Materia igitur intelligibilis apud Ariſto. & antiquiores Peripateticos eſt quantum pręciſe ſumptū: & materia ſenſibilis ſunt qualitates ſenſibiles in naturali corpore iuuentæ.

Qūo nālis nō abſtrahit a materia ſenſibili & motu.

Et ſcias ꝙ propoſitio famoſa quæ dicit ꝙ naturalis diffinit per materiam ſenſibilem, & quod non abſtrahit a materia ſenſibili: non intelligitur ꝙ in diffinitionibus naturalibus ponantur ſenſibiles qualitates, quia hoc locum non habet niſi quando differentiæ ſubſtantiales rerum ſunt occultæ, & tunc circumlocutiue poni poſſunt, ut teſtatur Auer. 8. metaphyſi. cōmen. 5. ſed illud ſic intelligitur ꝙ in diffinitionibus naturalibus ponitur principium a quo emanant huiuſmodi qualitates ſenſibiles. nō enim naturalis abſtrahit a principio tranſmutationis, & motus quod eſt ipſa natura. & ſic etiam intelligitur dictū commune, ꝙ naturalis nō abſtrahit a motu id eſt non abſtrahit ab illo quod eſt principium motus, quia natura eſt

L

motus principium, & ſic conſequenter intelligis quomodo mathematicus abſtrahit a motu. non enim hoc intelligas ꝙ nullo modo de motu ſe intromittat. nam multa poſſunt de motu conſiderari in ſcientijs mathematicis ſecundum formalem modū, & abſtractionem mathematicam, quæ tamen non ſunt uera ſecundum naturalem conſiderationem. nam motibus circularibus mathematicis imaginatur ineſſe poſſe contrarietatem, ſicut dicit Cōmen in primo cœli, & mundi. cōmen. 32. quod negat naturalis. Similiter motus circularis naturaliter non eſt comparabilis recto. ſeptimo phyſicorum, ſed ſecundum mathematicam conſiderationem poſſunt comparari, ut alias declaraui.

ADDItio.

✻ Amplius Cōmen. primo phyſico. cōmen. ultimo dicit, ꝙ formæ aliæ ſunt in materijs, aliæ uero non in materijs, & ſtatim infert, & ideo cōſideratio de formis eſt duarum ſcientiarum, naturalis enim eſt de his quæ ſunt in materijs, & ſcientia diuina eſt de abſtractis a materia, patet autem ꝙ loquitur de formis ſubſtantialibus, & ſi mathematicæ pure conſiderarent, tunc ſermo eius eſſet uanus.

M

Certum eſt enim ꝙ de motu imaginario conſiderat mathematicus, quia dicit ꝙ punctus fluens cauſat lineam, & linea ſuperficiem, & illa corpus, & ꝙ corpus ſphæricum motum in plano contangit ipſum in puncto. Amplius quadratum adito gnomone creuit, & illud crementum eſt motus mathematicus ſine alteratione, quia augmentum naturale non poteſt ſine præuia alteratione cōſiſtere. Adde ꝙ Alexan. dicit in principio libri priorū, ꝙ modus conſiderandi mathematicus eſt neceſſarius naturali in pleriſq; locis. Confirmatur ex authoritate Philoſophi ſecundo phyſicorum tex. commen. 19. ubi dicit ponendo differentiam inter mathematica, & naturalia, quia mathematica ſunt magis abſtracta, inquit. Patet autem hoc ex rationibus ipſorum. impar quidem enim, & par, & rectum, & curuum, adhuc autem & linea, & figura ſine motu. Caro autem, & os, & homo non adhuc. ubi Cōmen. declarans quomodo entia mathematica abſtrahunt a motu, inquit, in cōmen. quoniam cum diffiniuerimus parem, & imparem, & uniuerſaliter numerum, et accidentia numeri, & ſimiliter magnitudines, & accidentia earum non apparebit materia in diffinitione earum, quæ eſt cauſa tranſmutationis, cum autem diffiniuerimus carnem, & os, & alia naturalia ſtatim apparebit materia in diffinitione eorum, idem ſeptimo metaphy. 37. & 39. Et nota ꝙ modus abſtrahendi mathematicus in aliquibus deſeruit naturali, ſicut dū naturalis ratione abſtrahit formā a materia. 2. phy. tex. c. 12. & ſicut



A

& ſicut inquit Alexan. in principio libri priorum eſt de accidentibus reſpectu ſubiectorum, & ex hoc nota unum pulchrum ꝙ cum prouenit ꝙ multæ propoſitiones ſecundum iſtum modum abſtrahendi in quo naturales imitatur mathematicum uerificantur in naturali philoſophia, ut illa. 6. phy. 15. Motus inquantum motus eſt diuiſibilis in infinitum, & multæ conſimiles. Secundo nota ꝙ naturalis ſcientia, cum hoc diſtinguitur a mahtematicis, quia diffinitiones complete naturales dantur per materiam ſenſibilem, licet non mathematicæ. 6. meta. tex. com. 2. Intelligitur ergo famoſa propoſitio iſto modo ꝙ mathematicus abſtrahit a motu, quia abſtrahit a natura quæ eſt principium motus, quia non conſiderat, neq; naturam quę eſt principium actiuum motus quod eſt forma, neq; materiam quæ eſt primum paſsiuum, quia puræ ſcientiæ mathematicæ de nulla ſubſtantia theoriam faciunt, ut dicit Ariſt. ubi ſupra, & conſidera bene iſta quia multos uidi chriſtato capite in philoſophia ſe iactantes iſta ignorare.

Propō. s 2. *Intelligentia & orbis conſtituunt verius vnum q̃ ſit compoſitum ex materia, & forma.*

FAMOSA eſt propoſitio, & communiter allegatur ex com. 3. ſecundi de cœlo, & mundo. nihilominus iſta propoſitio formaliter non eſt in illo commen. nam litera habet ibi. Et ideo forma, & formatum in eo eſt unum

B

numero, ſed ſecundum diſpoſitionem magis diminutam q̃ ſit adunato recipientis, & recepti in forma abſtracta, ita cōmuniter inuenitur litera. unde ſi iaceret litera negatiuæ, ut diceret in forma non abſtracta poſſet propoſitio extrahi, ſed cōmuniter inuenitur litera iacere affirmatiuę, & tūc dico iuxta ſententiam Cōmen. in. 3. de anima. com. 5. in ſolutio. 4. q. & clarius ibidem in com. 14. in intelligentijs eſt compoſitio ita ꝙ una perficit aliam. modo illa adunatio inuenta in intelligentijs eſt perfectior q̃ illa in qua adunatur orbis cum intelligentia. Nam licet intelligentia nō uniatur orbi mediantibus dimenſionibus interminati ſicut formæ extractæ de potentia materiæ. ut ſcribit Auer. in primo ca. de ſubſtantia orbis. nam non dicitur habere neq; totum, neq; partem, ut ſunt formæ conſtitutæ in eſſe per ſubiectum nihilominus perfectior unio eſt in qua unus intellectus unitur alteri q̃ ſit unio orbis cū intellectu. Auer. enim. 12. meta. com. 44. ſcribit ꝙ in intelligētijs nō eſt cōſecutio neq; prouentus, neq; actio, aut paſsio, ita ꝙ una actio conſequatur unum agens, ſed ſolum ibi eſt cauſa, & cauſatū ſecundum ꝙ intellectum eſt cauſa intelligentis.

C

Vnde ſecundum ponentes ueram, & realem compoſitionem in omnibus intelligentijs citra primam ex intellectu poſsibili, & ex intellectu agente facile eſt declarare quomodo unio illa eſt maior, & perfectior q̃ unio intelligentię cum orbe, quia una eſſentia numero intelligentiæ reſultat ex illa compoſitione intellectus poſsibilis cum intellectu agente, ſed ex intelligentia, & orbe fit unum operans ſolummodo. Si teneamus etiam aliam uiam quod in alijs intelligentijs præter primam, & ultimam non eſt uera compoſitio realis, nec ibi eſt uere intellectus poſsibilis, aut aliqua realis potentia quæ dicat imperfectionem, ſed ſolum eſt quædam priuatio ſecundum logicam conſiderationem inquantum reperiuntur priuate aliquo gradu perfectionis inquantum entia ſunt, tūc in talibus ſuperior perficit inferiorem, & eſt illi tanq̃ forma. Manifeſtum eſt autem ꝙ perfectio, et perfectibile in abſtractis ambo ſunt abſtracta, & in corporea, & maiorem conuenientiam habent inter ſe q̃ ubi unum, puta perfectibile fuerit corpus; & perfectio ſit ſubſtantia ſeparata. Aduerte etiam ꝙ bene Auer. in. 3. de anima. in com. 5. in ſolutio. 2. q. habet iſta uerba formaliter, & eſt manifeſtum etiam ꝙ materia & forma copulantur ad inuicem, ita quod congregatum ex eis fit unicum. Et maxime intellectus materialis, & intentio intellecta in actu, quod enim componitur ex eis nō eſt aliquod tertium, aliud ab eis ſicut eſt de alijs compoſiti ex materia & forma. Ex quo loco bene allegari ſolet ꝙ ex intellectu, & intelligibili fit uerius unum q̃ ex materia, & forma, & fuit illud dictum ſatis obſcurum, & multos fatigauit.

D

Opinio Io. an. de Ianduno.

Io. de Ianduno in. 3. de anima. in. q. 11. reprobatis aliorum opinionibus tandem deuenit ad hoc. Supponit enim primo ꝙ ſpecies intelligibilis recepta primo in intellectu non eſt per ſe principium effectiuum intellectionis ſed ſolum receptiuum, & diſpoſitiuum. Secūdo ſupponit ꝙ quælibet forma ſubſtantialis ſpecifica eſt principium alicus operationis, ſicut patet inducēdo in omnibus formis. Tertio ſupponit ꝙ ex ſpecie intelligibili, & intellectu fieri magis, & uerius unum dupliciter hoc intelligi poteſt. Vno modo ꝙ ex eis fiat magis unum quantum ad eſſentiam. Alio modo quantum ad genus cauſalitatis ſuper operationem. Et tunc inquit. ꝙ ex intellectu, & ſpē intelligibili non fit magis unum q̃ ex materia, & forma quantum ad eſſentiam conſtitutam. Secundo dicit ꝙ bene fit magis unū ſecundo modo. ſ. quantum ad cauſalitatem ſupra operationem, quia compoſitum ex intellectu, & ſpecie non eſt principium effectuum ipſius intellectionis niſi receptiuæ, ſed compoſitum ex materia, & forma ē cauſa effectiua ipſius operationis reſpectu formæ, & receptiua ratione materiæ et iſta eſt breuiter opinio eius.

E

Impugnatio.

Et ſine dubio eſt multum remota a uia Com. Primum. n. ſuppoſitum eſt falſum ꝙ ſpecies intelligibilis ſolum concurrat, ut ratio receptiua, & diſpoſitiua. Nam Auer. 12. meta. com. 36. inquit. ꝙ balneum in anima mouet ut efficiēs, & forma balnei extra animam mouet, ut finis. Amplius Ariſt. 3. de anima. 54. textu uult ꝙ obiectum quod relucet in ſpecie mouet intellectum poſsibilem, ut efficiēs. & Cōmen. 3. de anima. com. 18. etiam dicit ꝙ intentiones imaginate non mouent intellectum niſi fiant actu intellectæ, & propter hoc fuit neceſſarium ponere intellectum agentem, ut extrahat res de ordine in ordinem, & faciat de potentia intellectis, actu intellecta, unde ibi infert ꝙ ſi darentur uniuerſalia extra animam ſicut poſuit Plato non opus eſſet ponere intellectum agentem. imaginatur igitur Auer. ꝙ uniuerſale in actu quod eſt obiectum intellectus eſt illud quod mouet de propinquo ipſum intellectum. Tale autē non eſt niſi, ut relucet in ſpecie intelligibili, & ita falſum eſt ꝙ ſpecies intelligibilis, & intellectus materialis reſpectu intellectionis ſolummodo cōcurrant, tanquam cauſa receptiua tantum. Immo hoc manifeſte eſt contra Auer. in tertio de anima. in com. 19 ubi ponēs differentiam inter intellectum agentem, & poſsibilem inquit, ꝙ intellectus agens eſt actio tantum, ſed intellectus poſsibilis eſt actio & paſsio, quia primo recipit, & ſic eſt paſsio.

F

Nota.

Vnde ſatis probabiliter teneri poteſt ꝙ intellectus agens in uia eius quod ad primam eius operationem qua continuatur nobis in principio, ut agens non concurrit, ut efficiens niſi in quantum abſtrahit ſpeciem intelligibilē quam recipit intellectus poſsibilis. Et intellectus poſsibilis informatus per ſpeciem fit productiuus intellectionis, ſic. n. intellectus poſsibilis eſt actio, & paſsio, quia primo recipit, & ſic eſt paſsio, deinde inquātū informatus, p ſpeciē fit productiuus intellectionis, ſic eſt actio, ſicut in ſimili dixit Albertus re, & nomine magnus de ſenſu reſpectu ſenſationis. & ideo Auer. in lib. deſtructionū in diſputatione tertia in ſolutiōe. 18. dubij. inquit. Prælibato apud eos ꝙ quælibet forma duobus modis habet eſſe. uidelicet eſſe intelligibilę quando apprehenditur ſe paratum de materia ab intellectu. Et eē ſenſibile. uidelicet id quod actualiter habet in materia. uerbi gratia lapis ſine dubio formā habet materialem extra animam. Et aliam formam quæ eſt intellectio, & comprehenſio facta in anima, prout anima rationalis capit eam ſeparatam. Vnde ſicut forma lapidis exiſtens in materia eſt principium alicuius ſenſibilis operationis, ſic forma lapidis ſe parata a materia, & exi-

G ſtens in intellectu non ſicut forma in materia, ſed in eſſe abſtractionis, & ſicut cognitum in cognoſcente eſt principium alicuius ſpiritalis operationis. Confirmatur authoritate Ariſto. in. 7 primæ philoſophiæ, in tex. com. 23. oſtendit ꝙ in rebus artificialibus forma artificialis eſt principium productiuum, ut eſt in anima artificis reſpectu formæ quæ fit in materia. ſic enim ab uniuoco forma domus habens materiam fit a forma domus exiſtente in anima artificis ſine materia. Et non de Ioanne minor ſuper hoc,

Cõtra Grego. de Arimino.

ſicut de Gregorio Ariminenſi qui in ſecundo ſententiarum diſtinctione ſecunda non potuit intelligere quomodo obiectum intelligibile reſpectu intelligentis ſe habeat ut efficiens. cum tamen Ariſt. in præfatis locis, & Auer. hoc apta uoce teſtentur. nam licet intelligibile in nobis non efficiat intellectum, tamen ad hoc ut intellectus fiat intelligẽs neceſſe eſt, ut moueatur ab intelligibili ſicut motum a motore. Nam ut teſtatur Ariſto. 3. de anima. in tex. com. 2. Intellectus ita ſe habet ad intelligibile, ſicut ſenſus ad ſenſibile.

Error eiuſdem et Ioan. de bacchone.

Et ex hoc fundamento etiam patet defectus eiuſdẽ Grego. & Io. de bacchone in ſecundo ſentẽtiarum. diſt. 1. q. 1. ubi uolunt ꝙ intelligentiæ, & cœlum non ſunt a deo genere cauſæ efficientis, ſed ſolum in genere cauſę finalis, & hoc inquit, poteſt manifeſtari ex duobus fundamentis

H poſitis a Philoſophis ſuper quibus uidetur fere tota doctrina eorum fundata eſſe. Quorum unũ eſt, ꝙ omne quod fit, ſit ex aliquo & nihil fit ex nihilo, aut puro non ente. hoc quidem habuerunt pro principio, & oppoſitum reputauerunt penitus impoſſibile. unde primo phyſi. probat Philoſophus tertiũ principium generationis ſubiectum contrarijs quod eſt materia ex qua fit quod fit, ut ibi ait Philoſophus, & inducẽdo declarat etiam ibidem Cõmen. Itẽ 7. meta. omnia quæ fiunt ab aliquo fiunt, & ex aliquo, & ad aliquid, ut patet tex. com. 22. & idẽ ponit Philoſophus in. 12. meta. tex. com. 12. ſuper hoc fundamento ſuſtentatur magna pars ſuæ doctrinæ, uerbi gratia ꝙ materia ſit ingenita, ut patet. 12. met. & quod generatio ſit perpetua, ut patet primo de generatione, & multa alia, nec aliquis qui uiderit dicta ipſorum dubitare poteſt, quãuis falſum fuiſſet omnino de mente illorum. unde in prologo. 3. phy. dicit Commentator ꝙ hæc eſt propoſitio manifeſta in qua omnes antiqui conueniunt, ꝙ nihil generatur ex nihilo.

Idem etiam. 8. phyſicorum nititur probare creationem eſſe impoſſibilem, ſic dicens ꝙ qui exiſtimãt aliquid poſſe fieri ex nihilo ęſtimãt impoſſibile poſſibile eſſe, & nitũtur ad confirmandum hoc ex hoc quod mos eſt dicere ꝙ ſubiectum eſt neceſſarium agenti. ſ. ſubiectum ex quo fit

I generatio eſt diminutio agentis, & omnia iſta ſunt exiſtimationes uulgares. Agens enim non poſſe agere aliquod impoſſibile non dicitur eſſe diminutum, ſed dicere ipſum facere aliquod impoſſibile, & poſſe facere, eſt deceptio. Ex quibus patet ꝙ ipſe reputat impoſſibile ex ſe hanc, aliquid fit ex nullo ente præſuppoſito, ita ꝙ cuicunq; agenti hoc eſt impoſſibile. Et primo cœli dicit ꝙ nullus antiquorum dicebat mundum generatũ eſſe ex nihilo, quoniam eſt inopinabile, & impoſſibile, & omnes libri tam eius q̄ Philoſophi ſunt pleni de hoc ſimpliciter, & ſicut putauerunt impoſſibile aliquid fieri ex nihilo, ſic dixerunt impoſſibile aliquod agens aliquid ex nihilo agere. unde. 8. meta. dicit Commen. com. 15. ꝙ actio agentis nihil aliud eſt, q̄ extrahere aliquid quod eſt in potẽtia ad actum, & 12. meta. com. 18. poſitis opinionibus dicentium creationem, & latitationem formarum ſubdit. Tertia autem opinio eſt Ariſto. & eſt ꝙ agens non facit niſi compoſitum ex materia, & forma, & hoc fit mouẽdo materiam, & tranſmutando eam donec exeat de ea illud quod eſt in potentia ad illam formam in actu. Quod etiam cõfirmatur, quia ubicunq; Philoſophus loquutus eſt de cauſa efficiente ſemper diffinit eam per eſſe principium. unde motus, & ſimiliter potentia actiua per eſſe principium

K tranſmutandi, ut patet. 5. & 9. meta. nec uſquam dicit aliquod agens agere ſine tranſmutatione, ut iſti fingũt, quin imo ipſe primo de generatione. & Com. 3. phyſi. uolunt ꝙ oẽ agẽs eſt mouẽs licet nõ oẽ ſit agẽs, ſicut oĩs actio ẽ mutatio, licet non ecõtrario, nec uſquam reperitur eos poſuiſſe aliquam actionem ſine mutatione. Secundũ fundamentum ipſorum eſt, motum cœli nunq̃ incepiſſe, ſed eſſe ęternum, quod fuiſſe de intentione eorum ſuperfluũ eſt probare. Ex quo patet & corpora cœleſtia, & eorum motores eſſe æternos. & hoc ex. 8. phyſicorum, & ex. 12. meta. notum eſt. Et ex his duobus fundamentis concluditur manifeſte, nunquam ipſos intellexiſſe omnia primum eſſe facta, & ita ad longũ deducit præfatus doctor de prima materia, & de intelligentijs, & abſtractis ſubſtantijs, & de corporibus cœleſtibus, quæ quia omnia eandẽ uim habent, nolui formaliter adducere ad euitãdam prolixitatẽ præcipue quia hoc late diſcuſſum eſt a nobis in quadam ſpeciali quæſtione de triplici cauſalitate intelligentiæ quã feci in adoleſcentia mea. Vnde præfatus doctor finaliter tenet nullam æternam ſubſtantiam ſeu corpoream ſeu abſtractam dependere a deo, ut ab efficienti, ſed ut a forma, & fine præcipue quia Com. 4. cœli, & mun. com. primo, inquit Res æternę non habent agens niſi ſecundum

L ſimilitudinẽ, neq; habent ex quatuor cauſis niſi formalẽ, et finalem, ſi habuerunt aliquid quod eſt agens non erit niſi inquantum eſt forma illi, & conſeruans ipſum. Dicit ẽt ſuper hoc alio modo tenendo eãdem concluſionem Ioannes de bacchone in ſecũdo ſententiarum. diſt. 1. q. 1. artic. 2. ꝙ tam intelligentiæ ꝙ corpora cœleſtia ſecundum Philoſophum, & Commen. non ſunt a deo tanquam a cauſa efficiente, ſed ſolũ ſicut a fine. ad hoc imaginemur ſic per exempla de principe in ciuitate quod excẽplum ponit Cõmen. 12. meta. com. 44. licet aliter deducit. ponamus igitur ꝙ aliquis intelligatur a ſeipſo, ꝙ ipſemet ſit princeps, tunc oportet eum neceſſario habere ciues, & ciuitates, q̃d autem oporteat ciues, & ciuitatem efficienter produci, hoc eſt ex imperfectione ſua, quinimo ſi actus intelligẽdi quo intelligitur a ſeipſo quod ipſe ſit princeps eẽt omnino perfectus ipſum actum intelligendi concomitarentur talia neceſſaria ad finem ſuum. ſ. ciues, & ciuitas quaſi quędam ſequela actus, & hoc per quãdam reſultationem ſine omni efficientia. hoc enim denotaret maiorem perfectionem ꝙ talia immediate concomitarentur ſuum intelligere, q̄ ꝙ præcederet intelligere, & poſt effectiue cauſarentur, ſicut maioris ꝑfectionis eſſet ſi uirtutes ineſſent nobis a natura q̄ ſi oporteat eas acquirere. Eodem modo in propoſito

M imaginantur Philoſophus, & Com. quod ex hoc ꝙ deus intelligitur a ſeipſo quod eſt princeps unus quo omnia bene diſponuntur, ut dicit Philoſopus in. 12. meta. ex perfectione actus ſui intelligendi per quandam concomitantiam, & reſultationem reſultant intelligentiæ & intellectum, quaſi quædam ſequela actus intelligendi, & hoc ſine efficientia. & hæc uidetur in prima facie uerborũ fuiſſe opinio Auic. unde. 9. meta. c. 4. dicit ſic. Nos enim ad ſequendum illud quod imaginamur indigemus motu, et uoluntate ad hoc ut ſit. In primo aũt hoc non eſt inconueniens. Sed ex hoc quod intelligit ſe cauſam cauſatum eſt ab eo per uiam conſequendi, & concomitandi eſſe. Nota ꝙ licet hæc uerba ſint Auic. tantum: Tamen in rei ueritate opinio ſua fuit ꝙ deus per hoc cauſatum efficienter ꝓducit, ita ꝙ ſuum intelligere fuit efficienter producere ſicut nos dicimus ꝙ deus efficienter produxit mundum per actum uoluntatis. Sed Commẽ. 12. metaphy. cõmen. 44. omnino fuit illius opinionis. ſ. ꝙ deus ex hoc ꝙ intelligit diuerſimode ſe eſſe finem omnium æternorum omnia æterna reſultant in eo per dependentiam ad ipſum ſicut ad finem, & hoc patet per hoc quod reſpondet Auicen. ꝑ ſimilitudinem. Auicen. enim dixit ꝙ a prima cauſa non ꝓceſſit niſi unum, quia ut dicit ab uno nõ procedit niſi unũ.

Reſpondet



A Reſpondet ꝙ uerum eſt niſi circa illud unum intelligãtur multi modi, & ponit exemplum ꝙ aliud eſt quod intelligit de primo motore motor orbis Saturni: Et aliud eſt q̃d intelligunt alij motores. Idem eſt uerum ꝙ aliud, & aliud cauſant iſti motores efficienter ſic diuerſimode intelligendo, quia extrahunt ſuos orbes de potentia ad actum. in cœlo enim eſt potentia ad ubi, ut uult philoſophus. 12. meta. tex. com. 10. Ad propoſitum uult intelligere ꝙ a primo motore procedunt multa ſecundum ꝙ diuerſimode intelligit ſe eſſe finem eorum. Sed quia iſta multa quæ ſunt ab æterno non procedunt de potentia ad actum quod proprium eſt agentis, ut ibi inferius dicit. ideo imaginatur Cõmentator ꝙ ſecundum quod primum intelligit ſe eſſe diuerſimode finem eorũ ꝙ illa ęterna ſtatim ſunt entia quædam per ſolam dependentiam ad ipſum tanquam ad cauſam finalem, ita ꝙ diſtinguuntur in diuerſos gradus eſſendi ſolum per hoc ꝙ diuerſimode ordinantur ad diuerſa officia in ordine ad primum finem. Hæc autem infallibiliter eſt intẽtio Com. 12. meta. com. 44. ubi recitat opinionem aliorum. ſ. Auicen. 9. meta. ſuæ. cap. 4. qui dicit ꝙ ex iſtis intelligentijs ꝙ quędam earum conſequuntur quaſdã ſicut cauſatum cauſam ſupple efficienter productum ab eo. Dicit. n. Com. contrarium illius ſic dicens. Iſte ſermo ẽ

B imaginabilis. i. phantaſticus, non enim eſt illic ꝓuẽtus ſeu conſecutio neq; actio, ita quod dicamus ꝙ una actio ſequitur unum agentem tantum, eſt enim illic cauſa, & cauſatum ſecundum quod dicimus ꝙ intellectum eſt cauſa intelligentis, ſed intellectum eſt per ſe ſolum cauſa cauſa finalis reſpectu iſtarum. Probatur aſſumptum, quia intelligibile per ſe & eſſentialiter eſt propter iſtum finem, ut terminet actum intellectus. Accidit autem ſibi ꝙ ſit efficiẽs reſpectu intelligentis, quia hoc ſolum contingit quando intellectus eſt in potentia, & ita cõcludit finaliter, ꝙ nec cœlum, nec intelligentiæ habent agens eadẽ ratione qua nec intelligentiæ, & quod motus cœli, & generabilia, & corruptibilia habent agẽs, quia Com. ubi ſupra cõcludendo dicit ad argumenta illorum, qui dixerunt ꝙ a primo motore prouenit ſecundus motor, ſicut cauſatum a cauſa. Dicit enim ſic. Mos autem qui eſt inter modernos dicere ꝙ a tali motore prouenit talis motor, aut conſequitur, aut præcidit, aut talia uerba non uere intelliguntur de iſtis principijs abſtractis, omnia enim iſta ſunt diſpoſitiones agentiũ ſuperficietenus, non uere, ab agente enim ut prędiximus nihil prouenit niſi extrahere quod eſt in potentia ad actũ. Sed illic non eſt potentia. unde neq; agens, tantum enim eſt illic intelligens, & intellectum, & perficiens, & perfectum.

C Ex iſto habetur primo ꝙ cœlum non eſt effectũ efficienter, ſicut nec intelligentiæ, illud enim Commentator ponit habere agens quod extrahitur de potentia ad actum. Sed huiuſmodi non ſunt cœlum nec intelligentiæ, nõ enim præſupponunt aliquid de cuius potentia educantur, cum ſint æterna ſecundum Commentatorem, ergo non habent agens. Secundo apparet ex hoc ꝙ primus motor eſt agens reſpectu generabilium, & corruptibilium. motus enim quantumcunq; ſit æternus educitur de potẽtia mobilis, & generabilia, & corruptibilia de potentia materiæ, & reliqua quæ dicit concordat cum Gregorio, ut poteris clariſſime uidere ab ipſis. Et licet iſti duo uiri ſint

Impugnatio Grego. & Iohã. de bacchone ĩ uno dicto.

magnæ authoritatis, & præcipue in uia Com. hodiernis temporibus, & uidetur mihi ꝙ ſecus ſe habeat res in hoc, ideo non ſtudio contradicendi, ſed ſolum propter amorẽ ueritatis primo oſtendam contra illud in quo ambo conueniunt ꝙ ſecundum mentem Philoſophi, & ſui Cõmentatoris in æternis ſubſtantijs ſicut ſunt intelligẽtiæ, & corpora cœleſtia ſit aliqua efficientia æterna a primo principio. Deinde ſpiritaliter impgunabo modum illum poſitũ per Ioan. de bacchone circa ſuam poſitionem. Quãtũ ad primum Com. primo cœli, & mundi. com. 20. ubi Ariſto. in textu. proponit iſtam concluſionem ꝙ cœlum non

D eſt generatum ab aliquo. i. ex aliquo, ut iacet textus Arabicæ translationis, ubi dicitur, & oportet nos dicere ꝙ corpus glorioſum non eſt factum, nec generatum ab aliquo. ubi Com. ponderans hoc inquit. Et dixit, neq; generabile ab aliquo. Et non dixit generabile ſimpliciter, quoniam hæc eſt differentia inter opinantes ipſum eſſe primam cauſam, & inter opinantes ꝙ ipſum eſt creatum a prima cauſa. ſ. ꝙ dicentes ipſum eſſe primam cauſam opinantur ipſum eſſe non generabile ſimpliciter, & dicentes ꝙ ipſum eſt cauſatum a prima cauſa, opinantur ꝙ non eſt generabile ab alio, & quod ſi diceretur eſſe generabile a nullo, & in nullo tempore bene poſſet hoc inſtitui ſecundum uocẽ. & ſecundum tranſumptionem. Generabile uere eſt terminatum tempore, & generabile ab aliquo, & hoc nomẽ generationis eſt uulgariter quod Ariſto. uult remouere a cœlo. Ex quibus uerbis uult Commentator quod generabile proprie ſumptum eſt quod fit ex aliquo tanquã ex ſubiecto, quia generatio ſecundum propriam quiditatem eſt actus generabilis inquantum generabile, & etiã uere, & proprie generabile eſt ꝙ in tempore generatur. Sumitur enim generatio pro aggregato ex alteratione pręuia, & ſubito prouentu formæ. ſic enim generatio eſt diuiſibilis, & fit in tempore, ut patet ſexto phyſicorum commen. 32.

E Et in hoc ſenſu Ariſtoteles in primo cœli oſtendit ꝙ cœlũ non eſt generabile, quia ſumit nomen generationis in ꝓpria ui, & ſignificatione uocabuli, quia nõ oportet uti metaphoris in ſcientijs demonſtratiuis, & quia Ariſtote. non opinatur cœlum eſſe primam cauſam, immo eſſe cauſatum a prima cauſa ſecundum ipſum eſt cauſatũ ex nulla præſuppoſita materia, & non eſt cauſatum in tẽpore, & huic cauſationi poſſet poni nomen proprium ad ſignificandum iſtum modum ſpecialiter qui eſt diuerſus a primo quo aliquid dicitur uere generabile eſſe, aut poſſet poni nomen ſecundum tranſumptionem, quia generabile uere eſt, quod ex aliquo, & in tempore cauſatur. Sed generabile tranſumptiue eſt, quod ex nullo ſubiecto, & non in tempore, ſed ab æterno cauſatur, & iſta eſt doctrina manifeſte, quæ elicitur de intentione Cõmen. ex præſenti documento. Confirmatur, quia in eodem primo cœli, in com. 105. inquit. Defendentes autem Platonẽ dicunt ꝙ aſſimilatio generationis mundi ex ſuis elementis generationi figurarum ex lineis, & ſuperficiebus a Platone ſignificat ꝙ mundus ſemper fuit apud Platonem. Et quod ipſe non intendebat per hunc ſermonem niſi ꝙ partes eius ſunt priores natura toto, non quod ipſe fuit generatus uere. Et ſi hoc intendebat nihil differt ab Ariſto. Sed tamen male fecit in dicendo mundum eſſe generatum, &

F non corruptibilem, hoc enim non intelligitur ex generatione niſi cum difficultate, & maxime cũ dixit, ꝙ fuit quod efficitur ex non ordine in ordinem. Vbi clariſſime patet ꝙ ſi Plato intellexit dum dixit mundum eſſe generatum nõ uere, ſed tranſumptiue. pro quãto partes eius, & ſuæ cauſæ præcedunt natura totũ non tempore Ariſto. non diſcrepat in hoc ab ipſo, quia uult Commen. in ſecundo cap. de ſubſtantia orbis, ꝙ de numero agentium quoddam tempore eſt prius acto, quoddam uero eſt etiam prius ipſomet tempore unde in æternis datur agens natura præcedens actum. Tamen hoc difficile intelligitur ex generatione. q. d. iſta defenſio non uadit conſequenter in ſermone uerborum Platonis, quia poſuit mũdum eſſe genitum ex hoc ꝙ elementa quæ non erant ordinata deuenerunt ad ordinem, & poſtea dixit ꝙ eſt generatus, ſed non eſt corruptibilis. modo generabile quod transfertur ex priuatione ad habitum, & tale eſt generabile in propria ſignificatione, quia ubi eſt priuatio ibi eſt materia, & hoc confirmant uerba eius in com. 106. immediate ſequente, ubi habet, & ideo nulla eſt ratio in ſermone Platonis qui ponit, & priora per ſeculum mundo. quod innatum eſt igitur reperiri in tempore non inuenitur niſi in tempore, & quod

G non eſt inatum inueniri in tempore non habent prius, & poſterius niſi ſecundum eſſe quod eſt de lineis, cum figuris, & magis de rebus abſtractis, quoniam ſi aliqua generatio fuerit ex rebus non temporalibus, tunc ille res non erũt priores niſi in eſſe tantum. Si igitur intendebant cum dicebant mũdum eſſe generatum, quia eſt ex cauſis prioribus in eſſe erit uerum. Sed uerba eorum non compatiunť hoc, aut ergo peccant, aut hoc deuiat a ueritate, aut male docēt. Ecce quod concedit aliquem modum generationis non ueræ, ſed tranſumptiuæ in rebus non temporalibus, ubi ē prioritas naturæ non temporis. Ex omnibus his authoritatibus maniſeſte colligitur quod ubiq; locorũ ubi Ariſto. & Com. probant cœlum non eſſe generatum, & faciunt, loquuntur de uera generatione, & de uera factione quæ eſt cum nouitate, & tempore, & requirit ſubiectum, & materiam, & non loquuntur ſimpliciter, ita ꝙ intentio eorum fuerit ꝙ cœlum non ſit cauſatum aliquo modo ab æterno, & habeat cauſam efficientem & conſeruantē ipſum ab ęterno, et ne uideamur dicer iſta gratis, adduco claram ſententiam Auer. in libro deſtructio deſtructionum, in diſpu. tertia, in ſolutione. 18. dubij. ubi inquit. Deinde uero gradatim aſcenderunt inueſtigare deſuper cœleſtibus corporibus, & apparuit eis quod ſunt ingenerabilia nõ
H ſicut ſunt inferiora corpora, generabile enim inquantum generabile pars eſt huius mundi ſenſibilis, cuius generatio non ſequereretur niſi prout eſt eius pars, eo ꝙ omne generabile generatur ſine dubio de re, & ex re, & pro re, & in loco, & in tempore, & inuenerunt ꝙ orbium corpora neceſſaria ſunt in generatione inferiorum corporum prout ſunt agentia remóta. Vnde ſi corpora ſupercœleſtia generabilia eſſent iſto modo generationis indigerent de alijs corporibus præcedentibus ea quod ſimiliter eſſent partes alterius mundi. Ergo eſſent alia corpora ſuper cœleſtia ſunt & indigerent etiam de alijs præcedentibus corporibus, & ſic ad infinitum. Patet ergo ex hoc, & ex alijs uijs propinquioribus iſtis ꝙ corpora ſuper cœleſtia ſunt ingenerabilia, & incorruptibilia eo modo quo accidit corporibus inferioribus, hæc ille. quod etiam de intentione Auer. ſubſtantiæ ſeparatæ dependeant a prima cauſa non ſolum, & a cauſa finali, uerum etiam ut a cauſa efficiente, maniſeſte teſtatur Commen. in ſecundo cap. de ſubſtantia orbis. ubi dicit ꝙ finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria. unde implicat contradictionem apud ipſum quod aliquid habeat cauſam finalem, & non habeat cauſam efficientem, & ne uidear ſtudio contradicendi iſta dicere audiamus Auer. in eadem diſpu. 3. in ſolutione. 18. dubij uerſus finem, ubi inquit. Amplius declaratum eſt a Philoſophis ꝙ
I id quod dat entium ſeparatorum a materia finem eſt illud quod dat eis eſſe. forma enim & finis ſunt unum. & idem in hac ſpecie entium: ergo illud quod dat finem entibus illudmet dat formam, & illud quod dat formam eſt agens. ergo illud quod dat finem huic eſſe eſt agens. appparet idcirco quod primum principium eſt omnium iſtorum principium, ſcilicet agens & forma & finis. Confirmatur, quia Auer. in ſecundo cap. de ſubſtantia orbis. ponit caſum imaginarium quid eſſet de orbe ſi intelligentia non eſſet, & breuiter ſe expedit quod eſſet ſicut eſſet de motu. Manifeſte autem ex hoc ſequitur ꝙ eadem neceſsitate, & cauſalitate auferuntur cauſata ad ablationem ſuæ cauſæ. unde ablato ſole, & homine eadem ablatione aufertur homo, & hominis riſibilitas, quia agens eſt quod dat formam, & accidentia concomitantia formam tertio cœli. commen. 28. Motus autem aufertur ad ablationem intelligentiæ, quia dependet ab ipſa tanquam a cauſa efficiente; ut dicit Commen. 12. meta. commen. 41. ſicut omnes fatentur. igitur pariformiter orbis dependet ab intelligentia, ut a cauſa efficiente ab æterno, quia ſi intelligentia nõ eſſet nec orbis eſſet. unde hæc ſunt uerba Auer. ibi. & debes ſcire quod iſtud corpus cœleſte non indiget uirtute

K mouente in loco ſemper tantum, ſed largiente uirtute in ſe & in ſua ſubſtantia permanentiã æternam, quoniam & ſi ſimplex ſit non habet potentiam in ſe ad corruptionem, tamen eſt finitæ actionis neceſſario, quia eſt finitarum dimenſionum, & terminatarum a ſuperficie continente ipſum, & omne tale cum intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe abſq; eo quod aliud largiatur ipſi permanentiam, & æternitatem, neceſſe eſt, ut ita ſit de finitate ſuæ ꝑmanentiæ ſicut eſt de finitate ſuæ actionis, & ideo neceſſe eſt in intellectu eſſe potentiam largientem ipſi permanentiam æternam, quemadmodum largitur ei motum ꝓprium ſiue actionem, quæ eſt æternitas inter cæteros motus, ſcilicet motum localem in circuitu & figuram propriã iſti motui &c. Ecce bone deus quomodo uiri iſti grauiſſimi defecerunt in re clariſsima. nam maniſeſte colligitur de mente Auer. in prædicto loco ꝙ tametſi ſubſtantia orbis non poſsit deſinere per corruptionem, quia eſt ſubſtãtia ſimplex non compoſita ex materia, & forma, ſicut corpora generabilia, & corruptibilia, nihilominus iſta ſubſtãtia orbis eſt finitæ actionis neceſſario, quia habet dimenſiones terminatas, & ideo tale ſi fuerit exiſtens per ſe, ideſt ſolitarie, ita ꝙ intellectus circunſcribat ipſum ab intelligentia, quia intellectus natus eſt diuidere adunata ineſſe, ut
L dicit ipſe. 12. meta. com. 39. tunc ita erit de ſua permanentia ſicut eſt de motu, uult igitur ꝙ realiter dependet in ſuo eſſe, & quo ad ſui ſubſtantiam ab intelligentia ſicut & motus. unde mirum eſt de iſtis uiris qui nituntur de mente eius tenere ſolum cœli motum dependere ab intelligentia tanq; a cã efficiente & non quo ad ſui ſubſtantiam. cum iſtam opinionem Auer. ad literam intendat ibi reprobare, unde propter hoc dicit ſe feciſſe digreſsionem in illo loco, & hæc ſunt uerba eius. Vnde uidemus cœlum habere unã uirtutem non tantum mouentem omnia, ſed agentem, & conſeruantem, ſicut eſt diſpoſitio in corpore hominis, & in corpore facto propter finem proprium. finis enim ſignificat agẽs ſignificatione neceſſaria, ſicut motum ſignificat mouens, ſed in genere agentium quoddam eſt prius tempore acto, & eſt omne quod fit in ſphæra iſtiusmundi, & iſtius agentis & acti. Quoddam uero eſt prius naturaliter, & tempore, & eſt orbis quem ſequitur tempus, & cui accidit, & agens orbem. ſ. faciens ipſum in diſpoſitionibus neceſſarijs in inueniendo finem propter quem fuit. & cũ hoc ignorauerunt quidam de opinione Ariſto. dixerunt ipſum non dicere cauſam agentem, ſed cauſam mouentem tantũ, & illud fuit ualde abſurdum, & non eſt dubium in hoc, & quod agens ipſum eſt mouens ipſum, quod enim mouet ipſum motu ꝓprio illi eſt illud quod largitur ei primo diſpo-
M ſitiones per quas acquirit motum proprium. & illa uirtus eſt illa quam laudat Ariſto. in multis locis ſui libri de cœlo & mundo, & iudicat ipſum eſſe nobiliorem cœlo, & altiorem. & iam nos induxit amor explanandi hoc facere digreſsionem a principali. ſ. declaratione corporis cœleſtis quod eſt de cœlo tanq; corpus de animali. Nec ualet expoſitio Gregorij, & Ioan. de bacchone in hoc quod ex iſtis uerbis colligitur, quod ut ſcribit Commen. 4. cœli. cõmen. primo agens dupliciter poteſt ſumi. ſ. proprie, & ſic ē illud quod tranſmutat materiã de potentia ad actum & quod eſt principium. unde motus, & ſic eſt cauſa per ſe diſtincta contra tria alia genera cauſarum. Alio modo ſumitur agens improprie, & ſimilitudinarie, & ſic omne quod eſt cauſa propter quam aliquid eſt tale, uel tale poteſt dici agens, & dicitur facere, uel agere illud ſic, uel ſic. & hoc modo, & forma, & finis poteſt dici agens reſpectu eius cuius eſt forma, uel finis, forma enim ſubſtantialis alicuius eſt cauſa propter quam talia, uel talia accidentia propria conſequantur ipſum, ſicut forma ignis eſt cauſa ꝙ ignis ſit leuis, & ſiccus, & calidus, & quod ſibi competat moueri localiter ſurſum, & ſic de cæteris alijs accidentibus eius proprijs, ſimiliter finis eſt cauſa propter quam

Euaſio Grego. de Arimino.

quod



A quod eſt ad finem eſt tale, aut tale. unde ſecundum alium & alium finem rei res ipſa aliter & aliter eſt diſpoſita, ut patet ſecundo phyſi. Et ex hoc etiam conſuetum eſt aliquãdo de forma, & fine dici ꝙ agunt uel faciunt. unde dicamus ꝙ forma hominis facit hominem eſſe talis figuræ, & talium membrorum, & huiuſmodi, & ſimiliter dicimus de fine. Ex his ad propoſitum dicendum ꝙ non eſt intentio Com. ꝙ intelligentia agat orbem primo mõ, & ꝓductiue & ꝓprie, ſed ſecundo mõ tantũ. ſ. ſimilitudinarie, & ſicut forma, uel finis dicitur agere. Ad cuius intellectum eſt ſciẽdum ꝙ intentio Commen. ut patet, fuit ꝙ corpus cœleſte eſſet ſubſtantia ſimplex non compoſita ex materia, & forma, nec tamen eſſet materia proprie dicta cum non ſit in potentia ad formam, ſed eſt materia in actu, nec eſſet natura fomæ. omnis enim forma naturalis eſt principium alicuius operationis, & motus naturalis & ſuarum diſpoſitionum naturalium. Corpus autem cœleſte ex ſe non eſt principium alicuius motus naturalis nõ quidem recti, quia non eſt graue, neq; leue, nec circularis cum iſte ſit proprius animæ, ut ibi dicit, & cum ipſum cœlum habeat proprium motum. ſ. circularem qui eſt motus animæ, & propriam figuram aliaſq; proprietates quæ nulli conueniunt niſi ex forma. concludit Commen. ꝙ cor-
B pus cœleſte eſt quaſi materia alicuius formę quæ eſt generis animæ, & hæc eſt intelligentia mouens ipſum. hæc autem intelligentia ſe habet ad corpus cœleſte, ſicut formę materiales ad ſuas materias, quantũ ad aliqua ſimiliter, & quantum ad aliqua diſſimiliter. formæ nanq; materiales cum habeant materiam quæ eſt de potentia pura, nec eſt actu aliquid entium, perficiunt eam, & cum ipſa cõſtituũt aliquid ens determinatum, uerbi gratia ignem, aut terrã, aut aliquid aliorum. Item cum tales formæ adueniunt materie mediantibus dimenſionibus diuiduntur diuiſione ſubiecti, & materiæ, & cõſtituuntur per earum materias. neutrum autem horum cõuenit intelligẽtię reſpectu cœli. non enim conſtituunt cum ipſo aliquid per ſe unum huius aut illius ſpeciei, cum corpus cœleſte non ſit materia quæ ſit in potentia, ſed eſt ens in actu. unde dignius dicitur ſubiectum q; materia, ut dicit. Item intelligentia non unitur cœlo mediantibus dimenſionibus, & ideo non diuiditur diuiſione corporis cœleſtis, & per conſequens non conſtituitur per ipſum. nõ enim exiſtit in eo, nec in diuiſibili, neç in indiuiſibili, ut dicit Commen. primo & ſecundo cœli. Rurſum formæ materiales ſunt determinatæ magnitudinis, & quantitatis in materia, ut dicit primo cœli. Item determinatæ actionis, & motus proprij, ut ibidem com. 19.
C & 84. idem quædam ſunt cauſæ determinatę figurę, & formæ uiuentium, ſicut patet per eundem primo cœli, & primo de anima. Item ſunt cauſa corpori permanentię debitę. unde ſecundum ꝙ corpora habent aliam, & aliam formam, & alias aliaſq; diſpoſitiones proprias conuenientes formæ, ſic plus & minus durant ineſſe, ſic etiam uidemus ꝙ forma conſeruat ſuum ſubiectum proprium in eſſe, unde ea corrupta corrumpuntur, & corpus, & eius diſpoſiſitio, ut patet in corporibus animalium, & in omnibus iſtis non conuenit forma abſtracta. i. intelligentia cum formis materialibus. nam corpus cœleſte præciſe ratione ſuæ corporeitatis non determinat ſibi motum circularem, cũ iſte ſit proprius animæ, ut dictum eſt, neq; hanc aut illam figuram, cum ſola animata habeant naturaliter figuram terminatam, ut uidemus ad ſenſum, ut dicit Commen. 2. cœli com. 61. neq; etiam tantam, aut tantam magnitudinem, & ſic de alijs, ſed omnia hęc ſibi proueniunt a ſua forma quæ eſt intelligentia. unde in de ſubſtantia orbis. cap. 2. quia declaratum eſt hoc corpus eſſe in generabile, & in incorruptibile, apparet ꝙ neceſſe eſt, ut ſit corpus ſimplex non compoſitum ex materia, & forma, & quia eſt indiuiduum demonſtratum in actu, & habens unam figuram, & omnia iſta ſunt in corpore per naturam, & ſunt in corpore propter formam, neceſſe eſt, ut hoc corpus cœleſte

D ſit materia animalium cœleſtium quæ mouentur circulariter ex ſe, & deinde recitat uerba ſupra adducta per me, ex quibus inquit. Omnibus patet ꝙ dum dicit cœlum habere uirtutem agentem ipſum non intelligit eam eſſe agentē proprie per modum efficientis, ſed ſimilitudinarie per modum finis ſeu formæ. unde dicit ꝙ nulla eſt differentia in hoc uirtutis actiuæ in corpore quolibet &cæ. ſiue illud fuerit generatum, ſiue non. omnem enim formam uocat actiuam reſpectu ſui corporis, & conſtat ꝙ non poteſt intelligi quod efficiat proprium corpus. Item inquit in authoritate ꝑ eos allegata dicit, ſicut ē diſpoſitio facta in corpore hominis, & corpore facto propter finem proprium. Conſtat autem ꝙ anima hominis non agit proprie ſuum corpus, ſed tantum dicitur agere ipſum in diſpoſitionibus neceſſarijs, & illas ſibi largiri determinate, & exigenter. & iterum infra cum dicit, ꝙ eſt agens orbem nullo interpoſito, quomodo intelligat exponens ſe dicens, faciens. ſ. ipſum in diſpoſitionibus neceſſarijs in inueniendo finem ꝓpter quem fuit, ſecundum enim exigẽtiam propij finis qui eſt eius motus largitur ſibi proprias diſpoſitiones. & hoc eſt illud agens quod dicit finem ſignificare ſignificatione neceſſaria, quod etiam claret amplius in eo quod ſubdit,
E poſt ꝙ agens ipſum eſt mouens ipſum, qualiter enim intelligat ipſum eſſe agens ſine medio aliquo exponit dicẽs, quod enim mouet illud motu proprio illi, eſt illud quod largitur ei diſpoſitiones proprias propter quas aquirit motum proprium. & ſic patet ꝙ non eſt agens niſi ſimilitudinarie, ſicut forma dicitur dare eſſe compoſito, & facere ipſum in diſpoſitionibus neceſſarijs. Et hoc etiã patet ex hoc quia dicit ꝙ non eſt mouens tantum, quia non opinatur Com. ꝙ corpus cœleſte ex ſe, aut alia forma præter intelligentiam habeat tales diſpoſitiones, & ipſa intelligentia moueat ipſum tantummodo, ſicut figulus mouet rotam cui non dat tales diſpoſitiones proprias ad motum, ſed ultra quod intelligentia mouens ſit ſibi cauſa omniũ talium diſpoſitionum, ſicut aliæ formæ ſuis corporibus. Sic autẽ eſſe agens non eſt agens proprie, nec per tale agens habere. Arguit ſecundum Com. cœlũ eſſe factũ in ſenſu in quo quęſtio tractatur. imo ſecundũ eum tale agens poteſt corpori competere, ſiue ſit generatum, uel factũ, ſiue nõ ſit factum, ut iam dictum eſt, & debere ſic ipſum intelligi, ipſe docuit quãdo quarto cœli dixit, ꝙ res æternę non habent agens, niſi ſecundũ ſimilitudinẽ, & ſi habuerint aliquid qđ eſt agens non erit niſi inquantũ eſt forma illi, & conſeruãs ipſum, ut ſupra dictum eſt, & allegatum. iſta eſt iſtius uiri opinio, & uerba formalia. Sed iſte doctor in tanta uerborum copia, & in tam longa atteſtatione authoritatum
F non animaduertit ꝙ Auer. in illo cap. in. 2. in authoritate allegata declarat cœlum quo ad ſuam ſubſtantiam, & in ſe dependere ab intelligentia, & etiam quo ad motum, & ad omnes diſpoſitiones requiſitas ad motum. unde bene uerum eſt ꝙ in illis locis allegatis loquitur Com. declarando quomodo cœlum conſtituitur in diſpoſitionibus neceſſarijs, ſicut eſt in corpore hominis, & corpore facto propter finẽ. Sed iã ſupra, Pater uenerãde, declarauerat ꝙ cœlum quo ad ſuam ſubſtantiã, & in ſe indiget uirtute largiẽte ſibi permanentiam æternam, quẽadmodum largitur ſibi motum æternum. & inquit, ꝙ idem eſt iudicium apud intellectum circũſcribentem ipſum orbem ab intelligẽtia, ſicut erat de motu. & inquit ſe declaraſſe hoc ꝑꝑ amorẽ, quia quidam errauerunt de mente Ariſto. tenentes cœlũ non habere niſi cauſam mouentem tantum, & eſt opinio q; iſti tenent, quia uolunt cœlum ab intelligentia dependere, ut a cauſa efficiente quo ad motum, & quoad diſpoſitiones proprias ordinatas ad motum, non autem quo ad ſui ſubſtantiam, quia ut ſic dependet ab ipſa, ut a fine tantum. Et ideo dicimus nos aliter gloſſantes authoritatẽ Com. in quarto cœli, & mundi. com. primo. ꝙ agens eſt

Impugnatio.

Expoſitio ꝓpria uerborum. Auer.

G duplex uerum,& ſecundum ſimilitudinem agens uerum eſt quod efficit actum extrahendo illud de potentia ad actum, quia iſta eſt natura, & proprietas ueri agentis. Vnde.12. metaphy.commẽ.18.ſi non eſſet potentia non eſſet agens,& quia actio uera fundatur in motu,& tale agẽs eſt illud quod tp̃e præcedit actũ,ut dicit Com.in.2.ca. de ſubſtantia orbis,& hoc agit cũ tranſmutatione, & in tẽpore,& nouitate.& iſta actio reperitur in his actis quæ ſunt ĩ ſphęra actiuorũ,& paſſiuorum,quorum natura eſt,ut taliter acquirant eſſe per motum uerũ,& tranſmutationẽ ueram. Aliud eſt agens metaphoricũ quod agit per motũ æquiuoce dictum,ſicut eſt ſcientia,& cognitio intellectualis.n. ut inquit Auer.8.phyſi.com.40.in abſtractis a materia eſt motus æquiuoce dictus pro quanto idem põt eẽ mouens,& motum.i.intelligens,& intellectũ.& iſto mõ entia æterna habẽt cauſam agentẽ,& efficientẽ illa ab æterno,quia natura eorũ nõ eſt apta nata participare eſſe a primo principio mediante motu uero qui diffinitur in phyſicis,ubi dicitur ꝙ motus eſt actus entis in potentia inquantum in potẽtia.Nec per actionẽ uerã quæ fundatur in uero motu, quæ fit merito cõtrarietatis, ut dicitur in primo de generatione,& corruptio.tex.com.50.ſed deriuãtur in eſſe per motum æquiuocũ,quia intellectio,& ſcĩa dei eſt cã illorũ,& quia non acquirũt eſſe per extractionẽ de potentia

H ad actũ,ſic non dicuntur habere agens uerũ.uid elicet qđ efficit illo modo.uidelicet per uerũ motũ, & ſic dicuntur habere cãm conſeruantẽ.cauſa aũt conſeruans reducitur ad cauſam efficientẽ,ut patet ex ſecundo phy. & hoc eſt quod dixit Com.in.7.met.in com.31. quod mouit Ariſt. in ponendũ mouens ſeparatũ a materia in factione uirtutũ intelligentiũ,quia uirtutes intellectuales apud ipſum ſunt non mixtę cũ materia.unde neceſſe eſt,ut illud quod ẽ nõ mixtum cũ materia generetur quoquo mõ a nõ mixto cũ materia,ſimpliciter,quẽadmodũ eſt neceſſe, ut oẽ mixtũ cũ materia generẽ a mixto cũ materia.nõ.n.loqtur ſolũ de intellectu agẽte reſpectu ſpecierũ intelligibiliũ, ut gloſſat Grego. ſed loqtur uŕr de oĩbus uirtutibus intelligẽtibus q̃ ſunt cauſatæ,ut bñ patet conſiderãti. Pro quo aĩaduerte quod ut ſcribit Ariſt.1.cœli & mun.tex.cõ.100.A primo principio cõicatũ eſt eſſe,& uiuere omnibus his quidem clarius, his uero obſcurius. Deus.n.eſt cauſa entitatis,& ueritatis omnium entium,ut ſcribit Com.in.2.met. com.4.Et ideo omnia emanant ſecundũ modũ conueniẽtẽ ꝓpriæ naturæ.ea igitur quorũ natura eſt participare eẽ & uiuere mediãte motu per motũ,& tranſmutationẽ fiũt, & talia ſunt quorũ eſſe,& fieri præſupponit materiam, &

I agens,& tempus,ſicut ſunt omnia quæ in hoc mũdo inferiori ſunt,cuius natura tota in generatione, & corruptione perſeuerat,ut dicit Ariſt.in.4.meta.& talia dicuntur uere acta & facta,& dicuntur habere uerũ agens, quia exeunt de potentia ad actum,& fiũt in tẽpore, & agens in talibus tempore præcedit actum. Sunt iterum alia entia quorũ natura non eſt acquirere eſſe a primo principio per extractionẽ de potentia ad actũ,nec fieri in tẽpore, & ex aliquo præſtippoſito ſubiecto, & talia ab æterno acquirunt eſſe a primo principio,& ab æterno conſeruantur. Vnde

Solutio rationis ponẽtium æterna non haber̃ efficiẽs

per uitã meã multũ deridenda eſt ſententia iſtorũ in hoc ſectantiũ uiã Henrici de Gandauo, & ponentium æterna non habere cãm penitus efficientẽ,quia tunc aut ex aliquo fierent,aut nihilo,& ita uel haberent materiã, uel daretur creatio.Nulla prorſus eſt iſta inſtantia, ꝓpterea quia fieri ex aliquo,uel ex nihilo ſunt diuidentia uerũ,& falſum in rebus quæ fiunt a natura quæ eſt principium motus & quietis.unde principiũ naturaliũ erat illud,ut patet.1.phy.ubi dicit.Omnes qui de natura loquuti ſunt in hoc conuenerunt ꝙ ex nihilo nihil fit,ſed in rebus æternis non eſt ibi fieri ex aliquo,nec ex nihilo,quia natura taliũ eſt, ut ab alio ab æterno acquirant eſſe,& permanentiã æternã: & per hoc fundamentũ,& uerã reſponſionẽ in uia Peripateticorũ, patet ſolutio ad rationes Gregorij, & Ioannis de bacchone impugnantes iſtum modũ ſeu iſtã diſtinctionẽ de duplici mõ ꝓducendi.nam inquit Ioan.bac.in.2.ſententiarũ.diſtin.1.q.1.arti.2.in dicto ſecundo ꝓbatur ꝙ cœlũ non habet cãm efficiẽtẽ.in.8.n.phy.habet Philoſophus

K ꝓ impoſſibili ꝙ aliquid fiat per cãm efficientẽ niſi per mutationẽ,ſed cœlũ non põt fieri per mutationẽ, ergo habet ꝓ impoſſibili ꝙ cœlũ ab efficiente fiat.Maior ꝓbatur,qa arguit ꝙ ſi motus fit quod fiat per mutationẽ p̃cedentem ipſum.& idẽ dicit ꝙ ſi mobile fiat quod fit per mutationẽ præcedentẽ ipſum.ſed ſi poneret alium modũ efficiendi ipſum q̃ per mutationẽ argueret ex inſufficienti, ergo &cæ. Minor eſt ibidẽ in tex.& reputat impoſſibile ꝙ mutatio per ſe pręcederet primũ mobile quod de facto apparet impoſſibile. Ad hoc ne amittatur tempus dicimus nos ꝙ

Solutio primę rationis

Ariſt.ibi in principio.8.phy.ꝓponit in tex.com.1.Vtrũ aũt factus ſit aliquando motus cũ non eſſet prius & corrũpitur iterũ ſic ꝙ moueri nihil ſit,aut neq; factus, neq; corrũpitur,ſed erat ſemper,& ſemper erit hoc ĩmortale &cę. Vbi quęſtio illa ſecũdũ Auer.eſt de motu cœli. Dico igitur ꝙ ratio Ariſt.nõ peccat ꝑ fallaciã conſequẽtis arguendo ab inſufficienti.nã in factis de nouo hoc eſt uerũ ꝙ omne quod fit,fit ꝑ motũ,aut ꝑ mutationẽ,& ita ſi motus cœ-

L li,& mobile uere facta eſſent, ita ꝙ incipiant eſſe poſtq̃ non fuerunt,ſequitur quod fuerũt facta per motũ uel mutationẽ,tamen tu non potes dicere Philoſopho ꝙ dicã cœlum eſſe factum per alium modũ ꝓductionis, qui non eſt per motum uerũ,& per uerã mutationem,quia illæ nõ eſt reſpectu iſtorũ quæ fiunt cũ tẽpore, ſed eorũ quę ſunt ſupra tempus pater ſancte. Sed contra iſtã reſponſionem

Replica eiuſdem.

replicat ipſe contra,illa actio qua produceretur primũ mobile ab æterno quæ non eſſet mutatio non præſupponebat materiã primã ꝓ ſubiecto,quia primo phy.&.8.met. ponit philoſophus iſtam actionẽ mutationem.ſ.in qua ſupponitur materia prima pro ſubiecto,ſed actio productiua in qua non ſupponitur materia prima ꝓ ſubiecto eſt creatio,ergo Philoſophus ponit creationem,& aliquid fieri ex nihilo,cuius contrarium poſuerunt oẽs philoſophi. Philoſophus.n.in primo phy.& Com.com.71. diſſentiunt ab opinione chriſtanorũ in hoc.& 12.meta.com.44. Ab agẽte nihil prouenit niſi extrahere id quod eſt in potentia ad actum. Dicimus nos negando conſequentiam, & cõſe-

Solutio.

quẽs,nam ut ſcribit Com.in diſpu.3.in ſolutione.18.dub. in libro deſtructionũ. Modus generationis ſenſibiliũ eſt, ut fiant a re,ex re,& pro re,quia talia ſunt compoſita, &

M habent oẽs cauſas,tñ ꝓductio rerũ æternarũ non requirit ſubiectũ.& iõ non ſequitur ꝙ detur creatio,nã creatio eẽt apud Philoſophos quando aliquid ex natura ſui factibile de nouo requirens materiã fieret nulla præſuppoſita materia. Aeterna aũt bene in participando eſſe habent aliud a quo ſunt,non autem ut ſint requirunt ſubiectum,quia nõ ſunt de conditione iſtorum,quia alio modo ſunt diſpoſita in eſſe,& in modo eſſendi illa,& alia modo iſta. unde Cõmen.inquit in ſecundo cœli & mundi.com.63.In corporibus cœleſtibus illud quod eſt nobilius habet pauciores actiones,ſed in corporibus inferioribus quod habet pauciores actiones eſt imperfectius ſicut elementa, & quod habet plures actiones eſt perfectius, ſicut homo. Similiter finis minori actione attingitur,& hoc eſt uerum in cœleſtibus,q̃ etiam in terrenis,ſed ex oppoſitis cauſis hoc cõtingit,quia in ſuperioribus hoc euenit propter nobilitatem ſui,& ſui finis,ſed in iſtis caducis hoc prouenit ex oppoſitis cauſis.ſ.propter uilitatẽ ſui, & ſui finis.ita ſcribit Auer. in ſecũdo cœli.in com.66. Similiter entia neceſſaria primaria intentione ſunt per ſe,& ſecundaria intentione ſunt propter alia,ſed entia inferiora ſunt oppoſito mõ,ſicut ſcribit Commẽ.in.2.cœli in com.17.&.21. Arguit iterum

Secũda ratio.

præfatus doctor ad idem ſic. Item qua ratione Philoſophus ponit aliquid a deo ab æterno ſine mutatione producit



A duci poteſt, & in tempore ſine mutatione produci ergo ſi Philoſophus in demõſtratione ſua præſupponit.quod potuit ab æterno efficiẽter fuiſſe productum ſine mutatione & non in tempore,ergo præſupponit falſum, & petit principium. Approbatio aſſumpti,quia certum eſt ꝙ ex parte Dei impoſſibilitas non poteſt aſſignari niſi ex parte factibilis,quia cœlum ẜm omnem opinionem ſibi derelictum eſt non ens,& ita ſiue producebatur ab æterno,ſiue in tẽpore ſuum non eſſe,uel ſuum nihil ordine naturæ præceſſit ſuum eſſe:ſed per te cum ab æterno ponitur ꝓductum poſt ſuum nihil ponitur ex hoc ꝓduci ſine mutatiõe, quia ſcilicet mutatio prę ſupponit ſaltem aliquid eſſe ꝓductibile,ergo eadem ratione cum ſibi non repugnat in tempore produci ineſſe poſt ſuum nihil,ſicut nec ab æterno,& hoc dico a Deo agente ꝙ ſtatim patet ẜm Chriſtianos, ſequitẽ ergo quod ſicut ab æterno potuit efficienter produci ſine mutatione,& hoc a Deo ita ĩ tempore. Dicimus nos ꝙ

Solutio.

ſermo iſtius uiri eſt imaginarius,& mirum eſt q̃uo iſta audet dicere in uia Philoſophi,& Auer.cuius doctrinam ꝓfitetur.Scribit nãq; Cõmen.in primo cœli & mundi.in cõ. 106. Quod innatum eſt inueniri in tempore non inuenitur ſine tempore, et quod non innatum eſt inueniri in tempore,non habet prius & poſterius niſi ſecundum eſſe tñ, & in.8.phyſi.cõ.15.late diſputat in principijs Peripateti-

B cis fundando ſuas rationes,ꝙ a uolũtate antiqua non põt aliquis effectus nouus ĩmediate prouenire.& ideo negãda eſt cõſequentia iſtius uiri in qua dicit,ꝙ ſi cœlum alio mõ efficienter ꝓducitur ab æterno, ergo eodem mõ poteſt ꝓduci in tempore. nam cœli natura ẜm Phm non apta eſt emanare illo mõ quo emanant a primo principio res temporales,& quia hoc non potuerunt iſti intelligere declare-

Res ſunt duob᷑ modis.

mus eis hoc ex mente Auer. Res ut diximus ſunt in duplici differentia,temporales,& æternę,res temporales producuntur a primo principio mediante motu cœli et cauſis ſecundis,& ſua productio eſt per uerum agens,q̃d in agẽdo pendet a materia cum actio eius nõ ſit niſi ut formæ q̃ ſunt in potentia materiæ deducantur ad actum, ſicut dicit Cõmen.8.phyſi.cõ.4.12.meta.cõ.44.& talia in tempore producuntur,& unum actum conſequitur unam actionẽ unius agẽtis,quia.12.meta.tex.cõ.27.Singularium aliud tua materia,& ſpecies,& mouẽs,& mea,uniuerſali autem ratione eadem.Sed res æternæ non habent agens iſto mõ, ſed ibi eſt cauſa & cauſatum, ſecũdum ꝙ intellectum eſt cauſa intelligentis,ſicut autem unum intelligibile põt mouere plures intelligentes:ſic primum intelligibilium,quod eſt Dei eſſentia,& ſcientia eſt cauſa plurium intelligentiũ

C ĩmediate ſecundum ꝙ diuerſimode aptum natum eſt tale ab ipſis intelligentijs participari ſecundũ latitudinem quãdam,quia non omnes parircipant illius perfectionẽ æqualiter,& uno mõ.& hoc uoluit Cõmen.12.meta.com̃.44. dum dixit contra Auic.qui ponebat ibi ꝓductionem omnium non eſſe ĩmediate a prima intelligentia,ſed erat conſequutio.inquit enim ꝙ ille ſermo eſt imaginabilis.non.n. eſt illic prouentus neq; cõſequutio, neq; actio.ita quod dicamus ꝙ una actio cõſequitur unum agentem.tantum.n. eſt illic cauſa & cauſatum,ſecũdum quod dicimus ꝙ intellectum eſt cauſa intelligentis,uult igitur ꝙ non cauſentur per actionem,& per conſequutionẽ & prouẽtum,quia ut habet ipſe in eodem cõmento parum infra. Mos autem q eſt inter modernos in dicendo ꝙ a tali motore prouenit talis motor, aut conſequitur, aut præcedit, aut talia uerba non uere intelliguntur de iſtis principijs abſtractis.omnia enim iſta ſunt diſpoſitiones agentium ſuperficietenus non uere,ab agente enim nihil ꝓuenit,ut diximus niſi extrahere illud quod eſt in potentia ad actum,ſed illic non eſt potentia.unde neq; agens.tantum enim eſt illic intellectus,et intellectum,& perficiens,et perfectum etc̃. Vbi uult ꝙ in intelligentijs non eſt actio, ſed bene eſt cauſa & cauſatum,unde cauſantẽ ab ipſo primo intelligibili ab æterno alij cauſati intellectus,& perficiuntur per illud ſecundum

D diuerſos gradus in perfectione,& in tali cãtione non incõuenit,ut inquit,ut illud quod eſt per ſe intelligentia,& intellectus ſit cã plurium entium ſecundũ ꝙ intelligũtur ex eo multi modi. illud igiẽ q̃d intelligit motor corporis cœli de primo motore,& eſt cauſa in aĩa cœli, aliud ẽ ab eo quod intelligit ex eo motor Saturni.Et ſimiliter de unoquoq; eorum quod non eſt intelligendum,ꝙ iſta alietas ſit ex parte primi intelligibilis, ꝙ ab omnibus intelligẽtijs intelligitur, quia tale ẽ in fine unitatis,ſimplicitatis,& nobilitatis:ut dicit Cõmen.12.meta.cõ.37.formaliter loquendo. Nec eſt intelligendum,ut expoſuit iſte doctor,& ſequaces eius ꝙ Deus inquantum intelligit ſuam eſſentiam ſub ratione qua eſt diuerſimode imitabilis ab intelligentijs in rõne finis per uiam reſultationis conſequitur eſſe aliarũ intelligẽtiarum,nõ quod Dei intellectio directe ſit cauſa effectiua ipſarum.Hoc quidem ſtare non poteſt,ut in ſequenti theoremate ſtatim dicam,quia tunc ſcientia Dei eſſet relatiua. & pateretur Cõmen.conſimiles inſtãtias,quas adduxit ipſe contra Themiſtium.12.meta.cõ.51.ſed ſolum hoc debet intelligi ex parte intelligentiarum diuerſimode participantium perfectionem primi per cauſationem iſtã quæ fit per intelligere,& non per actionem. hoc eſt dictu ꝙ illud quod intelligit motor Saturni.i.ꝙ ab intellectione primi accipit eſt aliud ab illo q̃d intelligit motor Martis,& Mercurij:quia emanat a ſciẽtia uel tanquã a cauſa effectrice in

E multa diuerſitate quo ad perfectionem. Et ita uides pater reuerende differẽtiam inter actum quod fit ab agente, & inter cauſatum quod cauſatur ab intelligibili,quia actũ præſupponit agens prius tempore acto, ſed cauſatum illo mõ præſupponit cãm, quæ eſt prior natura, quia ſi prima cauſa non eſſet nulla intelligentia eſſet. Similiter actum quod fit actione ab agente fit cum ꝓuentu,& extractione de potentia ad actum, quia actio agẽtis pendet a materia, & ita ibi eſt conſequutio ꝙ unum actum eſt ab uno agente propinquo,ſed cauſatum ab intelligibili non fit cum ꝓuentu,& conſequutione, qa in tali cauſatione ab uno poſſunt ĩmediate cauſari plura cauſata ſecũdum diuerſos modos participantia perfectionem uniuſmet cauſæ cauſantis, quia unum imaginatum poteſt mouere plures imaginationes. Similiter eſt alia differẽtia,qa agens,ad hoc ut agat actum præſupponit materiam, ſed cauſa prima in cauſando intelligentias abſtractas neceſſariaq; entia non præſupponit materiam,quia iſte ẽ diuerſus modus cauſandi, ĩmo ſua ſcientia eſt cauſa ĩmediate cauſans illa tanquã efficiẽs.

Drĩa inter actũ ab agẽte et cãtum ab intelligibili.

Cã erroris iſtorum.

Sed quid fuit cauſa erroris iſtorũ, ſi ita licet loqui de tãtis uiris? fuit meo iudicio,quia crediderũt omne cauſatum,eodem mõ debere cauſari.ſed eſt error purus, quia ratio cãę

F & cauſati,ſunt in plus,quam ratio agentis & acti.unde decepit iſtos uiros locus conſequentis, quia uidẽtes quod nõ habent cauſam agẽtem,crediderunt,q̃d non habeant cauſam efficientem,& quod ſi in eis nõ eſt actum, ergo in eis non eſt aliquid effectiuæ cauſatum. Aliud argumẽtum

Alia ratio eiuſdem.

iſtius uiri eſt hoc.Itẽ ſi Philoſophi poſuiſſent, ꝙ intelligentiæ,uel quodcũq; aliquod ſempiternum potuiſſet fuiſſe ab æterno efficienter ſine mutatione, tunc argumẽtum quod facit Cõmen.12.meta.cõ.44.nihil ualeret, ergo Philoſophi hoc non poſuerunt.Probo ꝙ nihil ualet.Auicẽ.ponit ut recitat Cõmen.ſupra eodem cõ.44.ꝙ primus motor ꝓducit animam primi cœli,& motorem orbis cõſequentis. contra arguit Cõmen.infra,ꝙ hæc non ꝓueniunt ab agẽte,quia ab agente nihil ꝓuenit,niſi extrahere illud quod eſt in potentia ad actum,ſed in his non eſt potentia, ergo nec agens.Ecce Cõmen.arguit contra Auic. ꝙ ſi talia æterna fuiſſent producta q̃d fuiſſent extracta de potentia ad actũ quod eſt acquirere eſſe per mutationem.ſed planum ẽ,& illud argumentum Cõmen.non ualeret ſi talia æterna potuiſſent eſſe producta efficiẽter ab æterno,ſine mutatione, ergo Philoſophus nullam efficientiam poſuit ſine mutatio

G ne,etiam ab ęterno. Dicimus nos ꝙ ad opĩonem Auic. ſecundũ modum ſuæ poſitionis in quo declarabat ꝙ intelligentiæ nõ poſſunt imediate produci ab uno,quia ab uno inquantum unum imediate non prouenit niſi unum eſt,& propter hoc conatus eſt dicere,ꝙ una tantum unum ꝓducit & ſic ꝑiter dici productionem intelligẽtiarum eſſe per conſequutionem & prouentum. ſequitur quod Auic.imaginabatur, ꝙ eodem modo eſſet cauſatio in intelligentijs, ſicut eſt in iſtis rebus corporalibus agentibus ſuperficietenus.i.per contactum. nam in talibus in quibus eſt uera actio,& motus atq; contactus, eſt uera illa propõ quæ erat fundamẽtum imaginariæ poſitionis ſuæ, vʒ ꝙ ab uno inquantũ unum non prouenit imediate niſi unũ.ſed Auer. dicit ꝙ intelligentiæ per actionem nõ ꝓducuntur,ſed cauſantur ſm ꝙ intelligibile eſt cauſa intelligẽtis, & quia unũ intelligibile imediate poteſt mouere plures intelligẽtes,ſic prima intelligentia,quæ eſt primum intelligibilium cauſat ab æterno multos intellectus intelligentes imediate, qa in tali mõ cauſandi plura poſſunt imediate cauſari ab uno.& ideo dixit ꝙ ſolum ibi eſt cauſa & cauſatum ſm ꝙ intellectum eſt cauſa intelligẽtis,& ideo imediate infert. Et cum ita ſit,non eſt impoſſibile,ut illud quod eſt per ſe intelligentia,& intellectus ſit cauſa plurium entium ſm ꝙ ex eo intelligũtur multi modi.

*Solutio.*

H licet igitur Auic.in ſua poſitione nõ dixerit formaliter intelligẽtias produci per ueram actionẽ, per q̃ aliquid extrahitur de potẽtia ad actum, tñ ex modo ſuæ declarationis concomitanter dixit hoc, quia aſſimilat illum modum mõ iſtorũ.& ideo dixit bene Cõmen.ꝙ ille ſermo eſt imaginabilis,qa in loquendo de cauſatione abſtractorum imitatus eſt imaginationẽ, quæ eſt in iſtis ſenſibilibus.

*Alia ratio eiuſdem.*

Aliud argumentum eius eſt illud cum Phs.8. phy.accepit ſi mobile eſt factum,ergo per mutationem p̄cedentem,aut ipſe uidit modum efficientię ſine mutatione & ab æterno,aut non. Si non uidit, ergo non poſuit, cuius contrarium tu dicis.Si uidit,ergo petit principium,quia apparenter ſaltem potuit ſibi reſponſum fuiſſe,quod non ſequitur conſequentia ſua,imo ſicut ab æterno potuit fuiſſe ſine mutatione aliquis effectus,quãuis de ſe nihil erat eadẽ ratione,& in tempore,& ſine mutatione.ergo cum non reprobauit iſtam reſponſionem ſatis apparentem,petijt, uel ſaltẽ non ualuit demonſtratio ſua.

*Solutio.*

Ad hoc dicimus nos ꝙ Phs bene uidit alium modum efficientiæ, ſed non oportuit illum in ꝓpoſita conſequẽtia manifeſtare,quia ſi mobile eſſet de numero factibilium,tunc eſſet de numero eorum quæ ſunt generabilia,talia autẽ ſunt illa quæ apta nata ſunt fieri in tpe,& quæ ſunt huiuſmodi ſunt longe diuerſa ab illis quæ ſunt apta nata cauſari ſine tpe, quia ut dixit Auer.in.1.cęli cõ.106. Quod aptũ natum ẽ iueniri in tpe, nõ inuenitur ſine tpe,et q̃d nõ eſt aptũ natũ iueniri in tpe, non habet prius & poſterius, niſi ſm eſſe.

I Et ita imaginarius eſt ſermo iſtorũ,qualis erat ſermo Auic. quia iſti imaginantur, ꝙ omne cãtum uno, & eodem mõ cauſari hʒ a ſua cauſa,q̃d tñ eſt falſum.nam longe diuerſus eſt modus quo cauſantur æterna a mõ quo cauſantur, ea q̃ de nouo fiunt,& ideo non petit Ariſt.in ſua ratione.natura nãq; inferiorum eſt multum diuerſa a nã ſuperiorum, tam ex pte materiæ q̃ʒ ex parte formæ,tam ex parte agentis,q̃ʒ etiam ex parte finis,ſicut late ꝓſequitur Auer.in libro de ſuba orbis.& ideo nulli mirum uideaẽ, ſi ẽ aliud genus cãlitatis in

*ADDItio.*

{illis,& i iſtis. ✠Hoc etiã ſentit Homerus i qnto Iliados ubi {introducit Apollinẽ alloquẽtem Diomedẽ,q Venerẽ deã {in bello percuſſit auſus mortalis imortali congredi.

{φράζεο τυδείδη καὶ χάζεο, μὴ δὲ θεοῖσιν
{ἶσ' ἔθελε φρονέειν, ἐπεὶ οὔποτε φῦλον ὁμοῖον
{ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων.

*Alia ratio eiuſdem.*

Aliud argumentũ eiuſdem doctoris ẽ iſtud.Si Phs uidit, & poſuit talem factionẽ,ergo probãdo primã cãm ex effectibus non ſolum potuit ipſam ꝓbare ex motu, ſed ex tali efficientia ſine motu,quia ſicut ex nãlibus ſuis potuit Phs cõuincere effectum dupl'r cãtum, ita ex nãlibus potuit dupliciter conuiciſſe cãm primam, ſed hoc non, imo ex ſolo motu cõuincit primã cãm,ſicut patet.8.phy.&.12.meta. ergo etc.

K

*Solutio.*

Ad hoc dicimus nos,ꝙ iſtud eſt difficilius iter oĩa argumẽta iſtius uiri, ut mihi daẽ cernere, tñ i uia Auer. iſto mõ rñderem,ꝙ nãlis ſolus uia motus põt demonſtrare primã cãm eſſe abſtractã a magnitudine,& eſt uia qua ꝓceſſit in.8.phy.& eadem uia ꝓceſſit in.12.meta.t.c.41. tñ utrum talis ſuba abſtracta a magnitudine ſit intelligentia,hoc aſſumitur etiã a nãli ex.3.de aĩa,& ibi etiam oñditur,qũo intelligibile ſe habet reſpectu intelligentis, & ſil'r ꝙ in intelligentijs ſit multitudo accipit diuinus ex illo loco ꝑꝑ naturam intellectus poſſibilis inuentã in eis. Et ne uideamur iſta ſomniãdo dicere,adduco auctoritatẽ Auer. in.1.de aĩa.cõ.2.ubi ponit tres utilitates ſcĩæ libri de aĩa. Quarum una cõſiſtit in hoc, ꝙ illa ſcĩa tribuit diuerſis ſciẽtijs multa principia.ingt.n.Secundus eſt qa dat pl'ibus ſcientijs plura principia,ut ſcię morali.ſ.regendi ciuitates, & diuinæ.Moralis enim ſuſcipit ab hac ſcĩa ultimum finem hoĩs in eo quod ẽ hõ,& ſcientiã ſuæ ſubæ quę ſit:Diuinus autem ſuſcipit ab ea ſubam ſubiecti ſui, hic.n.declarabiẽ, qm̃ formæ abſtractæ ſunt intelligẽtes, & alia multa de cognitione diſpõnum ꝑñtium intelligentiam in eo q̃d intelligentia eſt,& intell's. Et in.3.de aĩa in cõ.5.in ſol'one.3. q inquit.& niſi eſſet hoc genus entium, ꝙ ſciuimus in ſcĩa

L de aĩa nõ poſſemus intelligere multitudinẽ in rebus abſtractis,quẽadmodum niſi ſciremus hic nãm intell's non poſſemus intelligere,q̃d uirtutes mouẽtes abſtractæ debẽt eſſe intellectus. Et hoc latuit multos modernos adeo ꝙ negauerũt illud q̃d dicit Ariſt.in tra.ſui libri.ꝙ neceſſe eſt,ut formæ abſtractæ mouentes corpora cœleſtia ſint ſm numerum corporum cœleſtiũ,& ideo ſcire de aĩa eſt neceſſarium in ſciendo primã phiam.Et infra cõ.14.inquit. unde non ẽ opinãdum,ꝙ prima mã eſt cã receptiõis ſimpl'r,ſed cauſa receptionis tranſmutabilis,& eſt receptio huius ſingularis,cã aũt receptionis ſimpl'r eſt iſta nã, & ex hoc mõ fuit poſſibile,ꝙ corpora cœleſtia reciperẽt formas abſtractas,& intelligerent eas,& fuit poſ'e,ut intelligẽtiæ abſtractæ ꝑficerentur per ſe adinuicẽ,& ſi non,nõ eſſet illic recipiens,& receptũ,unde uidemus,ꝙ illud q̃d eſt liberatum ab hac nã eſt primũ intelligẽs,et ponẽdo iſtam nãm diſſoluetur qõ dicens.qũo intelligiẽ multitudo,& qũo intelligũtur multę ex formis abſtractis,& intell's idem ẽ in eis cum intellecto.

*Confirmationes eiuſdẽ*

M Ex oĩbus igiẽ his auctoritatibus colligitur,ꝙ qñ Auer.dixit. ꝙ uia motus ſolũ põt demõſtrari primum principiũ eſſe uerum,ẽ quãtum ad hoc, q̃d ſit abſtractum a magnitudine,tñ ꝙ tale ſit intelligẽs,& q̃d intelligibile ſit cã intelligentis,& multitudo,& modus oĩum iſtorũ ſumũtur ex libro de aĩa. Et per hoc patet ad auctoritatẽ adductam per iſtum doctorẽ ex.1.phy.cõ.ult. quę ut ingt.non recipit gloſſam ubi dicit,ꝙ primum principiũ eſſe,uel aliquid ſeparatũ non põt ꝓbari in phia nãli niſi uia motus,& tranſmutationis,& dicit Auic.peccaſſe peccato manifeſto qui poſuit primum Phm.i.metaphyſicũ ꝓbare primum principium eſſe. Et cõfirmatur,nã ſi Ariſto. uidiſſet efficientiam talẽ,ſiue ab æterno, ſiue in tpe cum in meta.cõſiderat de cauſis æternis, & de his q̃ agunt ſine motu ſi qua talia ſunt.ergo in meta.in.5.lib.ubi diſtinguit genera cãrũ debuit feciſſe mentionẽ de iſto, ſaltẽ in genere.ſ.quod diffinitio cãę agẽtis ſibi poterit cõueniſſe, ꝯñs eſt falſum,ubiq; enim dicit de efficiente q̃d eſt principium unde motus,ſed iſta diffinitio non põt conuenire agenti ſine motu. Confirmatur,& ẽ cõtra quãdam rñſionem.Phs nãlis conſiderat de fine acquiſito per actionẽ,ut ẽ ſanitas,meta.aũt conſiderat de fine qui p̄exiſtit actui ,& ideo.12.met.diſtinguit talem finem ꝑſcrutandũ qual'r & cætera, & Cõmen.12. met.cõ.37.diſtinguit duplicẽ iſtum finẽ. ergo eadem rõne cum Phs nãlis cõſiderat de agente per motũ, metaphyſicus agens ſine motu diſtincte conſiderat,cuius oppoſitum eſt uerum,

*Solutio.*



A eſt uerum,ſemper.n.uocat per totum principiũ,unde motus,&.5.meta.uocat principium tranſmutãdi.

*Solutio.*

Dicimus nos ad iſtas confirmationes,ꝙ motus eſt duplex, uerus & æquiuocus.i.ſm ſimilitudinem, tunc efficiens in ſui gñali ratione,ut dr̃ quod eſt prĩcipium unde motus intelligitur, ſiue ſit principium motus ueri,ſicut eſt motor nãlis,ſiue ſit motor per intelligere,unde.12.meta.cõ.36.dr̃ ꝙ intelligẽtiæ de potentijs aĩæ non hñt niſi intellectum, & uirtutẽ deſideratiuam per q̃ mouent in loco,& hoc eſt cõceſſum ab oĩbus Phis ꝙ omne agens, aut eſt agens per naturam,aut per intelligere,& mirũ eſt,de iſtis uiris illuſtribus,qũo auferunt efficientiam a primo intell'u,cum tñ ille ſit maxime actiuus,ſcĩa enim Dei eſt cauſa oĩum entium,& ſi Ariſt.in 7.meta.dicit.Formam domus in materia fieri a ſpecie domus ſine materia exñte,ut quid igiẽ imaginari non potuerunt primam formam eſſe oĩum entium effectricem,non uideo. Ad ultimum rñdetur, ꝙ diuinus eſt artifex cõis & indifferenter conſiderat utrũq; efficiens per motum, & ſine motu, ſed differẽter quia efficiens per motum uerum conſiderat ſub rationibus tranſcendentibus, quia conſiderat oĩa ut tñ contingit illud quod efficit ſine motu uero,& efficit per intelligere,& uelle de tali quiditatiue,et in ꝓpria forma conſiderat nedum ſub rõnibus tranſcendentibus, quia tale eſt intelligentia,& de intelligentijs quiditatiue cõ

B ſiderat diuinus,licet multas diſpõnes,et de intelligentijs ſumat diuinus a nãli,ſicut ſupra deduximus in uia Auer.

Et ex iſtis ſol'onibus, apparet etiam ſol'o ad omnes rõnes, & auctoritates Grego.de Arimino,q̃ ad idẽ tendunt ſicut cuilibet facile innoteſcere poteſt, oẽs enim fundantur ſuꝑ illo p̄ſuppoſito,quod ſit unus,& idem modus,quo cauſantur a primo principio temporalia,& æterna,ſi æterna cauſarentur,& hoc eſt fundamẽtum quod eſt debilius quam ſit tela araneæ,quia eſt longe diuerſum genus entium hoc & illud.

*Cõcl'o theorematis.*

Redeamus igitur ad locum noſtrũ,unde diuertimus,& declaremus qũo ex intell'u, & intelligibili ſit magis unum q̃ʒ ex materia & forma,& dicamus quod res eſt clara,& aperta ex uerbis ſequẽtibus in illa auctoritate, qa inquit. quod enim ſit ex eis non eſt aliud ſicut in compoſitis ex materia & forma,ly enim,ut clarum eſt,eſt redditio cauſæ,unde ut alias demõſtraui ſnĩa Auer.fuit quod ſuba compoſita ſit tertia q̃dam entitas diſtincta a partibus,etiã ſimul iunctis,quicquid alij imponant ſibi,ideo igitur ex intellectu,& intelligibili ſit maxime unuʒ,qa intellectus põt fieri intelligibile.nam qñ intellectus intelligit ſeipſum, patet qũo intell's ſit intellectum, non ſic eſt in compoſitis ex

C materia & forma,quia nũq̃ mã fiet forma, nec forma mã, ſed ex materia & forma ſit ſuba compoſita, quæ eſt aliud ab eis uel diuiſim, quia non eſt materia, nec eſt forma, ut tenet uia cõis de mente Auer.uel etiam cõiunctim,ut ego teneo,& pro hoc habemus claram Auer.auctoritatem in 12.cõ.39.ubi inquit,intell's enim inquãtũ intelligit intell'm dicitur intellectus,& inquãtum intelligit per ſe dr̃,ꝙ intellectum per ſe eſt ipſe itellectus ecõtrario illi ꝙ intelligit ꝑ aliud,& inquantum quidem intellectus eſt,illud quod intelligitur,dicitur ꝙ intellectus eſt res intellecta.

*Propõ 83.*

## *Primus intellectus ſolum ſeipſum intelligit.*

PERIPATETICI omnes conuenerũt in p̄ſenti Theoremate,nam Ariſt.de compoſito iſtam qõnem examinat in.12.primæ phiæ.tex.cõ.51.uerũtamẽ ſunt diſcordes circa modum quo itell's diuinus ſolum ſeipſum intelligẽs,nihil tamen dr̃ ignorare. Animaduerte igiẽ ꝙ Ariſto.& Cõmen.ubi ſupra tres concluſiones de intellectione Dei proponunt per ordinem. Prima concluſio eſt iſta,Deus eſt ſuba intellectualis ſemper actu intelligẽs. Aut ſic deducitur,nam Deus eſt ens nobiliſſimum oĩum, hoc aũt non eſſet,ſi non eſſet intelligens,aut non eſſet ſemper actu intelligens,unde ait.ſi nõ intelligat,quid utiq; erit inſigne uenerabile,ſed habet quẽadmodũ, ut ſit dormiẽs, ubi Auer.in cõ.inquit.Neceſſe eſt,ſi eſt intelligẽs,ut ſemꝑ

D ſit ſm alterum iſtorũ duorum modoꝶ,aut ſm diſpõnem, in qua non utitur ſciens ſcĩa,aut in qua utitur.Si igitur fuerit in diſpõne,in qua ſciens nõ utitur ſcĩa ſua eſt,quaſi dormiens,& nõ erit in eo diſpõ nobilis,& hoc eſt incõueniẽs.

Secunda concluſio eſt iſta, ſua ſuba eſt ſua intellectio,q̃ ſic oſtẽditur per Phm,nam ſi ipſe non ſit ſua intelligẽtia.i. ſua intellectio,ſed potẽtia,tunc igitur nõ erit optima ſuba, per intelligere enim ei honorabile ineſt.q̃ſi dicat. cũ Deus non ſit in optima diſpõne niſi per intelligentiã, ſi ſua ſuba non ſit ſua intelligẽtia,tunc igtiur ipſe, ex ſe nõ erit optima ſuba & perfectiſſima,ſed perficiẽ per aliud.ſ.per ipſam intellectionem,& hoc ẽ inconueniens. Tertia concl'o eſt, Deus nihil aliud a ſe itelligit, q̃ uarijs rõnibus ab ipſo,& a Cõmen.ibi deduciẽ.Tum quia ſi itelligeret aliud a ſe, tũc ſua ſuba non eſſet ſua intellectio, ſed erit potentia per quã ſit intelligens aut intellectio.Tum etiam quia erit aliquid nobilius eo quod eſt falſum.ꝓbatio ſequelę, nam intellectum eſt perfectio intelligentis.ſ.cauſaliter,qa cauſat in intelligente ſuam perfectionem,quæ eſt itellectio,oẽ autem tale inquãtum huiuſmodi eſt perfectius eo. Tum quia nõ eſſet ſimpl'r independẽs,& nullius indigẽs,ꝯñs eſt falſum. Deduco ꝯñtiam,quia intellectus dependet ab intellecto. Tum qa eſſet in eo paſſio, qa oẽ quod intelligit aliud trãſ

E mutatur in ſua ſuba,ſeu mouetur ab alio.Tum qa non eẽt ens nobiliſſimum,& ex ſe optimũ.Probatur cõſequentia, quia intellectio rei uilis non eſt nobilis,ſed uilis, unde etiã ut inquit.Melius etiam eſt apud nos quędam negligere,q̃ʒ intelligere,& nõ uidere q̃ʒ uidere. Adducitur etiam per Cõmẽ.alia ratio.nam ſi Deus intelligeret alia a ſe,aut hoc eſſet ſcĩa in vl'i,aut ſcĩa in particulari.Non in vl'i,quia ſcire in uniuerſali eſt ſcire in potẽtia,& eſt ſcire confuſum,& indiſtinctum.Nec in particulari,quia entia particularia ſunt infinita,& infinitum ſm quod infinitum ẽ ignotum. Ad uerte tamen q̃d licet Phs,& ſequaces eius teneant iſtã cõcluſionem,tñ omnes hoc fatentur q̃d Deus ſe ſolũ intelligendo dr̃ omnia cognoſcere,& nihil dr̃ ignorare, & i hoc ſunt uarij,& diuerſi modi dicendi.

*The.opĩo.*

Themiſtius aũt ut recitat Cõmen.in loco prædicto dixit. ꝙ intellectus diuinus intelligit oĩa,ex hoc q̃d intelligit ſe eſſe principiũ omniũ.

*Impugna.*

Cõmen.autẽ impugnans dictum Themiſtij,inquit.ꝙ iſta ſunt dicta illius qui non intelligit demõſtrationes Ariſt.& hoc pro tãto dixit, quia ex uerbis Ariſto. apparet ꝙ Deus itelligit ſe,& nihil extrinſecũ,ſed ſm expõnẽ Them̃.ſeqtur ꝙ Deus itelligat alia a ſe. Amplus tũc intell's, & intell'm in Deo non ſunt eadem oĩbus modis, quia ſi Deus intelligit alia extrinſeca a ſe patet,ꝙ tũc ibi intell's, & intellectũ nõ eſſent eadem ſimpl'r, & oĩbus modis.

*Expõ Aue.*

F Et ideo Auer. aliter exponit mentem Ariſto. in illo loco. inquit enim q̃d primus intellectus eſt ſimplicior oĩbus,& eſt unus ſimpl'r ſine aliqua multiplicitate, neq; ꝓpter alietatem intell's,& intellecti,neq; ꝑꝑ multitudinem itellectorum, multitudo enim intellectorum in eodẽ intellectu,ſicut eſt in itellectu in nobis cõſequitur alietatem,quæ inuenitur in eo.ſ.alietatem intellectus,& intellecti in nobis, qm̃ cum intellectus & intellectum fuerint adunata perfecta adunatione cõtingit,ut intellecta multo plura,q̃ ſunt illius itellectus adunẽtur,& terminent unum,& ſimplex oĩbus modis,qm̃ ſi remanent illa intellecta,quæ ſunt in uno intellectu plura,& non adunarentur cũ eſſentia intellectus, tunc eſſentia eius aliud erit ab eis.

*Opĩo Ioã. de baccho.*

Quæ uerba ita interpretatus eſt Iohannes de Bacchone in.1.ſen.diſt.39.q.j.inquit enim q̃d licet opinio Themiſtij non poſſit ſtare,ſemper tamen remanet inconueniens quoddã,& eſt quod Deus ſit ignorans,ea q̃ ſunt hic,& ideo ſubdit Cõmen.ꝙ erant quidam dicentes, Deum ſcire oĩa quæ ſunt hic ſcientia vl'i,non ſcĩa particulari,& hanc reprobat.Non enim põt eſſe vl'is,qa tunc illorum ſcĩa non eſſet niſi in potentia. Nec particularis qa particularia ſunt infinita,et infinita non determinantur a ſcĩa,

G tenet igitur Com̃. pro finali cõcluſione illud in quo ambæ iſtæ opĩones ꝯcordant. ſ. ꝙ Deus ſcit oĩa quæ ſunt hic, ſed diſcordat ab utraq; in mõ ponẽdi, non. n. cognoſcit ea ſcientia vl'i, & confuſa nec particulari et diuiſa, nec cognoſcit ea per hoc ꝙ cognoſcit primũ eſſe cãm eorum ſubito trãſeundo a cognitione ſuipſius ad cognitionẽ eorũ, ut quędã entia in ſeipſis, ut ponit Themiſtius: ſed ex hoc q̃d cognoſcit ſeipſum in ſeipm, dico ꝙ cõtinet eſſe eorum, & q̃d eſt cauſa eſſe eorum, & hoc eſt ꝙ dicit, & ueritas eſt q̃d cum ſcit ſe tm̃ in ſe ſcit oĩa in eſſe quod eſt cã eorum eẽ, & nota dicit quod eſt cã non dicit ſm quod eſt cã. Ad euidentiã iſtorum ẽ intelligendũ, ꝙ aliquid põt dici eſſe intell'm, uel ſcitum, & ſm ipm eẽ quod hʒ in ſeipſo dupl'r. Vno mõ ꝙ ipſum ſm ꝓprium eſſe q̃d hʒ in ſeipſo ꝑ ſe terminet actũ intelligendi ſic ꝙ intell's in intelligendo tranſeat ſuper ipm tanquã ſup ꝑ per ſe terminum ĩtellectionis, & tanquã ſuper obiectum per ſe ſpeculatum, & per ſe intellectũ, ſicut poſuit Themiſtius ꝙ cum Deus intelligit ſe ſubito transferret ſe ad intelligendum creaturã ſecũdum illud eſſe ꝓpriũ quod habet in ſeipſa creatura, ita ꝙ actus intelligendi terminaretur ad creaturam cognitam in ꝓprio eſſe, quod hẽt in ſeipſa tanq̃ ad obiectum per ſe ſpeculatum, & intell'm ſiſtens, & terminans actum intelligendi diuinum. Alio mõ,

H ꝙ ipſum ſit cognitum in quodam alio adunate, & unitiue cum eo ſic, ꝙ illud aliud in quo adunate ipſum cognoſcit̃ ſemper indefectibiliter ſit per ſe terminans actum intelligendi & per ſe ſpeculatum, & per ſe intellectum, & ꝙ intellectus ſuus nunq̃ ſe transfert ultra, tanquã in aliud obiectum per ſe ſpeculatum, ſed quod ſolũ conſequutiue intelligat illud quod adunate eſt cognitum, in eo ſecũdum eſſe, proprium quod habet in ſeipſo. poſito enim q̃d eſſet unus calor ſeparatus, qui eſſet calor per eſſentiam, & includens perfectiones oĩum calorum, ſi tunc eſſet aliquis intell's cõprehendens illum calorẽ, et oẽs alios in eo adunate poſito. cum hoc ꝙ ille intell's cõphendẽs illum calorem, & oẽs alios in eo ſemper indefectibil'r ſtaret ſpeculando ſemper illum calorũ tm̃ ex hoc quod ſic intelligeret ſemper ſtãdo in cõphẽſione illius caloris per eſſentiam, qui includit ꝑfectiones oĩum calorum ſcd̃m ꝓprium eſſe in ſeipſis. & inquit ꝙ iſtud clarius habet̃ diſt. 35. art. 4. in fine, & rñſione ultimi argumenti. per hunc modũ uult Cõmẽ. dicere contra Themiſtium, quod non ſolũ intell's diuinus nihil intelligit extra ſe acquirendo ſciam a rebus, ut ꝓbauit prima cõcluſio principalis, ſed quod nihil intelligit extra ſe tãquam obiectum terminans actum intelligẽdi, & tanquã obiectũ ſpeculatum, & intellectum, ſicut poſuit Themiſtius. Sed quod intelligit oĩa in ſeipſo, ita ꝙ intelligendo cõphenſiue, ſeipſum tm̃, qui eſt cauſa eorum ĩtelligit alia, & hoc eſt quod dicit rñdendo, & ueritas eſt, ꝙ ſcd̃m quod ſcit ſe tm̃

I ſcit oĩa in eẽ, quod eſt cauſa eorum in eſſe, & uocat cognoſcere in cauſa cognoſcere oĩa in eo ꝙ eſt tale per eſſentiã, in quocũq; genere ſit cauſa nõ curat. Et adhuc ulterius declaratur poſitio, ne enim aliquis crederet, ꝙ ſolum cognoſceret illa ſcd̃m eſſe ſolum, quod hñt in ipſo, & non ſcd̃m eſſe ꝓprium, quod hñt in ipſis ſuis eſſe ꝓprijs extra addit triplex exẽplum. Primum de calore, quia qui ſcit calorẽ ignis tm̃ non dicitur neſcire naturam caloris inexiſtentis in reliquis calidis, ſed iſte eſt qui ſcit nãm caloris ſcd̃m quod eſt calor. Tunc arguo ipſe dicit, ꝙ qui cognoſceret calorẽ per eſſentiam. ſ. ignis tm̃, non dicitur neſcire naturã caloris exñtis in rebus calidis, ſed cognoſcere calorem, ut eſt in calidis eſt cognoſcere ipſa calida, ſicut cognoſcere albedinẽ, ut ĩ pariete eſt cognoſcere parietem album. Igitur uult ꝙ qui cognoſcit calorem tm̃, non ſolum cognoſcit calorẽ in his, ſed cognoſcit ipſa calida, ſed hoc non põt eſſe niſi conſequutiue. Cum non ponit̃ niſi unum per ſe intell'm terminans cognitionẽ. Et põt formari ratio principalis a ſimili, ſed ſnĩaliter ſic, Si aliqs ſciret calorẽ per eſſentiam. ſ. ignis tm̃. ſup. ꝑfecta cõphenſione ſciret oĩa calida oĩbus modis qbus ſunt calida, quia da oppoſitũ non cõphenderet calorem. Igitur a ſĩl'i ſi primum ens ſcit ſe tm̃, q̃d ens ẽ ens per eſſentiã, & cõphenſiue: ſequit̃ ꝙ ſcit oĩa entia oĩbus modis qbus ſunt entia, ſed cognoſcere oĩa entia oĩbus modis qb9 ſunt entia, ẽ cognoſcere diſtincte ea ſm ꝓpria eſſe. Igitur Deus intelligendo ſe tm̃ cõphenſiue excluſo omni alio obiecto terminante eius cognitionẽ, ſaltem cognoſcit alia diſtincte ſcd̃m ſua eſſe ꝓpria, ut ſunt v; in ſeipſis. k

Secũdo ponit aliud exẽplum, ſi eſſet aliqd̃ ens quod ens eſſet in ſeipſo ſimplex exiſtẽs, & eſſet omne ens ſcd̃m ꝑfectionalem, & idẽticam cõtinentiã, tunc eo quod quis ſciret perfectiſſime tale ens, ſequit̃, quod ſciret oẽ ens ſecũdum oẽm perfectionẽ ſuam, q̃d eſt ſcire ipm ſecũdum quãlibet entitatem ſuã, quia in oĩ ente eſt aliqua perfectio, ſed ut dicit tale eſt Deus, ait enim ſic, primus ſcit naturam entis in eo quod eſt ens, in eo quod ẽ ens ſimplex, quod eſt ipſum. Tertio de intellectu, uidelicet ſit eſſe aliquis qui per eſſentiam contineret oĩa intelligibilia. Tunc qui cõphenderet illum intellectum, conſequenter cognoſceret oĩa alia ſm oẽm modum ſuæ entitatis. Addit etiam p̃fatus Doctor ex ſuo, ad hoc duplex exemplum naturale. primum numerus ſenarius eſt formal'r conſtitutus aliqua unitate. Non. n. eſt bis tria, neq; ter duo, ſed ſemel ſex. 5. meta. & tñ patet, ꝙ qui comprehenderit illam unitatem. ſ. ſenitatem cognoſceret diſtincte duas trinitates, & ſex unitates, cũ enim hęc L in eo quoquo mõ continent̃, non eſſet comprehenſio eius niſi hæc oĩa ſecundum ſua ꝓpria eſſe cognoſcerentur, ſic in ꝓpoſito Deus comprehendendo ſeipm qui eſt per ſe q̃dam unitas cognoſcibilis oĩum dr̃ eſſe cõphenſiuus etc̃.

Aliud exemplum ualde cõueniens eſt poſito, gratia exẽpli quod unitates oĩum cõcluſionum, q̃ continentur in primis principijs eſſent eadem unitas per eſſentiã cum unitate prioris ſecundum continentiam ꝑfectionalem, ſicut ponit Cõmen. cõ. 51. 12. meta. q̃d plura in intell'u diuino nõ ſunt ab eſſentia intell's diuini. ſi igitur intell's meus comprehẽderet prima principia, & ſtaret ſemper indefectibiliter ſpeculando, & nõ transferret ſe a ſpeculatione principiorum ad ſpeculãdum cõcluſiones in ſeipſis, tũc manifeſtum eſt quod cõphendẽdo prima principia, etiam perfectiſſime adunate, & ſimplici cõphenſione comprehẽderet oẽs cõcluſiones, & geometricas, & aſtronomicas, & oĩum aliarũ ſcientiarum: ſed talis comprehenſio non eſſet oĩno totalis, & perfectiſſima, niſi ad illam conſeq̃retur cognitio rei ſm omne ſuum eſſe. Ergo intell's meus cõphendendo perfectiſſime adunate, & ſimplici comprehenſione prima principia, & oẽs concluſiones in eis conſequutiue, ſaltẽ cognoſcit oẽs concluſiones in ſeipſis. & ſic arguẽdum eſt per oĩa M de ĩtell'u diuino, et cætera. iſta eſt opĩo, & declaratio Auer. ſecundũ iſtum doctorem.

Impugna. Licet aũt de hoc memini me ſpecialem q̃onem edidiſſe in cõmentarijs meis ſuper. 12. meta. quãtum ſpectat ad p̃ntem locum. Dico ꝙ iſta nõ eſt mens Auer. quia intellectio Dei ſecũdum ipm eſt oĩno ſimplex, & oĩno indiuiſibilis, qa ut ſcribit Com̃. 12. meta. cõ. 37. eſt in fine ſimplicitatis, unitatis, et nobilitatis. Et per ꝯñs ibi non eſt multitudo intellectorum in ꝓpria forma, neq; per uiam intẽtionis primæ, neq; per uiã conſequutionis, ſicut ſibi imponit iſte doctor. Amplius tunc intelligens, & intellectum in eo non eſſent oĩbus modis eadem, quia obiecta conſequutiue cognita non ſunt formaliter loquendo ſcd̃m ꝓprium eſſe formale oĩbus modis eadẽ cũ obiecto primo cognito, qa ſi oĩbus modis obiectum ꝑ̃ cognitum, & obiecta alia conſequutiue cognita formal'r, & oĩbus modis ſunt eadẽ, igitur nõ oporteret alia obiecta ꝑ participationem entia conſequutiue diſtincte cognoſci, ex hoc ꝙ intellectus diuinus ſuã eſſentiã, quæ eſt ens ꝑ eſſentiam cognoſcit, imo oĩa æque primo intuerentur a diuino intell'u in ꝓpria forma ſine aliqua cõſequutiõe. Confirmatur, quia Auer. contra Auic. 12. meta. non ponit in intelligentijs eſſe conſequutionẽ, nec in ſe, nec in ſuis actibus intelligendi.



A Amplius pateret Cõmen. conſil'es anguſtias quas patitur Themiſtius qui poſuit intell'm diuinũ cognoſcere oĩa inquãtum cognoſcit ſe eſſe principium oĩum, manifeſtum eſt aũt ꝙ ſi ita eſſet, ut ĩquit Themiſtius, ꝙ in cognitione Dei eſſet aliqua cõſequutio inter cognitionẽ principij, & principati, & ita eſt ſm te conſequutio inter intelligere ens per eſſentiã, & inter intelligere ens per participationem. Quod aũt dicit præfatus Doctor de tribus exẽplis adductis per Auer. facile excludi põt. nam exẽplis utimur, non ut ita ſint, ſed ut audiant qui addiſcunt, nam exẽplorum requiritur manifeſtatio, & nõ uerificatio, ut ſcribit Cõmen. in. 2. de aĩa. in cõ. 67. unde lucidiſſimus Them̃. in primo de aĩa. cap. 24. ſcribit. Ego uero primum illud demiror eorum qui hoc audent dicere, quod arbitrantur exẽpla uim probationũ habere, cum tñ exẽplum ad faciendã fidẽ infirmiſſimum argumentũ ſit. Amplius autem ex illis exẽplis non põt haberi illud q̃d deducit p̃fatus Doctor, nã licet cognoſcens calorem per eſſentiã inuentũ in igne, non dicat̃ ignorare nãm caloris exiſtentis in alijs rebus calidis, tñ in illa intellectione caloris ignei non intelligit iſte intell's omnes alios calores per participationem in alijs rebus calidis, ſm propria eſſe, & formaliter. quia non intelligit iſte intellectus formaliter niſi caloris eſſentiam, non tñ iſte in ꝓ-

B pria forma intelligit calorem lapidis, qui eſt, ut quatuor, & calorem plantæ, qui eſt ut quinque, ut clarum eſt, unde deductio eius uidetur peccare per fallaciam accidẽtis, cognoſco albedinem, quę eſt in pariete. ergo cognoſco parietem album, quia accidit albedini, ut eſt cognita a me, ꝙ ſit ĩ pariete, ita oĩa calida per participationẽ cognoſcuntur in cognitione caloris per eſſentiam, ſed nõ ſequit̃ ꝓpter hoc q̃d illis taliter cognitis cognoſcantur in propria forma, qa cognoſci in propria forma accidit, & extraneum eſt calidis ꝑ participationem, ut cognoſci dicuntur ad cognitionem caloris per eſſentiam, & ita patet ſolutio ad oĩa exẽpla adducta per ipſum. Amplius in ſeipſo hoc experiri potuit, nã nõ eſt dubium quod in entibus eſt ordo, & imperfectiora dicuntur contineri in perfectioribus, unde Ariſto. in. 2. de anima. in tex. cõ. 31. inquit, ꝙ uegetatiuum eſt in ſenſitiuo, ſicut trigonum in tetragono, & non oportet, q̃d qui diſtincte cognoſcit hoĩem qui eſt metrum oĩum eorũ q̃ ſunt hic q̃d principaliter, aut ꝯſequutiue intelligat oẽs alias ſpecies, & creaturas a quibus differt homo, unde Ariſto. & Com̃. & Them̃. in. 2. poſterio. dãnat in tex. cõ. 20. in illo cap. nõ autem oportet definientem, & diuidentem oĩa ſcire. Speuſippus, ut inquit Themiſtius in ſua paraphraſi. cap. 24. q̃ opinabatur, ꝙ ille qui diffiniturus eẽt aliquam rem debet

C prius cognoſcere oĩa a quibus differt, unde Ariſto. ibi manifeſte concedit aliquẽ hr̃e poſſe diſtinctam cognitionem de ſpecie nobiliori, eſto quod ignoret uiliorem diſtincte a qua illa nobilior diſtinguitur, & ideo ſine dubio cum ſupportatione, & reuerentia nõ medullitus penetrauit ueram opinionem tangẽdo Auer. ſed corticem uerborum tetigit ut ſtatim oſtendat, nam rectum eſt iudex ſui, & obliqui.

Dico igitur altius quædam repetendo neceſſaria circa hoc

riuationes uniuerſales ſub uniuerſalitate prodeuntes a cau
ſa uniuerſali, ſicut patuit per Auer. in loco p̄inducto in illa
quæſtione. & ideo amor induxit nos ad diuertendum in p̄
ſenti loco, quia tempore meo auctoritas Gregorij Arimi-
nenſis multum inualuit nedum Pariſiis, uerum apud Ita-
los, & tamen ni fallor in uia Auer. multa inducit, q̄ uel non
intellexit, uel finixt ſe non intelligere. Tertia ratio princi
palis eius talis eſt. nam uidemus ꝙ agens naturale in omni
bus ſuis partibus uniforme in diuerſis partibus eiuſdẽ ma
teriæ etiam penitus uniformis diuerſos cauſat effectus. uer
bi gratia ſperma maris agens in uniformem omnino mate
riam fętus diuerſa membra organica per ſe cauſat ex illa,
ex una enim parte cauſat neruum, ex alia os, & ex alia car
nes, et ſic de alijs? propter quid autem ex una parte genera
tur caro, & non os, & ex alia econuerſo? impoſſibile eſt di
cere niſi ponatur aliquod agens liberum im̃ediate concur
rere ſecundum ſe, & illud ad ſic agendum determinet. nõ
enim ad hoc poteſt ualere ſol, uel cœlum, uel aliud aliquid
naturaliter actiuum cum quodlibet tale indifferẽter ſe ha-
beat ad quaslibet illius materiæ partes, nec ex ſe taliter de-
E terminari poſſit, nec certe talis diſtincta cauſatio caſui eſt
attribuenda, qm̃ caſus non eſt niſi in his quę raro accidũt.
Hoc autem euenit ſemper. & oporteret ſm̃ hoc quaſi om
nes naturales actiones attribuere caſui, q̄d penitus eſt ab-
ſurdum, tale uero uniuerſale, & liberum agens oĩno Deus
eſt, & ſic agere ſine aliorum cognitione non poteſt. Ad
hoc reſpondetur in ſimili ſicut dicit Ariſt. contra Platonẽ
in primo de generatione & corruptione. tex. cõ. 7. Cauſa
autem propter quã non potuerunt confeſſa uidere inexpe
rientia fuit, non enim credendũ eſt ꝙ ſi aliquod agens, aut
paſſum materiale uideat̃ eſſe uniformę quantũ ad ſenſum,
quod ita ſit ex parte rei. Teſtantur hoc multa ſemina, quæ
tametſi parua admodum ſint, tamen diuerſas, & cõtrarias
qualitates, et proprietates in diuerſis ſuis partibus obtinẽt,
ſicut ſapientes medicinæ teſtant̃ de grano pſilij, cuius par
tes ſuperficiales ſunt frigidæ complexionis, partes aũt cen
trales ſunt calidæ, & in multis alijs hoc oſtẽdi poſſet. nam
modi mixtionum, & diſpoſitiones materiales uariantur in
infinitum. unde non eſt credendum in hoc ſenſui, qui licet
iudicet menſtruum mulieris, quod eſt materia generatio-
nis membrorum eſſe uniforme, imo ex parte rei habet ma
gnam difformitatem. unde Auic. dicit in cap. de cõplexio-
nibus membrorum. & etiam in capitulo de humoribus
F in prima Fen primi, ꝙ membra iſta quæ habent diuerſas
complexiones, ex diuerſis nutriuntur humoribus. aut ſm̃
Ariſto. ex ſanguine diuerſimode diſpoſito in ſuis partibus,
quia ipſe tenet ſolum ſanguinem nutrire. Amplius autẽ
hoc ex diſſolutione talium mixtorum experimento ſenſa-
to probari poteſt. nam uidemus ꝙ multæ herbæ, quæ ad
ſenſum nullam difformitatem primo aſpectu habere cer-
nuntur ſi in alembico ponantur, quę deſtillentur ſenſibili-
ter apparet in illa diſſolutione fluere aquã, aliquas aũt par
tes eſſe terreſtres, aliquæ uero ſunt aer & ignis. unde ratio
dictat ꝙ propter diuerſitatem approximationis agentis,
& propter maximam diuerſitatem, ex parte partium ma-
teriæ ipſius paſſi eſt magna difformitas in ipſis mixtis, li-
cet ſenſus aliter iudicet. Quarta ratio eiuſdem talis ẽ ex
quibuſdam effectibus apparentibus, & expertis cogimur
ponere aliquod ens quod habet certã notitiam de futuris
contingẽtibus ad utrũlibet. ergo naturaliter oportet pone-
re, ꝙ Deus cognoſcat alia a ſe. Antecedens ꝓbo. primo q
dem, qm̃ uiſum eſt, & expertum apud plurimos ẽ quoſdã
plurima, & frequẽter prophetaſſe futura, & ita eueniſſe, &

Quarta rõ eiuſdem.

G quoſdã habuiſſe,& hr̃e uera ſomnia de futuris, & quoſdã
habuiſſe notitiã interpretãdi,tam a ſomnioq̃, prophetias,
& interpretatione indigentes,ſicut non ſolum ex Chriſtia
norum,& Iudæorum libris,ſed etiam Gentilium patet,ac
etiam Philoſophorum.ut Auicẽ.6.naturalium. & cõmẽ.
Auer.teſtatur. Vnde in libello ſuo de ſomno & uigilia ait.
determinatum de natura ſomniorum,& quod eſt ſui gene
ris de cõp̃henſionibus diuinis,quæ non acquiruntur ſ͠m
acquiſitionem hominum.Dicamus ergo ꝙ iſtarum com-
prehenſionum quædam dicuntur ſomnia, & quædam di
uinationes,& quædam prophetiæ,& quidam homines ne
gant iſta,& dicunt ea accidere a caſu,ſed negare ea eſt ne-
gare ſenſata,& maxime negare uera ſomnia. nullus enim
homo eſt qui non uiderit ſomniũ quod enunciauerit ei ali-
quod futurũ,& cum homo experimentauit hoc multoties
uidebit,ꝙ hoc nõ accidit a caſu ſed eſſentialiter,& illæ aliæ
cõp̃henſiones & prophetię, licet non ſint uiſę,ut ſomnia
ita cõmuniter,ſunt tamen ualde famoſæ,& ea quæ ſunt fa
moſa apud omnes,aut ſunt neceſſaria ſecundũ totum,aut
ſecundum partem. impoſſibile enim eſt, ut famoſum ſit
falſum ſecundũ totum.hæc Cõmẽ.Cuius dictum ſpecia-
liter uolui allegare,qm̃ in principali concluſione opinionẽ
oppoſitam habet,& tamen hoc aſſumptum confitetur, &
dicit non poſſe negari.conſtat autem ꝙ talia non proueni
unt caſualiter,ſicut etiam ipſe Cõmen.probauit in prædi
H ctis ueris ſomnijs,& eadem fortior ꝓbatio eſt de prophe-
tis,nam impoſſibile eſt ꝙ idem homo frequenter uere ꝓ-
phetet a caſu.nam quod eſt caſuale rariſſime accidit, ergo
ſunt talia,& acquiruntur huiuſmodi hominibus ab aliqua
cauſa determinata,& impoſſibile eſt aliquã aſſignare niſi
illa habeat notitiã de illis futuris,de quibus prophetias,uel
ſomnia cauſat in homine,alioquin nõ per ſe, ſed caſualiter
talia cauſaret. Secũdo idem antecedẽs probatur ex eo q̃d
expertum eſt,plures homines habere circa ea q̃ ſunt agen
da per ipſos quoſdam quaſi naturales,& indeliberatos,ac
improuiſos inſtinctus,& impulſus cordis, ad eligẽdum ex
contradictorijs quod eis melius eſt:quos homines Philo-
ſophus ĩ libello de bona fortuna,bene fortunatos dicit. Ta
lium autem inſtinctuũ,nec natura,nec homines, nec ratio
hominis poteſt eſſe cauſa primaria, ut ibi Philoſophus ꝓ-
bat,ſed oportet ꝙ ibi ſit quid melius habens notitiã de fu-
turis,in quibus uult tales homines dirigere,& ꝓpterea ta-
les inſtinctus cauſat in eis.cõſequentia ſatis eſt euidens. nã
& huiuſmodi ens cognoſcens futura eſt Deus,& habet ꝓ
poſitum,nam ſequit̃ ex hoc ꝙ ipſe cognoſcat alia a ſe, aut
eſt aliquid infra Deum,& tunc per locum a minori ſequit̃
ꝙ talem notitiã Deus maxime habeat cũ ipſe ſit maxime
nobilitatis. Et confirmatur iſta conſequẽtia ex intentio-
ne aduerſariorum,nam Auer.huiuſmodi reuelationem ꝓ
I pter ſui nobilitatem dicit eſſe cõp̃henſiones diuinas,quę
non apprehenduntur per acquiſitionem hominis,ut ſupra
allegatum eſt. Item infra ait,ꝙ iſte modus dationis co-
gnitionis rei futuræ eſt ualde nobilis,& attribuitur princi-
pio nobiliori uoluntatis,ĩmo eſt a re diuina,& eſt ex perfe-
cta ſolicitudine erga hominem, ſi ergo talia noſſe ẽ perfe-
ctionis, & ex hoc attribuitur principio nobiliori hominis.
conſequens eſt ꝙ Deus qui eſt nobiliſſimus omnium hu-
iuſmodi perfectione non careat,unde Auicẽ. ubi ſupra de
hac materia tractans,quaſi principium aſſumit, ꝙ omnia
quę in mundo ſunt p̃ſentia,pręterita,& futura,habent eſſe
in ſapientia Creatoris. Item Philoſophus ubi ſupra illos in
ſtinctus bene fortunatorum reducit in principiũ ſupra ra-
tionem hominis,quod eſt melius, & nobilius ea, & exp̃ſſe
dicit,tale principium eſſe Deum,qui uidet futurum & pręſens,quorum ratio perijt.i.præterita,quorũ notitia perijt a
memorijs hominum.unde ratio iſta non debet cuiquã faci
lis uideri,quando propter ipſam Philoſophus coactus eſt
in principali concluſione,quæ in hoc inquiritur ſibi contra
dicere,ut ex dictis eſt euidens.propter iſtam mihi apparet,
ꝙ quilibet uolẽs naturalem rationem ſequi in auctoritate K
excluſa, cogitur ponere Deum habere notiam omniũ alio *Solutio.*
rum, hæc ille. Ad iſtud argumẽtum patet ex iam dictis
ſolutio.nam ut late diſputat Auer.in cõmẽ. ſuper libro de
ſomno & uigilia in illa parte ubi Ariſto. agit de diuinatio-
ne quæ eſt ſecundũ quietem,uult tandem ꝙ ſint ab intelli
gentia,tñ exeunt ab illa ſub ratione cõmuni & uniuerſali,
& anima imaginatiua recipit illam cognitionem ſingulari-
ter & ſignate.ſic enim omnes effectus ſunt a cauſis abſtra
ctis procedẽtes,& materia recipit illos ſignate,et cum hic,
& nunc,& dat exemplum dicens, & quemadmodum me
dicus enũciat,quod accidit corpori Sortis,& animę eius in
aliquo tempore terminato per duas propoſitiones, quarũ
una eſt uniuerſalis intelligibilis,& alia particularis ſenſibi-
lis, ita iſta enũciatio componitur ex uniuerſali quod datur
ab intelligentia,& ex intẽtione particulari ſimili illi uniuer
ſali,quare uero homo non cõp̃hendit ex iſtis particulari
bus,niſi illud quod eſt proprium ſuo tempori,& ſuo loco,
& corpori,& ſuis hominibus,abſq; alijs particularibus cõ
municãtibus eis in illa natura uniuerſali. hoc eſt qa neceſ-
ſe eſt,ut homo habeat in hac cõp̃henſione alterum duo
rum modorum generum cognitiõis, quę antecedit fidem,
ſcilicet cognitio præparans.ſ.cognitio imaginationis ima-
ginem informans,& debet antecedere fidem,& homo nõ
L poteſt acquirere iſtam cognitionem niſi in indiuiduis, quę
iam præſciuit,& maxime illa indiuidua circa quæ habuit
magnam ſolicitudinem. de eis autẽ quæ ſunt ignota apud
ipſum non poteſt acquirere ſcientiam. iſta enim fides licet
non eſt neceſſariũ,ut antecedat eam cognitio agens, tamẽ
neceſſe eſt,ut antecedat eam cognitio p̃parans etc.ubi pa-
tet iſtam fuiſſe mentem Auer.ſicut dicimus,& ita dicendũ
eſt pariformiter de prophetia ſecũdũ Philoſophos. Ad
auctoritatem Ariſt.in libro de bona fortuna pariformiter
dicendum eſt,ꝙ Deus omnia cognoſcit, ſed nobiliori mõ
q̃ nos,aut quam ſint in ſuo proprio eſſe. Aut aliter ꝙ il
le non erat locus diſcutiendi iſtam materiam,& ideo ibi lo
quitur, ut erat famoſum.nam q̃ſtio de cognitione Dei eſt
nobiliſſima,& maxime deſiderata ab hominibus, ut dicit
Auer.in cõ.51.12.meta. & pertinet ad ſciẽtiam diuinam,
& ideo contradicẽtibus auctoritatibus,circa hoc hincinde
magis adhibenda fides eſt ſciæ diuinæ,cuius intereſt hoc
determinare. Etenim ĩ ſimili etiam in 10.ethicorũ.cap.10.
ſcribit Deum ſolicitudinẽ habere de ſapiẽte,& eum ama-
re.inquit enim. Qui ſ͠m mentem operatur & eam colit,&
optime diſpoſitus eſt,amiciſſimus dijs uidetur eſſe. nam ſi
dij curam aliquam habent humanarum rerum,ut ęſtima-
tur & creditur,rõnabile eſt eos gaudere optimo,et cogna-
M tiſſimo.tale uero huiuſmodi mens eſt, & amantibus illam
maxime honorantibusq; fauere, tanquam rerum ſibi cha
riſſimarum curatoribus,& recte ac bene agentibus. quod
autem hæc omnia ſapienti maxime competant non eſt ob
ſcurum. amiciſſimum ergo deorum eundemq; feliciſſimũ
eſſe decens eſt.itaq; & hoc modo ſapiẽs utiq; erit maxime
felix.& Auer.ſcribit in cõmen.dixit. De eo autem qui agit
per intellectum,& fuerit obſequiũ eius ĩtellectui,& diſpo-
ſitio eius diſpoſitio bona uidetur, ꝙ ſi Deum amãs ualde,
& ſiquidem cura ſit Deo de hominibus,ut creditur,& de-
bitum eſt,& ſit quidẽ Deus gaudens de eo,qui eſt melior,
tunc gaudet de eo qui nititur aſſimilari ei ualde, & hic eſt
intellectus dignus.eſt ergo bene faciat eis qui amãt ipſum
plus,& ut honorificet eos, & uiſitet ipſos, ſicut ẽ diſpoſitio
amici cum amico ſuo,patet ꝙ litera.d.rationabiliter. nam
ibi erat in ſcientia morali,quæ eſt uia propria populorum:
ut ſcribit Auer.in ſuo prologo.1.phyſi.de Socrate,cui nõ
fuerunt apertę,ut exiſtimatur uię cõmunes & propriæ,qa
uoluit ambulare in uia ꝓpria populorum.i.moralibus tan
tum uoluit inſudare,iuxta illud Ariſto.in primo meta.So-
crate circa moralia philoſophante, & de tota natura nihil.
non eſt autem neceſſarium ꝙ populus, & rudes intelligãt
ueritatem,



A ueritatem, ſed ſufficit eis perſuadere aliqua principia,iuxta
quæ poſſint bene uiuere , quia iſta eſt intentio legiſlatoris.
unde Ariſt.12.meta.tex.cõ.50.loquẽs de chaldęis inquit.
Tradita ſunt autem a ſenioribus , & antiquis in fabulæ fi-
gura demiſſa poſterioribus , quia dij ſunt ij , uidelicet cor-
pora cœleſtia,& continet diuinam naturam uniuerſalem:
reliqua uero fabuloſe iam adducta ſunt ad perſuaſionem
multorum , & ad opportunitatem multorum ad leges, &
conferens.unde etiam Auer.in.2.meta.cõ.14. ubi Ariſto.
adducit impedimenta,quæ impediunt intellectum ſcire ue
ritatem,inter quæ ut dicit fortiſsimũ eſt conſuetudo in pue
ritia in rebus legis , & maxime in ſcientia diuina,quia plu-
res opiniones illius ſcientiæ ſunt radices legum,& ponun-
tur in legibus non ad ſciendum,ſed ad inquirendum boni-
tatem. Et cauſa in hoc eſt, quia complemẽtum hominum
non cõpletur niſi per congregationem,& congregatio per
bonitatem eſſe, ergo boni eſt neceſſarium , & non eſt ne-
ceſſarium eos ſcire ueritatem . & ita ni fallor diceret Ariſt.
& Cõm. ad iſtas rationes adductas cõtra ipſos de iſta con
tradictione. Colligentes igitur ſynceram ni fallor Ariſt.
& Auer. in tam ardua quæſtione ſententiam dicamus, ꝙ
intellectus diuinus ſolum ſuam eſſentiam intelligit,quę eſt
ens per eſſentiam in qua eminenter contĩnẽtur omnia alia
B entia , & perfectiones omnium , & talia entia ſic contenta
non ſunt aliud a dei ſciẽtia . Etenim ſicut ſupra dictum fuit
per locũ a minori ad maius ſi forma naturalis, quæ in ma-
teria,& eſt potentia intellecta habet nobilius eſſe, ut eſt in
humano intellectu , quia in meteria nõ eſt comprehenſio,
ſed in intellectu fit cognitio,& comprehenſio, & fit unum
cum intellectu qui in intelligendo perficitur ab ea,quanto
magis forma eadem cõſiderata quo ad eſſe quod habet in
intellectu diuino erit dei ſcientia ? Sed in hoc eſt differentia
ſecundũ Philoſophos de forma,ut eſt in intellectu noſtro,
& in intellectu dei , quia ut eſt in intellectu noſtro perficit,
& mouet ipſum , quia intelligibile eſt perfectio intelligen-
tis:ſed ut eſt in deo cauſatur a ſcientia ſua,& ſua ſcientia eſt
perfectio intelligentium , & omnium intelligibilium, quia
ſciẽtia dei,quæ eſt ſuamet eſſentia eſt maxime actiua.nam
ſi ars , quæ nihil aliud eſt q̃ forma artificialis in mente ar-
tificis.exiſtens teſte Ariſto. in ſeptimo primæ philoſophiæ
tex.cõm.23.ubi dicit. Medicinalis enim eſt,& ædificatiua
ſpecies ſanitatis , & domus : ſi talis inquam forma , & ars
eſt principium cum recta ratione factiuum , teſte Ariſt.in
ſexto ethicorum. etenim ut ipſe dicit.7.meta. ubi ſupra. A
ſpecie domus ſine materia exiſtente fit ſpecies domus ha-
bens materiam,quanto magis credẽdum eſt formam pri-
C mam quę abſoluta prorſus eſt ab omni materia,& ab om
ni potentia productiua erit immediate formarum ſine ma
teria,& aliarum in materia mediate?quod non potuit uide
re Gregorius ille Ariminenſis in ſecundo ſententiarum.
diſtin.1.quæſt.1.articu.1.in reſponſione ad rationem par
tis aduerſæ . ubi arguebatur quomodo in intelligentijs ſit
perficiens,& perfectum.dicit ꝙ illa ratio continet duo fal-
ſa,& ſecundũ cuius falſitas patet,inquit,eſt ꝙ prima intel-
ligentia intellectionis ſecundæ eſt cauſa efficiens , quia in-
telligitur a ſecunda.inquit ipſe,ꝙ falſitas iſtius patet ex pri
mo ibi declarato per ipſum, quia ſecũda intelligit primam
per eſſentiam primæ . Tum etiam quia ſi iſta ratione pri-
ma efficit intellectionem ſecundæ, quia intelligitur a ſecun
da,tunc cum ipſa prima intelligat ſe ipſa,igitur efficeret ſe-
ipſam . Dicimus nos ꝙ prima intelligentia formaliter
intelligit ſeipſam , & ſua intellectio eſt ſua eſſentia, nec ſic
cauſat,nec cauſare poteſt ſeipſam , quia nullus intellectus
hoc capere poteſt,ut aliquid ſeipſum cauſet ut ſit,ut inquit
beatus Auguſtinus,quia hoc implicat manifeſtam contra
dictionem , quia tunc aliquid eſſet antequam eſſet,ſed ſua
formalis intellectio, quæ eſt ſua eſſentia eſt cauſa efficiens
ab æterno omnis intellectionis cauſabilis, & iſta eſt natu-
ra intelligentiarum.ſcientia enim dei eſt cauſa efficiens to-
tius entis cauſati,ſed diuerſis modis. cauſare autem intelle D
ctionem non eſt formaliter intelligere.nam obiectum cau
ſat ſaltim partialiter intelligere,& tamen non dicitur intel-
ligere,& hoc eſt quod dixit Cõm. ꝙ in intelligẽtijs ſolum
eſt cauſa , & cauſatum , ſicut intelligibile eſt cauſa intelli-
gentijs,intelligibile enim eſt cauſa efficiens intellectionem
in intelligente . & ſic dei ſcientia efficit intellectionem ex-
tra ſe , quæ intellectio ſunt eſſentiæ ipſarum intelligentia-
rum,ſecundum ꝙ intelliguntur multi modi, quia aliud eſt
quod intelligit una,& aliud eſt quod intelligit alia,quia in-
telligentiæ deriuatæ, & cauſatæ a ſcientia dei cauſantur in
multa diſtantia,in participando perfectionem primi. Con
cludo ergo ſecundum Peripateticos ꝙ deus ſe ſolum intel
ligendo propter hoc non dicitur alia ignorare, immo om-
nia intelligit , & nobiliori modo quàm intellectus huma-
nus , aut alius aliquis intellectus poſsit ea intelligere , licet
enim non cognoſcat ea illo modo quo a nobis ,uel ab alijs
intelligentijs intelliguntur , tamen omnia intelligit modo
qui ſoli proprius eſt, quia nullus intellectus habet ens per
eſſentiam ſibi identificatum pro proprio,& adęquato ob-
iecto,niſi ſolus intellectus dei ſublimis.unde ſe intelligen-
do omnia entia cognoſcit , quia alia entia ab ipſo non ſunt
quid aliud a ſui ſcientia . unde ſicut poſsidens aurum non
dicitur carere argento, ſic intellectus comprehendens ma E
re entitatis , non dicitur ignorare riuulos qui a mari ema-
nant in alietate , & diuerſitate , & in mare reuertuntur , &
adunantur maiori uirtute , & robore quàm ſint in ſeipſis.
nam mare,teſte Ariſt. putreſcere nõ poteſt,riuuli poſſunt
ſeu ſtagna . ſic omnia entia cauſantur a dei ſcientia ſecun-
dum ꝙ apta nata ſunt cauſari,quia diſtantiæ entiũ,ut ſcri-
bit Cõm. in ſecundo cœli & mundi.cõ.63. ſunt ualde di-
uerſæ, ſed ſi talia conſiderata fuerint , ut ſunt ia ſcientia dei
ſunt nobiliori modo q̃ ſunt in ſeipſis,quia ut ſic ſunt idem
quod dei ſcientia . & hoc ſine dubio credo tenuiſſe omnes
Peripateticos,tamẽ ego teneo,& firmiter credo deũ etiam
omnia ſingularia cognoſcere in propria forma. Nã ut pro
pheta teſtatur, ipſe humilia reſpicit in cœlo,& in terra.non
enim opinio Philoſophorum debet nos deterrere in his,in
quibus uidentur a rebus fidei eſſe diſcordes,quia ipſi intan
tum proceſſerunt inquantum lumen naturalis rationis po
tuit eos ducere,ſed fides noſtra a ſupernaturali lumine ſpi-
rituſſancti illuſtratur , qui falli non poteſt , & ipſe ſit dator
auxilij.placuit autem nobis ſoluere ea argumenta Grego-
rij , quia deus , ut inquit beatus Auguſtinus , non indiget
noſtro mendacio . non enim rationes illæ ſunt ex mente
Philoſophi , & ne aliquis rationibus illis innixus amittat
meritum fidei. F

*Omne recipiens debet eſſe denuda-
tum a natura recepti.* Propõ.84.

VVLGATISSIMA Eſt propoſitio, & maximi
momenti in philoſophia.unde Auerr. in.3. de anima.
cõmẽ.4.inquit. ꝙ illa demonſtratio in tertio de anima
adducta ibi per Philoſophum fundatur ſuper duas propo-
ſitiones , quarum una erat,ꝙ intellectus materialis omnia
cognoſcit,ſicut dicit hoc eſſe per ſe manifeſtum. Secun-
da autem propoſitio eſt iſta quam habemus præ manibus
ſpeculandam,uidelicet, ꝙ omne recipiens eſt denudatum
a natura recepti . Gloſſatur autem per Auer. in tertio cœli *Gloſſa Auer.*
& mundi in cõ.67. iſto modo,ſi fuerit aliquod ſubiectum
receptiuum omnium formarũ, oportet abſolute & ſimpli
citer illud ſubiectũ eſſe denudatum ab omni forma , ita ꝙ
non ſit aliqua illarum , nec habens aliquam ex illis formis
quas recipit ſibi propriam,ſed eſt indifferẽter ſe habens in
potẽtia ad omnes formas,& ita ut dicit eſt prima materia ,
quæ recipit omnes formas tam perfectas , q̃ imperfectas:
& ideo eſt denudata ab omni forma , quia ipſa de ſe infor-
mis eſt,& eſt in potẽtia ad omnem formam. unde nullam
habet formam ſubſtantialem,neq; uniuerſalem,neq; par-

G ticularem, neq; imperfectam, neq; perfectam, ſicut dicit. Si aūt fuerit aliquod ſubiectū quod non eſt receptiuū omniū formarū ſimpliciter, ſed quarundam nō oportet, ut dicit ꝙ tale ſubiectum careat, & ſit denudatū ab omni forma ſimpliciter, ſed ſolum debet eſſe denudatum ab illa forma, uel ab illis formis reſpectu quarum tale ſubiectum dicitur eſſe receptiuum, & iſto modo elementa, quæ ſunt ſubiecta receptiua formarū mixtorum corporū ab illis ſolummodo oportet eſſe denudata, ſed non oportet ꝙ ab omni forma abſolute ſint denudata, quia elemēta remanentia elemēta non poſſunt eſſe priuata proprijs formis. unde niſi ita eſſet tunc nulla prorſus eſſet differentia inter primū ſubiectum ſeu primā materiam, & inter ſubiectum ſm, & materiam ſecundā contra Ariſt. & Auer. 1. phy. in cō. & tex. 82. ubi Ariſt. deſcribens in illo tex. materiam inquit. Dico autem materiam primū ſubiectum unicuiq;, ex quo fit aliquid cū inſit non ſm accidēs. ubi Cōm. dicit primo. intelligo enim cum dico materiam primū ſubiectum quod eſt in potētia non ſubiectū ex quo generatur res, & eſt in actu, & generatū ex eo eſt exiſtens per ſe, & nō per accidens, hoc enim ſm ſubiectum, & primū conueniunt in hoc quod generatum inuenitur ex eis per ſe. Et differunt in hoc ꝙ primū eſt in potentia, & ſm eſt in actu aut modo medio inter potentiam, & actū, ſicut eſt diſpoſitio in illo quod generatur ex pluribus uno ſubiecto.

H

Gloſſa alia eiuſdem.

Gloſſat etiā Auer. iſtam propoſitionem in. 2. de anima. in cō. 67. & dicit ꝙ eſt uniuerſaliter uera tam in receptione ſpirituali, ꝗ̄ etiam in receptione materiali. unde inquit. manifeſtum eſt ꝙ nō de neceſsitate illud quod mouetur a colore debet eſſe non lucidū, ſed debet eſſe non coloratū. nihil enim recipit ſe, aut eſt cauſa alicuius in recipiendo ipſum, & iſta eſt propoſitio manifeſta per ſe, & Ariſto. ea multotiens utitur, & indifferenter ſiue mouere, & recipere fuerint ſpiritalia, ſicut aer recipit colorem, aut materialia ſicut corpus mixtū ex lucido, & diaphano obſcuro recipit colorem. In tertio etiā de anima probat ueritatem iſtius propoſitionis iſto modo in cō. 4. dicens. ſm autem ꝙ omne recipiens aliquid neceſſe eſt, ut ſit denudatū a natura recepti, & ut ſua ſubſtantia nō ſit ſubſtantia recepti in ſpecie. Si enim recipiēs eſſet de natura recepti, tunc res reciperet ſe, & tunc mouens eſſet motū. unde neceſſe eſt, ut ſenſus recipiēs colorem careat colore, & recipiens ſonum careat ſono, & hæc propoſitio eſt uera, & ſine dubio.

Declaratio gloſſæ Auer.

I

Quō ītelligitur Auer. cōſequētia niſi recipiens eēt denudatum a nā recepti, idē reciperet ſeipſū, & eſſet mouēs, & motum.

Vnde uidetur eam limitare iſto modo quod recipiens debet eſſe denudatū a natura recepti ſm ſpeciē, quia alias idem reciperet ſe, & mouens eſſet motū. nam in his quæ ſunt eiuſdē ſpeciei quicquid per ſe cōuenit uni per ſe conuenit alteri, & ideo ſi fuerint duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, quorū unum eſſet recipiens alterū pariformiter idē poſſet recipere ſeipſum ſicut ſequitur, & tunc idē eſſet mouens, & motū, & per cōſequens in actu, & in potētia. unde parum infra Cōm. in eodem cōmento confirmādo iſtam limitationem ſcribit. Vtrū autē hæc ſubſtantia habeat formam diuerſam in eſſe a formis materialibus, adhuc nō declaratur ex hoc ſermone. q. d. licet per illam demonſtrationem Ariſt. demonſtraret intellectū poſsibilem eſſe denudatum ab omni forma materiali, quia eſt receptiuū omniū formarum materialiū, tamen ex illa demōſtratione nō apparet an ſit expoliatus a qualibet forma etiā immateriali, quæ eſt diuerſa a materialibus formis, & reddit cauſam dicens, propoſitio enim dicēs ꝙ recipiens debet eſſe denudatum a natura recepti intelligitur a natura ſpeciei illius recepti nō a natura ſui generis, & maxime remoti, & maxime eius quod dictū eſt per æquiuocationem. i. analogice, ſicut eſt ſubſtātia, & ens, & unū, quæ plerunq; ab Auer. dicuntur genera multipliciter dicta. i. ſm prius, & poſterius, naȝ de mēte eius genus dupliciter dicitur. uno modo pro genere uniuoce dicto, & iſtud eſt genus logicū, & etiam dicitur de genere dicto ſm prius, & poſterius. i. analogo, ut eſt uidere. 5. meta. cō. 4. & 1. de anima. cō. 7. & alibi frequēter, ut alias probaui diffuſius.

Propter opinionē Ale. q putat ī hoc loco ab Ariſt. oſīdi ꝙ ītell's nō ſit act', ſed ſubā in potētia tm̄, & mā itelligibiliū, & ut

Opīo Iohānis de Gādauo.

Iohannes autem de Gandauo in tertio de anima. in. queſt. 4. inquit, ꝙ aliquid eſſe denudatum ab aliqua intelligitur dupliciter. Vno modo ſm eſſe, ut dicimus ꝙ Sortes eſt ſeparatus a Platone, & uniuerſaliter ſic ſe habent illa, quorū unum non eſt coniunctum ſm ſubſiſtentiam cū alio. Alio modo intelligitur aliquid eſſe denudatum ab alio ſm quiditatem ſeu eſſentiā, ſicut cum quiditas unius nō eſt quiditas, & eſſentia alterius, quanuis ſint coniuncta ſm ſubſiſtētiam, ut dicimus ꝙ materia prima eſt denudata ab omni forma ſeu actu, non quod ſm ſubſiſtētiam ſi ſeparata ab omni forma, ſed quia quiditas, & eſſentia materiæ primæ non eſt quiditas nec eſſentia alicuius formæ, ut patet. 1. phyſi. & ſic eſt in multis alijs con ſimiliter. poſsibile enim eſt ꝙ aliqua duo ſint ſibiinuicem coniuncta ſm eſſe, ita ꝙ ſint in eodem loco, & eodē ſubiecto, & tamē eſſentia unius diuerſa eſt ab eſſentia alterius, ut ſciunt parum exercitati in philoſophia Ariſt. unde iuxta iſtam ſolutionem ſoluit multa argumēta in illa quæſtione de tactu reſpectu qualitatū tangibilium, dicendo ꝙ licet tactus non ſit denudatus ab omni tangibili ſm eſſe ſubſiſtētiæ, tamen ipſa uirtus tactiua eſt denudata eſſentialiter ab omni qualitate tangibili. Sic. ſ. ꝙ eſſentia ipſius non eſt aliqua qualitas tangibilis, ſed eſt uirtus animæ naturalis fundata in organo habente quandam medietatem, & proportionem omniū qualitatum tangibiliū.

L

Et ſic dicit de intellectu quod eſt eſſentialiter denudatus ab oibus formis materialibus, & earum ſpeciebus, quanuis ſit coniunctus ſecundum eſſe cū multis, & forte omnibus ſpeciebus intelligibilibus formarū materialiū. Et eodem modo reſpōdet ad illud de uiſu, & uiſibili. Dicit enim ꝙ uiſus non eſt ſeparatus ſecūdum eſſe ab oibus coloribus, ſicut bene arguebatur uidelicet, quia omnia mixta colore participant ex libro de ſenſu, & ſenſato. Tamen alia eſt quiditas uiſus ab omni colore, & ſic denudatus eſt ſm eſſentiam, licet non ſecundum ſubſiſtentiā, & rurſus quilibet uiſus non cognoſcit colorem ſui organi in quo exiſtit. Quanuis forte uiſus unius animalis cognoſcit, uel cognoſcere poſsit colorem organi uiſus alterius animalis. & ita breuiter ſecundū prædictum doctorē propoſitio noſtra quæ proponitur hic, locū habet iſto modo ꝙ recipiēs debet eſſe denudatū a natura recepti ſecundū eſſentiam, & non ſecundū ſubſiſtentiā. Sed iſta gloſſa Iohannis cōtradicit Cōm. expreſſe in. 3. de anima. cō. 4. ubi dicit ꝙ. 2. propoſitio ſuper qua fundatᷣ demōſtratio Ariſt. eſt iſta uidelicet, ꝙ recipiens debet eſſe denudatū a natura recepti, & ut ſua ſubſtātia, nō ſit ſubſtātia recepti in ſpecie ubi duo ſimul iuncta cōcurrunt in uerificando illam propoſitionē uidelicet, ꝙ recipiēs debet eſſe denudatū a natura recepti, & hoc quantū ad eſſe, & quod ſubſtantia eius nō ſit ſubſtātia recepti in ſpē, & hoc quantū ad eſſentiam.

M

Impugnatio.

Amplius ſi recipiēs ſm eſſe nō debet eſſe denudatum a natura recepti, tūc aliquid ſm eſſe hn̄s aliquā formā eſſet ratio recipiēdi ſuo ſubiecto cōſimilē formā in ſpecie, & ſic idē eſſet mouens, & motū, & in actu, & in potētia, & ſic nulla eſſet probatio, qua utitur Auer. in uerificādo illam propoſitionē. Amplius quod dicit de tactu nihil eſt. nam mirū eſt quō non uiderit gloſſam Cōm. in. 3. de anima. in cō. 4. ubi occurrit tacite obiectioni. nam gloſſauit Cōm. illam propoſitionē iſto modo ibi uidelicet, ꝙ recipiēs debet eſſe denudatū a natura recepti ſm ſpēm. unde infert, ꝓpoſitio. n. dicēs ꝙ recipiēs debet eſſe denudatū a natura recepti intelligitᷣ a natura ſpēi illius recepti, nō a natura ſui generis, & maxime remoti, & maxime eius quod dictū eſt per equiuocationē, & ideo diximus ꝙ in ſenſu tactus inuenitur mediū inter contraria, quæ cōprehendit. cōtraria enim alia ſunt in ſpecie a medijs. Et mirū eſt de Iohāne, quō reſponſionē iſtam quæ eſt Cōm. in ſimili argumēto non uiderit. unde ſenſus tactus nō poteſt eſſe denudatus a tota latitudine qualitatū tangibilium ſecundū genus, quia organum in quo cōſiſtit requirit certā, & determinatam cōplexionem, quæ

Intelligēdo medio iemæ, nō autē de medio tranſitus.



A

quæ reſultat ex actione, & reactione qualitatū primarum in elemētis repertarū, quæ in mixtione diuiduntur ad minima, ut plurimū unius contangat plurimū alterius, ſicut dicit Princeps in cap. de cōplexionibus. & ideo ſufficit, ut ſit denudatus ab excellentijs cōtrariorum quas cognoſcit, & recipit. unde. 2. de anima. tex. cō. 118. Aequaliter calida, & æqualiter frigida non ſentimus. & ideo bene dixit Auer. in tertio cœli. cō. 67. ꝙ ſi ſubiectum fuerit ſimpliciter receptiuum cuiuslibet formæ, oportet illud eſſe denudatū ſimpliciter ab omni forma. ſi uero ſm quid etiā ſufficit ipſum ſm ſe ab illa forma eſſe denudatū. Ad illud autem quod de uiſu dicit. Io. multū decipitur. Nam Ariſto. in. 2. de anima. in tex. c. 71. inquit. Eſt autem coloris ſuſceptiuū quod ſine colore, ſoni autem abſonū, & tex. cōm. 83. ait, ꝙ per ſe quidem inſonabilis aer. ubi Cōm. in cōm. ait, ꝙ quemadmodū ſi diaphanum haberet colorem non reciperet colores, ſic ſi aer haberet ſonos ex ſe non reciperet ſonos. & 3. de anima Cōm. dicit. cō. 4. unde neceſſe eſt, ut ſenſus recipiens colorem careat colore, et recipiens ſonū careat ſono.

Cauſa erroris.

Sed quid fuit in cauſa, ꝙ Io. deceptus fuit. Certe fuit famoſitas propoſitiōis, quæ dicit ꝙ omne mixtū colore participat, quæ ſcribitur in libro de ſenſu, & ſenſato. ſed de hac fuit in proprio theoremate late dictū. nam color in libro de ſenſu ſumitur nimis cōmuniter pro qualibet qualitate uiſibili, ſicut eſt lux, ſed non intelligitur pro uero colore proprie dicto, ut eſt qualitas quædā ſecunda reſultans ex debita cōmixtione lucidi cū opaco. nota enim iſto modo uerum eſt dicere, omne mixtū corpus coloratum eſſe. unde organū uiſus, ſiue pupilla, ſiue humor cryſtallinus fuerit, ſiue nerui optici, ut aſſerunt medici non habet ſic colorem dictū quantumq; tale organū ſit, aut poſsit eſſe lucidū. unde Auer. in. 2. de anima. cōm. 67. in digreſsione dicit propter uerba Ariſto. in tex. ubi dicit, omnis color motiuus eſt eius quod eſt ſecundū actum diaphanū, & hæc eſt eius natura, quod manifeſtū eſt, ꝙ non de neceſsitate quod mouetur a colore debet eſſe nō lucidum, ſed non coloratū, nihil enim recipit ſe, aut eſt cauſa recipiendi ſe. licet enim color proprie dictus non niſi in corpore mixto reperiri poſsit, nō tamen omne mixtum coloratum eſt ſicut ſimitas non niſi in naſo reperiri poteſt, non tamen omnis naſus ſimus eſt, & ita eſt de odore, ſono, & ſapore. Vnde organū uiſus in ſua naturali diſpoſitiones conſtitutū eſt abſcolor, quia aliter uiſus non bene iudicaret de omnibus coloribus. unde manifeſtat ſenſata experiētia, ꝙ ubi contingit in hicteritia ægritudine ubi organū uiſus infectum eſt ex ſparſione choleræ, que eſt citrini coloris, uidemus tales hictericos iudicare omnia eſſe citrini coloris, & ita organū guſtus in ſua naturali diſpoſitione exiſtens caret omni ſapore quod experimento comprobatur in infirmis, qui propter habere organum infectū aliquo humore amaro iudicant etiam dulcia eſſe amari ſaporis, intus enim apparens, ut inquit Ariſt. prohibet extraneum.

B

C

Dubium.

Sed dices propter quid contingit, ꝙ ſenſu uiſus omnes colores percipimus, ſenſu autē tactus nō poſſumus omnes qualitates tangibiles percipere, quandoquidē teſte Ariſto. in. 2. de anima. tex. cō. 118. æqualiter calida, aut frigida, aut mollia, uel dura non ſentimus.

Solutio.

Et ad hoc ex iam dictis patet ſolutio. nam organum uiſus eſt abſq; omni colore, ideo omniū oculorum ſuſceptiuum eſt. conſiſtentia autē organi tactus a tota qualitatū primarum latitudine expoliari non potuit, ſed ſolum denudatū eſt ab excellentijs earū, eſt enim in mediocritate quadā conſtitutum, & ideo exceſſus, & defectus poteſt percipere, mediū enim, ut inquit Cōm. ſpecie differt ab extremis. ſufficit autem ſicut dicit, ut recipiēs ſit denudatum ſecundū ſpeciem ab extremis.

Tractus eni animæ ualde materialis.

Difficultas

Sed tunc iterū eſt difficultas contra Auer. Nam. 6. phyſicæ auſcultationis. cōm. 32. ipſe diſtinguit de duplici medio. inquit enim declarando ꝙ ſit primū in qualibet tranſmutatione, ꝙ primū naturaliter in tranſmutationibus, quæ ſunt in qualitate, manifeſtum eſt in coloribus cum bene apparet ꝙ inter colores ſunt media finita naturaliter in numero.

D

Et intelligo hic per medium non illud quod diuerſatur ſecundū magis, & minus. Sed illud quod diuerſatur ſecundū formam, & qualitatem, quoniā pallidū non differt ab albo ſecundū magis, & minus, ſed ſecundū qualitatem, & ſi nō eſſent eiuſdem ſpeciei. In guſtabilibus autem uidetur, ꝙ ita ſit ſicut in coloribus. In primis autem qualitatibus. ſ. caliditate, & frigiditate uidetur, ꝙ mediū ſit temperatū. Tranſmutatum enim in principio cū tranſmutatur de calido in frigidum, dicitur ꝙ quoddam eſt in calido, & quoddam in tēperato cū inter calidū, & temperatū non eſt qualitas media, ſed ſecundū magis, & minus. Quoniam manifeſtū eſt per ſe, ꝙ cum tranſmutatū amittit partem calidi, & acquirit partem frigidi, ꝙ quędam pars eius eſt in calido, & quædam in tēperato, quoniam nō eſt calidum ſecundū totum, neq; temperatum ſecundū totum. Et conſimilem diſtinctionem de hoc habet in cōmento ſuper tertio meteororū. in cap. de iride. ubi dicit ꝙ mediū dicitur ſecundū duas ſpecies. unū eorum eſt ſecundū ueritatem et prius, & eſt medium inter duo contraria, cuius eſſe cōſiſtit in cōplexione duarum extremitatū, & ipſum ſecundū quiditatem eſt diuerſum a duabus extremitatibus. Secundum autem dicitur ſecundū ſimilitudinē, & ſecundū poſterius, & eſt mediū inter duo contraria ſecundū quantitatem tantum. uidetur igitur, ꝙ reſponſio Auer. ad tacitam obiectionem quam dat de tactu reſpectu qualitatū tangibiliū non ſit ad propoſitū, quia mediū non ſpecie diſtinguitur ab extremis ſeu ſecundū quiditatem, & ſimpliciter, ſed ſolū ſm magis, & minus.

E

Solutio.

Niſi eſſet, ꝙ in tali medio in quo ſunt cōtraria refracta per unū contrariorū poteſt dici ſpecie diſtingui ab alio extremo cuius eſt receptiuū.

Dubium.

Sed tunc inſurgit cōtra eandē gloſſam Auer. una alia difficultas. nam ſi recipiēs debet eſſe denudatū a natura recepti ſm ſpeciē, & hoc eſt uniuerſaliter uerū, ſicut ipſe fatetᷣ in. 2. de anima. cōmē. 67. de qualibet receptione tam reali, ꝗ̄ ſpiritali, tunc igitur materia habens formā ſubſtantialem ignis poſſet illa remanēte recipere formā aquæ aut terræ, quia iſtæ formæ ſicut patet cōſideranti ſunt ſpecie differentes. hoc autē minime fieri poteſt, ut patet in. 2. de generatione, & corru. ubi agitur de modo tranſmutationis ſubſtantialis elementorū adinuicē.

Solutio.

Niſi eſſet ſicut ſcribit Auer. in. 3. cœli & mundi. in cō. 67. iuxta uerba Ariſt. ibi in texu ubi dicit. Sic & elemēta oportet putare quemadmodū materiā eſſe cōpoſitis, propter quod & poſſunt tranſmutari adinuicē ſeparatis his, quæ ſm paſsiones differētijs. Vbi Auer. exponēs dicit. i. quia formæ elementorū nō recipiunt ſeipſas cū ſint eiuſdem generis. Cōtingit ꝙ non generantur adinuicē, niſi cū recipiens exuit formā, et recipit formam receptā: & ideo nō ſunt elemēta adinuicem, & hoc nō cōtingit in receptione formarū compoſitorum. ſ. ut denudentur a ſuis formis apud receptiones formarum cōpoſitorum.

F

Formæ enim compoſitorū ſunt aliæ a formis eorū. Formæ quidem eorū licet ſint diuerſæ, tamen in eodē ordine ſunt in ſubſtantialitate. ſ. quod impoſsibile eſt, ut quædā ſint materiæ formarum quarundam, & omnia iſta manifeſta ſunt exercitatis in hac ſcientia. Secundum igitur iſtam expoſitionem oportet illo modo illud dictū Auer. gloſſare per ſeipſum ꝙ recipiens, & receptum debent ſpecie differre, ita ꝙ non ſint eiuſdem ordinis in ſubſtantialitate præcipue in uera tranſmutatione reali, quæ fit cum abiectione contrarij, & ideo quia formæ elementornm, ut ſunt in meteria ſunt contrariæ, uel ſecundū ſe, ut uoluit Alexan. Vel ratione cōtrariarum qualitatū cum quibus exiſtunt in materia, ſic unū elementum nō poteſt eſſe materia alterius. Sed quantū ad intellectū poſsibilem iſta gloſſa hoc modo intellecta locū nō habet uidelicet, ꝙ intellectus poſsibilis hn̄s ſpēm unius elemēti nō poteſt recipere ſpēm alterius, quia uidelicet elemēta ſunt eiuſdē ordinis in ſubſtātialitate. Et ratio eſt iſta, quia formæ quæ cōtrariantᷣ in mā, nō cōtrariantᷣ in intelle-

Oē recipiēs dēt eē denudatū a natura recepti ſm ſpeciē, atq; ita, ut nō ſit in eodem ordine ſubſtantialitatis, neque cōtrarias requirant qualitates.

G

ctu. Vnde Cõm.6.primæ philoſophiæ.cõ.ulti. inquit. Et intendebat per hunc ſermonẽ declarare diuerſitatem duorum entiũ,ſcilicet entis quod eſt in intellectu,& entis quod eſt extra intellectũ. Quod enim eſt in anima cõtingit,ut recipiat duo oppoſita inſimul, quod nõ poteſt eſſe extra animam,quia materia recipit contraria ſucceſsiue, & cauſa in hoc ꝙ intellectus comprehẽdit inſimul, duo oppoſita eſt, quia natura primorũ oppoſitorum in intellectu.ſ.ueri, & falſi nõ eſt natura primorũ oppoſitorum extra animam ſcicilicet boni & mali. uerũtamen uerũ, & falſum ſunt in cognitione, & bonũ & malũ eſt in materia, & nullũ entium quę ſunt in cognitione dicitur eſſe ſimpliciter ſecundum ꝙ eſt extra animam, & propter hoc noli mirari, quia licet iſta propoſitio uera ſit tam in receptione ſpirituali, ꝗ̃ etiam in receptione materiali,quia tamen iſtæ receptiones ſunt multum differentes, & præcipue receptio ſpiritalis, quæ eſt in intellectu,& receptio realis,quæ eſt in prima materia.nam ut ſcribit Cõm. 3.de anima.cõm.28.Materia nõ eſt cauſa receptionis ſimpliciter,ſed cauſa receptionis tranſmutabilis.ſ.receptionis huius entis indiuidualis. unde neceſſe eſt, ut illud quod nõ recipit receptione indiuiduali non ſit materiale aliquo modo.Et propter hoc aliqua ſunt neceſſaria ad uerificandũ illam propoſitionem in receptione materiali,quæ fit cũ uera actione, & cum abiectione cõtrarij,quæ non ſunt neceſſaria ad uerificandũ illam in receptione ſpiritali.

H

Difficultas

Sed tunc inſurgit alia difficultas contra Ariſto. & Auer.Nam non uidetur eſſe uerũ, ꝙ in receptione ſpiritali recipiens debet eſſe denudatũ a natura recepti, quia ibi nõ eſt neceſſarium, ut mouens ſit diſtinctum a re mota, ſicut ſcribit expreſſe Cõm.in.8.phy.cõ.40.ubi habet ꝙ in motu æquiuoco qualis eſt, qui inuenitur in entibus abſtractis idem poteſt eſſe mouens & motũ. Et confirmatur,quia in abſtractis a materia idem eſt intelligens,& intellectũ,ut patet.3.de anima.tex.cõ.15.ubi dicitur ꝙ in his, quæ ſunt ſine materia,idẽ eſt intelligens,& quod intelligitur.

Solutio.

Niſi eſſet quod ut ſcribit Cõm. in lib.deſtructio deſtructionũ, in diſpu.3.in ſol'.18.dubij. Perfectio in ipſis ſeparatis intelligentijs latitudinẽ habet magnã.unde.3.de anima.cõ.19. intellectus materialis eſt infimus in genere abſtractorũ,& ideo accidit ſibi inquãtum intellectus eſt ꝙ ſua intellectio non identificatur cũ ſua eſſentia propter ipſum eſſe propinquum cõtinuo,& tẽpori. nam ſicut dicit Ariſt. in.2.de anima.tex.cõ.151.anima magnũ tempus apponit in ignorantia,ſed in alijs intelligẽtijs, quæ ſunt perfectiores in talibus intellectio,& intellectus, & intelligibile identificantur, & hoc maxime ueritatem habet de primo intellectu, ut dicit Cõ.12.meta.cõ.51.

Dubium. I

Vltimo aũt dubitatur propter quid intellectus materialis ſi debet recipere formas materiales debet eſſe denudatus a materialitate. Si aũt intelligit immaterialia nõ oportet pariformiter in uirtute iſtius propoſitionis ipſum eſſe denudatũ ab immaterialitate.

Solutio.

Ad hoc dicimus ꝙ Auer.hoc argumentũ dimiſit inſolutum in cõm.5. in.3.de anima. inquit.n.utrum autẽ hæc ſubſtantia.ſ.intellectus poſsibilis habeat formam diuerſam in eſſe a formis materialibus,adhuc nõ declaratur ex hoc ſermone. propoſitio enim dicẽs, ꝙ recipiens debet eſſe denudatũ a natura recepti intelligitur a natura ſpeciei illius recepti nõ a natura ſui generis,& maxime remoti,& maxime eius quod dicitur per æquiuocationẽ.

Quare itellectus intelligẽs immaterialia non eſt carens immaterialitate.

Tamẽ ratio diuerſitatis in hoc eſt in promptu,quia ſecundũ Philoſophos impedimentũ ſemper eſt a materia.unde immaterialitas nõ impedit cognitionem,immo promouet.ſic ſcribit Auer. in libro deſtructio deſtructionũ,in diſpu.5.in ſolutione ſecundi dubij.dicens. Vnde dicimus ex Philoſophorum cõcluſionibus ꝙ ens incorporeũ eſt in ſe pura ſciẽtia tantũ, ipſi enim opinati ſunt ꝙ formæ ſunt inſcientes, prout conſiſtunt in materia,& ſi forte inueniretur aliquid in materia nõ conſiſtens, manifeſtum eſt,ꝙ eſt pura ſciẽtia,& intellectus,& intellectũ non eſt aliud in eſſentia a forma rerũ a materia ſeparatatum.

K

Propõ.85.

## *Eadem ſunt principia, & cauſæ eſſendi, & cognoſcendi.*

FAMOSA Eſt propoſitio,& ſic declaratur.nam ſcire ſimpliciter eſt cauſam cognoſcere propter quaꝫ res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & quod impoſsibile eſt aliter ſe habere.unde.1.phyſi.non contingit ſcire,& intelligere in omnibus ſciẽtijs,quarum ſunt principia aut cauſæ, & elementa niſi ex horum cognitione. & Auic.in prima Fen primi,doctrina prima,in cap.de ſubiectis medicinę inquit. Cognitio uniuſcuiuſq; rei habẽtis cauſas acquiritur cognitis cauſis eius,& completur quando fuerint cognita omnia inhærentia illi rei.

Cõtra Gẽtilẽ, Mundinũ,& Iaco.de Forliuio.

Vnde mirũ eſt quomodo fere omnes expoſitores hallucinẽtur in illo loco atq; conueniant in declarando penes quid attenditur ſcientiæ acquiſitio, & penes quid ſciẽtiæ complementum,cum ipſe author ſeipſum ibidem declaret. Vnde in re notiſsima litigant,& nodum in ſcirpo quærunt. Vnde cõm. Auer.in primo de anima. cõmen.3.habet conſimilem ſententiam dicens. Cognitio uniuſcuiuſq; generis, & ſpeciei eius non complebitur niſi per cognitionem ſubſtantiæ illius ſpeciei, & per cognitionem eorum,quæ contingunt ei, ut dictum eſt in poſterioribus analyticis,& eſt in primo poſteriorum tex.cõm.43.

L

Vna autem ſcientia eſt,quę eſt unius generis quæcunq; ex primis componuntur, & partes ſunt paſsiones per ſe, & Auer. iuxta hoc in prologo ſuo ſuper libro phyſicorum inquit,ꝙ intẽtio ſcientiæ naturalis eſt cognoſcere cauſas ſpecierum ſenſibiliũ, & cauſas uiſibiles in ſpeciebus accidentium.unde circa iſta conſiſtit perfectio, & complemẽtum ſcientiæ primo in cognitione quiditatiua ſui ſubiecti,& ſpecierum eius,quę habetur per cauſas,ſi cauſas habuerint.& hoc eſt intelligere proprie loquendo, & in cognitione demonſtratiua omnium proprietatũ, & hoc proprie eſt ſcire. Aduerte tamen,ut inquit lucidiſsimus Themiſtius in primo phiſicæ auſcultationis, cauſæ apud Ariſtote. ſunt efficientes & fines. Concauſæ autem ſunt materia, & forma, & poſtremo elementa. Verum Plato cauſis addidit exemplarem,quia poſuit ideam.Concauſis autem addidit inſtrumentariam ſiue officialem.

Non qualibet cã iſtrumentalis reducitur ad cauſam efficientem.

Vnde animaduerte etiam in uia Peripateticorum ꝙ non eſt uniuerſaliter uerũ cauſam inſtrumentariã ſemper reduci ad genus cauſæ efficientis,immo etiam quandoq; reducitẽ ad genus cauſæ materialis. nam certũ eſt ꝙ diaphaneitas concurrit tanꝗ̃ cauſa inſtrumentalis in illuminatione aeris.Patet autem ꝙ nõ concurrit in genere cauſæ efficientis.nam talem efficit corpus luminoſum, nec etiam cõcurrit tanꝗ̃ forma,quia aer formaliter nõ lucet diaphaneitate,ſed lumine. Neq; etiam concurrit tanꝗ̃ finis, quia potius diaphaneitas eſt propter lumen non econtra.Relinquitur ergo ut concurrat in genere cauſæ materialis,quod etiam oſtendit diffinitio data de lumine ab Ariſt.in.2.de anima.in tex.cõ.68.ubi dicitur lumen eſt actus diaphani ſecundũ actum.

M

Quodlibet genus cauſæ hẽt proprias diſpoſitiones.

Immo ſi ſubtiliter rimari uelis,unũquodq; genus cauſę in ſuo proprio genere uidetur determinare ſeu appropriare ſibi aliquas diſpoſitiones, ſicut patet intuenti librum de ſubſtantia orbis ipſius Auer. Et eſt ultra hoc etiã ratio. nam ſicut ſe habet diſpoſitio agentis ad agens, ſic diſpoſitio paſsi ad paſſum,ſed diſpoſitio agẽtis cauſat efficienter, ergo diſpoſitio patiẽtis cauſat materialiter. Vnde iſtę ſunt diſpoſitiones dictę occultę a medicis, quæ ſe tenent ex parte materiæ,& ſunt uariabiles in infinitum,& non poſſunt ab homine cognoſci a priori,ſed ſolo experimento, & illę ſunt, ut inquit Auer.in tertio colliget, quæ reddunt artem medicinæ imperfectam.nam ut ſcribit Auicen.in prima Fen primi,doctrina prima,in cap.de complexionibus. Dedit deus glorioſus unicuique indiuiduo complexionem ſibi propriam, in qua aliud indiuiduum ſibi aſſociari eſt impoſsibile.

Licet enim beatus Auguſtinus in libro de ciuitate Dei, ut refert Concilia.in differentia.23.dicit,quòd fuerunt duo





A

gemelli qui ita ſe habebant, ꝙ quando unus ridebat alter etiam ridebat, & quando unus triſtabatur, & alter etiam triſtabatur, & uno ægrotante alter ægrotabat. cuius cauſam Hippocrates interrogatus dixit,quia ex eodem patre, & ſimili aluo, & nutrimẽto,& ſimili regimine fuerunt producti,& educati. Poſidonius autem aſtrologus de eodem interrogatus retulit hoc ad identitatem ſtellarum, cuius tamen reſponſionem poſt poſuit Auguſtinus, & illam Hippocratis prætulit. Conſimile narrat etiam Almanſor de duobus gemellis qui erant adeo ſimiles, ꝙ tempore magnæ famis, & penuriæ unus eorum accedebat ad matrem quæritans panem,quo ſemel accepto iterato poſt paruam moram reuertebatur ad matrem ſimulans ſe eſſe alium, & quia ſimilitudo eſt cauſa deceptionis,illo modo matrem decipiebat. Hoc etiam narrat Albertus Magnus in nono de animalibus. Et Quintilianus in declamatione ſeptima, pro duobus gemellis infirmantibus deſperantibus reliquis medicis de eis unus medicorum ſalutem promittit ſi alterius uitalia .i. membra interiora reſpiciantur, & concedente hoc patre innuit Quintilianus ꝙ ex omnimoda fere ſimilitudine uiſa, & cognita ægritudine unius per anatomiam alter curatus fuit, unde uxor uirum incuſauit malæ tractationis. Licet omnia iſta uera ſint,tamen eſt aliqua differentia inter unam complexionem unius indiuidui,& aliam ſicut eſt alia,& alia forma.

B

Non ergo credendum eſt omnem inſtrumentariam diſpoſitionem ad genus cauſæ efficientis reduci.

Principiũ cã et elemẽtum dupliciter.

Reuertamur igitur ad declarationeꝫ propoſiti Theorematis,ꝙ iſta nomina principiũ, cauſa,& elementum,ut ſcribit Cõmen.in primo phyſicorum cõmen. primo quandoq; ſumuntur communiter, & quandoq; ſumuntur proprie. Cõmuniter autem ſumpta confunduntur adinuicem, ita ꝙ cauſa cõmuniter ſtat pro omni cauſa in quocunq; genere cauſante, & ſimiliter principium, & elementum. Tamen quando ſumuntur proprie,cauſa dicit ſicut ſtat pro cauſa finali.nam finis eſt cauſa cauſarum, ex ſecundo phyſicorum. nam cauſalitas finis eſt incauſata. Principium autem proprie dicitur de agente,& mouente cauſa. Vnde Ariſto.ubiq; locorum ubi deſcribit cauſam efficientem dicit ꝙ eſt principium unde motus,de ratione enim principij eſt primum eſſe, ut dicit Ariſt.in principio.5.metaphy. & quia cauſa efficiens in eſſe reali præcedit omnem aliam cauſam, licet enim finis in intentione, & quo ad cauſalitatem præcedat cauſalitatem agentis, ſed quo ad eſſe eſt oppoſito modo,& appropriate nomen principij attribuitur cauſę agenti,& mouenti, differentia autem inter mouens, & agens nota eſt ex primo de generatione, & corruptione.in tex.cõmẽ.43. & infra, quia omne agens eſt mouens, & non econuerſo.

C

Aliquid poteſt eẽ principiũ eſſendi,& nõ cognoſcendi.

Elementum autem appropriatur cauſis intrinſecis,præcipue tamen materiæ propter cauſam quam diximus ubi de diffinitione elementum loquebamur. Nota etiam ꝙ aliquid poteſt eſſe principium eſſendi quod non eſt principium cognoſcendi ſicut prima materia, quæ de ſe ignota eſt,quæ tamen in proprio genere eſt cauſa materialis reſpectu compoſiti, tamen de ſe non eſt principium cognoſcendi niſi,ut ſtat ſub forma,licet etiam dici poſsit ꝙ materia etiam, ut ſtat ſub forma, uel ut coniungitur formæ eſt cauſa eſſendi compoſiti.nam Cõmen. in.5. meta.cõm.5. dicit. ꝙ hoc nomen natura dicitur primo, & principaliter de ſubſtantia, quæ eſt forma, quæ eſt principium motus in rebus naturalibus eſſentialiter,& primo. Et quod materia nõ dicitur natura,niſi quia recipit iſtam naturam. Et aduerte ꝙ omne cauſatum ſi omnes cauſas habuerit per omnes cognitione cõpleta debet cognoſci ſi habuerit plures ex pluribus,ut dicit Cõmen.& ſi unum,unum ſemper referendo ſingula ſingulis,& hoc eſt uerum tam in cognitione incomplexa, quæ habetur per diffinitionem quam etiam in cognitione complexa, quæ habetur per demonſtrationẽ,quicquid dicat Burlęus, & ſequaces eius in hoc.

Cõtra Burlæum.

D

nam idem eſt utriuſq; iudicium. nam diffinitio,aut eſt demonſtrationis principium, aut eſt cõcluſio,aut eſt demonſtratio uariata in ſitu, ut dicit Ariſto.in ſecundo poſteriorum. & ideo implicat ſcientiam complexam per demonſtrationem habitam ſi perfecta ſimpliciter fuerit quod ſit per omnes cauſas,& quod in diffinitione omnes cauſæ nõ appareant cum hoc quod eſt contra Ariſt. in.9.metaphy. tex.commen.11.&.12. qui iubet in diffinitione completa omnes cauſas aſſumi debere. Aduerte tamen ꝙ licet eadem ſint principia,& cauſæ eſſendi, & cognoſcendi,tamen alio modo ſunt principia eſſendi, & alio modo ſunt principia cognoſcendi. Nam in eſſe ſignato,& particulari ſunt principia eſſendi,ſed ſunt principia cognoſcendi ſub alio reſpectu,uidelicet in eſſe uniuerſalitatis,& abſtractionis.unde uerbi gatia, de homine loquentes dicere poſſumus ꝙ homo in eſſe reali componitur ex tali corpore, & ex tali actu qui eſt anima eius, ſed dicere ꝙ eſt animal rationale,hoc eſt per intellectum,& uniuerſaliter,& ſic ſunt cognitionis principia.unde Cõmen. primo meta.ſcribit in cõmen.27. & intendit ꝙ comprehenſiones,quæ dicuntur ſcientiæ ſunt rerum,quæ ſunt in ſenſibilibus non generabiles, neq; corruptibiles niſi accidentaliter, & ſunt intentiones uniuerſales quas intellectus cõprehendit in eis, & ſunt formæ. Comprehenſiones uero,quæ ſunt corruptibilium, & generabilium ſcilicet indiuiduorum compoſitorum nõ ſunt ſcientiæ, ſed imaginationes eorum, & quaſi intendebat ꝙ iſta ſenſibilia habent duos modos comprehenſionis,modum qui non eſt ſcientia eorum, ſed imaginatio:& modum qui eſt ſcientia eorum, & eſt intellecta uniuerſalia,& hoc eſt quod dicit Boethius ſingulare eſt dum ſentitur,& uniuerſale eſt dum intelligitur, & propter hoc dixit Auer. ꝙ partes diffinitionis ſumuntur a principijs, quæ ſunt in re primo de anima.cõmen.7. Ariſto.enim non opinatur ꝙ intellecta rerum ſint rerum ſubſtantiæ, ſed ſunt notiones,quæ notificant ſubſtantias rerum,ut dicit Cõm. primo metaphy.cõmen.45. Aduerte etiam ꝙ licet omnia principia, & cauſæ eſſendi ſint principia cognoſcendi ſecundum prædictum modum,non tamen omnia principia cognoſcẽdi ſunt prĩcipia eſſendi, ſicut patet intelligẽti.

E

Propõ.86.

## *Intellectus omnia intelligit.*

PROPOSITIO Iſta eſt Ariſt.tertio de anima.tex. cõmẽ.4.& eſt una de propoſitionibus in quibus fundatur demonſtratio Ariſto.ibi.ut ſcribit Auer. in cõm.ad demonſtrandum ꝙ intellectus non eſt corpus, nec uirtus in corpore.unde dicitur in litera.Neceſſe eſt autẽ quia omnia intelligit,immixtum eſſe, ſicut dicit Anaxagoras. intus enim apparens prohibet extraneum.& dicit Cõm. ꝙ iſta propoſitio eſt manifeſta per ſe.

F

Et in primo de generatione,& corruptione.in Cõmen.19. inquit de antiquis,& iſti quanuis errent in hoc ſicut dicit Ariſto. tamen in hac opinione conſequuntur uiam ueritatis aliquo modo inquantũ dicunt ꝙ ens eſt comprehenſum,& nõ comprehenſum naturaliter eſt non ens. Et in ſecundo phyſi.in cõmen.47. ubi recitat opinionem illorum antiquorum de fortuna aſſerentiũ,ꝙ fortuna eſt quædam res diuina,& nullus ſcit quiditatem eius,inquit ꝙ Ariſt. tacuit iſtos.i.non dignatur reprobare iſtam opinionẽ,propterea quia iſte ſermo eſt irrationabilis.ſ.ut ſit hic cauſa ignorata naturaliter.nam ut ſcribit Ariſt.primo topicorũ.cap.9. quolibet proferente contraria opinionibus ſapientum de quolibet ſolicitũ eſſe ſtultum eſt. Mirum tamen eſt ꝙ Cõm. dicit iſtud eſſe manifeſtum per ſe,immo hoc eſt dubiũ, & forte falſum.nam in ſecundo cœli & mundi.in tex.cõ.16. de illa quæſtione, quę ſit nobilior pars cœli,an illa,quæ eſt ſub polo arctico, an illa,quæ eſt ſub polo antarctico.et dicit Cõ.ibi.in cõ. ꝙ intellectus humanus nõ poteſt cõprehendere uerificationẽ huius comparationis.

Inſtãtia ſuper ꝓpõne

Amplius Ariſto.in.2.meta.in tex. cõ.1.dicit, ꝙ quemadmodũ ſe habęt oculus ueſpertilionis

G ad lucem diei, ſic ſe habet intellectus animæ noſtræ ad ea, quæ ſunt ſecretiſsima in natura. Nec ualet reſponſio Auer. ibi in commenta. ꝙ illud exemplum non oſtendit niſi difficultatem, non autem impoſsibilitatem, quia tunc natura ocioſe egiſſet, quia feciſſet aliquod naturaliter intellectum ꝙ a nullo eſſet intellectum, eſt enim in tali ratione Auer. multiplex error atque fallacia, quia ſicut ipſemet ſcribit. 7. metaphy. cõm. 58. eſſentiæ rerum ſunt exiſtentes licet non intelligantur. Amplius Ariſto. ſecundum iſtam mirabilem Auer. phantaſiam incideret in foueam quam fecit, naʒ ipſe in ſecundo de anima. in tex. cõmen. 142. Argumentatur contra antiquos qui opinabantur nullum eſſe colorem ſine uiſu, nullumq́ʒ eſſe ſaporem ſine guſtu, ut patet clare deducenti. Nam ut inquit Ariſto. ibi. ſic quidem recte dicebant, ſic autem non recte, dupliciter enim dicto ſenſu, & ſenſibili, his quidem ſecundum potentiam, his uero ſecundum actum. de his quidem. ſ. quæ ſecundum actum dicuntur accidit quod dictũ eſt, ſed in alteris. ſ. in his, quæ ſecundum potentiam dicuntur, hoc non accidit pariformiter dicam de intellectu cum intelligibili, quod illa dupliciter dicuntur, ſecundum potentiam, & ſecundum actum, & licet intellectus, & itelligibile in actu dicta ſimul ſint, & nõ ſint nõ tamen ſequitur ubi ſecundũ potentiã dicuntur. Con-
H firmatur, quia tertio de anima. tex. cõm. 2. ſic ſe habet intelligibile ad intellectũ, ſicut ſenſibile ad ſenſum, ergo ſicut ſenſibile, & ſenſus dicuntur dupliciter pariformiter, & de intellectu cum intelligibili. Et confirmatur ſimilitudo manifeſte ex authoritate Ariſt. in tertio de anima in tex. cõ. 38 ubi dicitur. Secatur igitur ſcientia, & ſenſus in res, quæ quidem potentia eſt in ea, quæ ſunt potentia, quæ uero actu in ea, quæ ſunt actu. animæ autem ſenſitiuum, & quod ſcire poteſt potentia hæc ſunt, hac quidem ſcibile, illud autẽ ſenſibile. & Cõm. in cõ. ſcribit. Res enim quarum differentiæ ſunt eędem ipſę ſunt eędem in illo modo in quo habẽt eaſdem differẽtias. intellectus igitur eſt intellectum, & ſenſus eſt ſenſatum. Amplius differentiæ ultimæ rerũ ſunt nobis ignotæ. alioquin ſententia Philoſophi in. 2. poſter. uera non eſſet. ubi ſcribitur, ꝙ quælibet pars diffinitionis eſt in plus q̃ diffinitum, & totũ in equæ, nam ſi differẽtiæ ultimę eſſent notæ, patet ꝙ illę conuertuntur cũ diffinitis. Amplius numerũ ſpecierum animaliũ, atq́ʒ plantarum ſtellas etiam omnes, ut inquit. ſapientiſsimus Salomo, quis dinumerauit? proportiones etiam diuerſas mixtionum quis eſt, qui cõprehendere poſsit?

Solutio. Niſi eſſet ꝙ propoſita propoſitio ſic ueritateʒ habet ꝙ intellectus omnia cognoſcit quo ad eius fieri poteſt. nam de omnibus materialibus cognitio-
I nem habet talem qualẽ poteſt habere ſecũdum etiã quod requirit natura materiæ ſubiectæ. nam ut ſcribit Ariſto. in 2. meta. in tex. cõ. ultimi. Acribologia mathematica non in omnibus eſt expetenda, & ut inquit primo ethicorũ cap. 2. Eius qui eruditur eſt eatenus in uno quoq́ʒ genere certitudinem exigere quatenus eius natura rei recipit ſimile quippe uidetur a mathematico perſuaſionẽ recipere, & ab oratore demonſtrationem requirere. Vnde Ariſt. in principio libri meteororũ ſcribit proponendo ſe inuiſtigaturum omnes cauſas meteorologici negotij, partim dubitãdo partim aliquo modo attingẽdo. Et in ſecundo cœli & mundi, tex. cõm. 60, inquit. Duabus etiam dubitationibus entibus de quibus merito utiq́ʒ quilibet dubitabis tentandum dicere quod uidetur dignum eſſe reputantes promptitudinem magis imputari uerecũdiæ, q̃ audaciæ ſiquis propter philoſophiam ſtare, & paruas ſufficiẽtias diligit de quibus maximas habemus dubitationes, ubi Auer. notabiliter dicit. in principio cõ. quia propoſitiones, quæ ſunt in noſtris manibus in talibus quæſtionibus ſunt paucę, & fere dicuntur æquiuoce, quia ſunt acceptę ab animatis, quæ ſunt hic, & de iſtis, & de illis dicitur animatũ fere æquiuoce, ſed tamen quia nos nõ poſſumus habere in hoc, niſi huiuſmodi propoſitiones & propter hominẽ dicere in quolibet ſecundum quod eſt in natura hominis dicere in illa re nõ ſecundum ipſam rem. Cũ in pluribus non poſsimus dicere niſi

K ADDItio. ſecundum potentiam noſtram naturalem, & propter hoc Ariſto. incepit ſe excuſare dicendo, ꝙ aliquis non debet tenere hoc in nobis in uerecundia, quoniam qui ignorat hæc duo. ſ. ꝙ perfectio hominis, & uirtus eius inquantũ eſt homo non eſt dicere in iſtis rebus ſecundum quod eſt in natura ſua, & quod impoſsibile eſt dicere de iſtis ſecundum ſuas naturas multoties attribuit loquenti in iſtis rebus ſtultitiam, et inuerecundiam, qui autem iſta ſcit miratur ex ſua diligentia, & ex ſua philoſophia, & etiã ex extraneitate ſermonum quos addiſcunt in iſtis rebus ex difficultate eorũ, quanuis non ſunt demonſtrationes perfectæ fidei, tamen quia ſubiectum earum eſt ualde nobile ſunt nobiliores illis, modicũ enim nobile nobilius eſt multo ignobili. ✲ Et tertio de anima. cõm. 36. inquit. non ſequitur, ut illud quod eſt magis uiſibile in ſe ſit magis uiſibile a nobis. Et in 12. primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 45. ubi Ariſt. uenatur numerum intelligentiarum ex numero motuum ipſorum orbium dicit, ꝙ talia principia in maiori parte ſunt famoſa cum fere omnia ſint fundata in ſenſu quantitatũ motuum ſtellarum quod non poteſt perfici in uita humana, & ideo neceſſe eſt in conſiderationibus credere conſiderationibus

L prædictis, & tunc uerificatur quantitas motuũ, & propter difficultatem iſtarum rerum impoſsibile eſt uti propoſitionibus neceſſarijs, ſed famoſis in hoc loco magis utimur q̃ neceſſarijs, ſed quando in eis non fuerit diuerſitas, ſi autem in eis fuerit diuerſitas nihil erit ſuper quo ſuſtentetur, ſed quocunq́ʒ modo ſit melius eſt ſcire ſermones hominum in hoc q̃ nihil. Ex quibus authoritatibus clariſsime colligitur ꝙ in quibuſdam rebus intellectus humanus non poteſt attingere naturas rerum, ut ſunt in ſeipſis, ſed attingit illas quo ad ſibi conceſſum eſt, & eſt ſibi poſsibile. Pro quo ſcire debes, ut colligitur ex intentione Ariſt. & Cõm. Auer. in principio ſecundi metaphy. Duplex eſt cauſa difficultatis contingentis intellectui noſtro. Vna ſumitur ex parte obiecti intellecti. Et alia ſumitur ex parte ipſius potentiæ intellectualis, & Cõmen. ibi in cõm. dicit. duas concluſiones quod in cognitione entium materialium difficultas magis pendet ex natura rei intellectæ q̃ ab intellectu, & ratio eſt in promptu, quia intellectus poſsibilis eſt in potentia ad omnia intelligibili, & oportet ꝙ moueatur ad intelligere ab aliquo obiecto quod ſit actu intellectum, ſed quia entia materialia de ſe ſunt potẽtia intellecta de ſe non poſſunt mouere intellectum ad intellectionem, & propter hoc indigent extrinſeco motore qui extrahat illa de ordine in ordinem, id eſt de ordine ſenſibilium ad ordinem intel-

M ligibilium, & faciat ea de potentia intellectis actu intellecta, & hic eſt intellectus agens, ut patet tertio de anima. tex. cõmen. 18. & propter hoc labor, & difficultas intellectui contingens in intelligẽdo huiuſmodi materialia magis pendet ex natura obiecti cogniti q̃ ex natura potentiæ cognoſcentis. Sed in cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum difficultas pendet ex natura noſtri intellectus, qui eſt infimus in genere ſubſtantiarũ intellectualium, & ut cõtinuatur nobiſcũ in intelligendo dependet a ſenſu, & a phantaſia, non enim talis difficultas cauſatur ex natura obiecti cogniti, quia talia obiecta ſunt actu abſtracta a materia, & a conditionibus materiæ. unde talia non indigent ad hoc ꝙ intelligantur, intellectu agẽte quãtum ad hoc ꝙ extrahat, & transferat illa de ordine in ordinem, & faciat de potentia intellectis actu intellecta, quia talia ſunt de ſe actu intellecta. unde dicit Cõm. tertio de anima. cõm. 18. ꝙ ſi eſſent uniuerſalia Platonica extra animam non opus eſſet ponere intellectum agentem, & propter hoc Ariſto. ibi in tex. Commen. 1. loquens de ipſis, inquit. Forſan autem & difficultate duobus modis exiſtente nõ in rebus, ſed in nobis eſt eius cauſa, quicquid dixerit Scotus, & ſequaces eius in hoc, iſta eſt uia antiqua omnium Peripateticorum.

Vide an iſta ſint paria, uel impar ia, hoc eſt naturæ cognitum, ſed non nobis, ut teſtatur Boe. in ſecunda editione libri peri herm.

In quibuſdam intellectus hominis nõ attingit rerum naturas.

Aduerte



A Aduerte etiam ꝙ in iſtis rebus corporeis, et materialibus eſt magna diuerſitas, quia non omnia æque difficulter intelliguntur, immo habent latitudinem magnam, quædam enim ſimilitudine, & comparatione ad alterum intelliguntur, & tandem negatione, ſicut eſt notio primæ materiæ quæ in prima cognitione naturali innotuit nobis ex analogia, & comparatione ad habentia formam, et ad ipſam formam, & ſic naturalis cognoſcit eã, ſicut patet primo phyſicorum. tex. com. 69. unde Ariſto. in. 7. primæ. philoſophiæ. tex com. 7, inquit. Dico autem materiam es, formã autem figuram ſpeciei ubi per comparationem ad res artificiales quæ ſunt noſtra opera dedit nobis intelligere naturam materiæ, quæ eſt in rebus naturalibus. Cognoſcitur etiam ultimate materia negatione, ut patet. 10. meta. tex. com. 24. quæ cognitio pertinet ad diuinum, ſicut ſupra memini me dixiſſe. Aliqua cognoſcuntur per effectus, & alijs modis, quos uide a Scoto in primo ſuę meta. q. qua quærit an ars generetur ex experimento, unde quanto aliqua fuerint magis aut minus ſenſata, tanto ſunt faciliora, aut difficiliora cognitu, unde Commen. in ſecundo de anima. com. 92. ſcribit. dans documentum iuxta textum. quare intellectus difficile poteſt comprehendere differentias odorum dicens. Et intendebat per hoc demonſtrare cauſam propter quam intellectus difficile comprehendit dif-
B ferentias odorum, & eſt quia iſte ſenſus eſt debilis qui cõprehendit differentias ſenſibiles odorum, comprehenſio enim differẽtiarum rerum ſenſibilium a ſenſu eſt cauſa in comprehenſione earum ab intellectu, & ideo qui caret intellectu illius generis ſenſibilium, quod etiam dixit Ariſto. in primo poſter. analyticorum. tex. com. 33. ubi dicit. Manifeſtum autem eſt, & ſi aliquis ſenſus defecerit neceſſe ẽ, & ſcientiam aliquam deficere quam impoſſibile eſt accipere ſi quidem addiſcimus, aut per inductionẽ, aut per demonſtrationem &c. Et propter iſtam cauſam contingit ꝙ aliqua entia quæ licet ſecundum naturam parum, aut nihil entitatis, & perfectionis participantia, quia tamen ſunt ſenſibus proximiora fiũt nobis magis cognita q̃ entia plurimum entitatis habentia quæ a noſtris ſenſibus ſunt remotiſsima, unde Ariſto. 7. primæ philoſophiæ. in tex. cõmen. 10. inquit. Quæ autem ſingulis nota, & prima multoties debiliter nota. ſ. quo ad naturam, & parũ, aut nihil entis habent, attamen ex male quidem noſcibilibus, ipſi autem noſcibilibus quæ omnino noſcibilia noſcere tentandum, & in procemio metaphy. ſcribit. ꝙ uniuerſaliſsima ſunt difficilia ad cognoſcendum, quia ſunt a ſenſibus remotiſsima ſtãtibus his. patet ſolutio ad obiecta.

Solutio ad primum. Ad primum dupliciter dicere poſſumus primo quidem ꝙ illa au-
C thoritas Com. arguit difficultatem non impoſsibilitatem, hoc eſt quod eſt multum difficile intellectui attingere ueritatem in illa quæſtione, ſed non arguit impoſsibilitatem, ſicut ipſe dixit in ſimili de illo exemplo Ariſto. in. 2. meta. com. primo. Aut aliter ꝙ in tali quæſtione intellectus humanus non poteſt dicere ſecundum naturam rei, ſed ſolum ſecundum ſuam capacitatem, iuxta gloſſam eiuſdem ſecundo cœli. com. 60. ubi dicit. ꝙ in quibuſdam rebus homo non poteſt enuntiare ſecundum naturas rerum, ſed ut eſt in natura hominis.

Ad ſecundum. Ad ſecundum reſpondetur, ut dicit Com. in com. ꝙ illud exemplum Ariſto. in tex. adductum non arguit impoſsibilitatem, ſed difficultatem, & ẽ mens, & expoſitio illa Auer. ex intentione Ariſto. licet ab omnibus Latinis derideatur, nam Ariſto. in. 9. meta. in tex. com. ultimi. loquẽs de intellectione ſimplicium ſeu ſeparatarum ſubſtantiarum, inquit. quod ignorantia talium in nobis non eſt ſicut cęcitas. Cęcitas enim eſt ut utique ſi intellectiuũ omnino non habeat aliquis. In quo loco beatus Tho. ab ipſa tandem ueritate coactus dixit, ex quo patet ꝙ ſecundum ſententiam Ariſto. humanus intellectus poteſt pertingere ad intelligendum ſubſtantias ſimplices quod uidetur ſub dubio reliquiſſe in tertio de anima. ✲ Inſtãtia etiam eſt de proprietatibus indiuidualibus quæ

D ADDItio. teſte Auer. tertio colliget cap. primo. ſunt ignotę, ſed ſoluitur quod ſunt incognitæ a priori, & per cauſam, quia ſequuntur proportiones diuerſas elementorum, & unaqueque habet propriam proportionem, & ſi illa non cognoſcitur, non poteſt cognoſci illa proprietas, & quia iſtæ proportiones ſunt infinitæ. nam ut. d. Auicen. Deus dedit unicuiq́ʒ indiuiduo ꝓpriam complexionem in qua aliud cõicare eſt impoſsibile, & id quod eſt ſecundum ſui naturam eſt infinitum non poteſt recipere finem ab humano intellectu, ideo ſunt ignotæ per proceſſum ſyllogiſticum. i. per cauſam, ſed ſolum experimento cognoſcuntur, ita notabiliter. d. Auer. in primo canticæ cãticorum. com. 31.

Ad tertiũ. Ad illud quod dicitur contra Com. deductionẽ ſatis diximus in concordantijs Auer. & ideo non oportet hic immorari

Ad illud. 2. de anima reſpondetur dando rationem diuerſitatis, nam Ariſtote. arguit ibi contra antiquos quorum opinio erat, ut ipſe dicit in. 4. primæ philoſophiæ. ꝙ omnia conſiſterent in apparentia, & tunc ut ibi deducit ſequeretur quod omnia eſſent in cap. relationis eſſentialiter, quia omne quod apparet alicui apparet, ut patet in tex. com. 26. &. 27. & ideo apud ipſos ſequebatur ſimpliciter ꝙ ſenſibile dependet a ſenſu, & eſt idem cum ſenſu. & contra
E hoc procedit inſtantia ſua, & ideo dicit, ſed priores Philoſophi hoc non bene dicebant nihil opinantes, neq́ʒ album neq́ʒ nigrum ſine uiſu eſſe, neq́ʒ ſaporẽ ſine guſtu, ſed Ariſto. qui tenet quod rerum ſubſtantiæ ſenſibilium non cõſiſtunt formaliter in apparentia ſenſus, aut intellectus, immo eſſe cognitum accidit ſubſtantijs rerum iſtam difficultatem non habet, & ideo in uia eius procedit illa diſtinctio per actum & potentiam data, unde omnes authoritates allegate conceduntur, & iam diximus ꝙ ſi intellectus humanus qui eſt liberatus a materia intelligit materialia omnia etiam intelligit abſtracta. unde Com. 3. de anima. com. 36. Ex illis comprehendentibus quæ non ſunt admixta materiæ quod comprehendit minus perfectum neceſſe eſt ut comprehendat perfectius, & non conuertitur, & ideo ſi intellectus poſsibilis qui eſt eiuſdem naturæ, & ſpeciei ſaltem analogæ cum alijs non poteſt abſtracta intelligere nullus pariformiter poſſet ut alibi diffuſe diximus.

Ad ultimũ. Ad aliud de differentijs ultimis rerum reſpondetur ꝙ refert dicere differentias rerum ultimas eſſe ignotas, & dicere eas eſſe innominatas, unde credo multas rerum ultimas differentias cognoſci ab intellectu, licet illis non ſint nomina impoſita, quia inſtitutores idiomatum non omnibus rebus poſuerunt nomina, nullus enim imponit nomen rei q̃ ignorat, & quia huiuſmodi rerum differentiæ non niſi ſa-
F pientibus innotuerunt, ideo ſolet dici eas eſſe ignotas, quia uulgus non comprehendit illas. unde Auic. 5. ſuæ. meta. cap. 5. dicit latentia differentiarum & carentia nominum aut hoc, aut illud fecit nos deuiare a principali ad concomitans, quia in diffinitionibus rerum ad circũloquendum differentias ultimas rerum, uel quia ſunt ignotæ, uel quia non habent nomina impoſita ponimus propria quæ fluũt & concomitantur illas, ut dicit etiam Auer. 8. meta. com. 5. Aut aliter iſtæ differentiæ ultimæ cognoſcuntur eo modo quo ſunt aptæ natæ cognoſci. non enim omnia cognoſcuntur ab intellectu, quia ſpeciem faciant, ſed multa ex operationibus, & effectibus aut alijs uijs innotuerunt, & hoc eſt de mente ſubtilis Doctoris. ✲ Et Albertus

ADDItio. Magnus in principio libri de anima. inquit nobis ad hoc rationem, & intellectum deus dedit ut ratio, & intellectus reflexi ad ſenſum non tantum ſenſibilia, ſed etiam quę ſub ſenſibus latent accipiant, & pertractent.

Solutio. ad omnia ſecũdũ Auer. In uiam tamẽ Auer. puto ꝙ intellectus humanus in ſpecie humana conſideratus omnia cognoſcit, & licet unus unam rei differentiam non cognoſcat cognoſcit eam tamen alius homo, nõ enim ut inquit poeta. omnia poſſumus omnes. Et ita patet ſolutio ad omnia ſequentia quod omnes ſpecies, & ani

G malium,& plantarum ſunt cognitæ intellectui humano, quia intellectus ſpeculatiuus ſecundum Auer.in qualibet hora eſt completus in ordine ad ſpeciem,licet non ſecundum indiuiduum,ut patet tertio de anima . com. 5. & ita ſentiunt in hoc quæſito peripatetici.

Propō.37.

*Omne diminutum eſt diminutum ratione contrarij admixti.*

SOLET allegari iſta propoſitio ex.5.phyſi. tex com. 45.ubi Ariſt.loquitur de irregularitate motus ubi dicit, unus qdē igitur irregularis eſt quo ē cōtinuus,minus autem quod reflexiuo quidem motui accidit, hoc autem minus commixtio ſemper contrarij eſt. Vbi Auer.in com. dicit, diminutū in oī genere ē diminutū ꝑ mixtionē cōtrarij, & ita ēt dicit ibidē cō. 19.ꝙ nō fit minus niſi per mixtionē contrarij. Iſta tamen propoſitio non eſt uniuerſaliter uera,quia ut ſcribit Com. 2.cœli. com. 15.in corporibus cœleſtibus reperitur differentia ſecundum magis & minus in nobilitate,& tamen non eſt ibi minus per admixtionem contrarij, in cœlo enim nulla prorſus eſt contrarietas , ut patet primo cœli & mundi.tex com. 20.ubi dicitur.Recte quidem natura futurum ingenitum,& incorruptibile uidetur exemiſſe a cōtrarijs, & ideo Com.ſecundo cœli ubi ſu-

H pra dicit.& non ſequitur ex hac poſitione ꝙ in orbe ſit ꝑs nobilior alia,ut ſit compoſitus ex uirtutibus diuerſis, ſtellæ enim ſunt partes nobiliores cœli , & ideo manifeſtū eſt quod non componitur ex contrarijs,& non ſequitur ut remiſſio ſit ſemper ex mixtione contrarij ,ſicut dicit Alex. in multis locis . Fallit etiam in moralibus . Sed eſt mirabilie,quia text. Ariſto. dicit ſemper minus fieri per admixtionem contrarij,& Alexan . dicit quod non ſemper. Et ideo aliqui gloſſant iſto modo ſemper minus fieri per admixtionem uel contrarij poſitiui in habentibus contrarietatem,& præcipue quando inuicem contraria agunt ad inuicem approximata,ſicut ſupra dixi,propter elementa q̄ non habent ambas qualitates in ſummo,ut tenet Alex.in primo meteoro. cap.4.uel per admixtionem contrarij priuatiui,ut lumen diminutum , non quia tenebra ſibi admiſceatur,ſed quia in eo eſt priuatio intenſioris luminis cum aptitudine ad illud. Albertus autem cognomento Magnus in.4.ſuæ primæ philoſophiæ tract. 2. cap.7.dicit hoc confirmando quod magis & minus dupliciter fiunt. Vno modo per remotionem a contrario,ut illud dicatur eſſe intenſius altero quod eſt contrario impermixtius , & ſic ſuſcipiunt intenſionem media quæ ſunt inter duo contraria, quorum utrunq; eſt qualitas poſitiua,ſicut album , & ni-

I grum,& cæteri colores. Alio modo aliquid ſuſcipit magis & minus ſecundum acceſſum , & receſſum ad unū quod dicit rem illam in termino ſicut in his quæ opponuntur,& priuatio,& habitus,& affirmatio,& negatio,& in hoc non poteſt eſſe falſius quod eſt uero in permixtius,quia falſum nihil eſt , & ſimiliter non eſt aliquid cæcius quod eſt uiſui impmixtius,quia cęcitas non eſt aliquid,ſed eſt uerius qđ eſt certisſimo uero propinquius , & falſius a certisſimo uero longinquius.

Propō.38

*In mathematicis non eſt bonum , neq; finis.*

SOLET ſępe allegari iſta propoſitio quæ ſcribitur in 3.meta.in tex.com. 3.ubi dicitur.Amplius autē multis exiſtentium non inſunt omnibus omnia . quo nāq; modo posſibile eſt motus principium eſſe in imobilibus , aut boni naturam,ſi quidem omne quod eſt bonum ſecundū ſe & propter ſuam naturam finis eſt,& ita cauſa illius & fiunt & cætera.finis autem,& cuius cauſa actus cuiuſdam eſt finis,ſed actus omnis cum motu , quare in immobilibus non contingit hoc eſſe principium,nec eſſe aliquid autoagathon.i.per ſe bonum , unde & in mathematicis per hanc nihil oſtenditur cauſam , nec eſt demonſtratio ulla eo ꝙ melius,aut deterius,ſed nec omnino nullius talium alicuius reminiſcitur.quapropter & ſophiſtarum quidam

K ut Ariſtippus ipſas pręneglexit.in alijs enim artibus,& illiberalibus,ut tectonica,& coriaria eo ꝙ melius , uel deterius dici omnia,mathematicas uero nullam de bonis , & malis facere rationem , & eandem ferme ſententiam confirmat Ariſto.in primo de partibus animalium . cap. pri.

Inſtātia ſuper propoſitione.

Sed uidetur ꝙ iſta propō ueritatē non habet,nec ratio adducta ualere uidetur,quia innititur falſo p̄ſuppoſito .uidelicet quod qlibet finis eſt reſpectu alicuius actus,et quod qlibet actus ſit cū motu,& quia mathematicæ abſtrahunt a motu,ideo abſtrahūt a fine, nam ſequeretur ſecūdum hoc quod in abſtractis a materia,& a motu ſecundum eſſe, & & ſecundum rationem , quod non ſit ratio finis,quod eſt manifeſte falſum,imo primum principium eſt forma,& finis omnium abſtractorum intellectuum, & omnium entium,ut dicitur in.12.meta.com. 7. & 36.& Com. ibidē com.44. Dixerunt aliqui ad hoc diſtinguētes ꝙ duplex eſt bonum,ſicut duplex eſt finis. Quoddam enim eſt acquiſitum per motū,& tale non eſt in mathematicis quia abſtrahunt a motu. Aliud autem eſt bonum ꝙ præexiſtit motu,& non eſt acquiſitum per motum , & tale eſt in mathematicis.

Opīo aliorum.

Sed iſta ſolutio non placet Ioan. de Gandauo in.q.4.primi de anima quia ſi in mathematicis eſt tale bonum uel finis.Tunc in mathematicis deberet eſſe demonſtratio per tale bonum uel finem, ſed hoc eſt falſum, ut patet per Philoſophum,& Com.3.meta.tex. com. 30. conſequentia autem patet quia demonſtratio eſt eorum, quorum eſt altera cauſa ex ſecundo poſteriorum . & patet in ſimili,qa in ſeparatis a materia nō ē finis acqſitus ꝑ motum ,ſed præexiſtēs motui ,ut dicit Philoſophus in. 12. meta.& tamen fit demonſtratio per talem unum finem, unde Ariſt. 12.meta. per talem finem demonſtrat quod eſt unus princeps.cū dicit.Entia nolunt male diſponi,unus ergo princeps,unde etiam Com. primo. phyſico.com . 1. inquit ſcientia diuina demonſtrat per tres cauſas .ſ. formam,efficiens,& finem.ergo eodem modo ſi in mathematicis eſſet tale bonum aut finis demonſtratio fieret per ipſum,quod eſt falſum. quare &c.

Impugnatio ſecundū Ioan.

L

Opīo Ioā.

Et ideo ipſe aliter reſpondet cum dicitur ꝙ in mathematicis non eſt bonum, inquit,ꝙ hoc habet duos ſenſus,nam aut per ly/mathematicis,intelliguntur entia mathematica,& ſic eſt uerum:aut per ly/mathematicis,intelliguntur ſcientiæ mathematicæ, & ſic eſt falſum , nec ut ſic intellexit Philoſophus.

Impugnatio.

Sed iſta ſolutio ſtare non poteſt,tū quia non eſt de mente Philoſophi,ibi quia infert,quapropter et ſophiſtarum quidam ut Ariſtippus ipſas præneglexit, in alijs enim artibus , &

M illiberalibus,ut tectonica,& coriaria eo ꝙ melius , uel deterius dici omnia:mathematicas uero nullam de bonis, & malis facere rationem.ubi patet ꝙ loquitur de ipſis ſcientijs mathematicis,ut patet conſideranti. Amplius, ſolutio Ioannis eſt irrationabilis,nam in primo de anima .tex. tex com. 1. Vna ſcientia eſt melior,& honorabilior altera aut ratione obiecti,aut ratione certitudinis demonſtrationis,&.6.meta.tex.com. 2. Honorabilisſimā ſcientiā oportet circa honorabilisſimum genus eſſe. ✲ Et ideo implicat quod in entibus mathematicis non ſit ratio boni,& in ſciētijs iſta ratio ſit. Et confirmatur, quia. 5.meta.tex.com. 20.Scientia refertur tertio modo relatiuorum ad ſcibile.uidelicet per uiam menſurati ad menſuram,& ideo imposſibile uidetur ꝙ in obiecto de quo eſt aliqua ſcientia non ſit aliqua bonitas,& tamen in ſcientia menſurata per illud reperiatur.

Opinio ꝓpria.

Et ideo ſalua omnium Doctorum reuerentia,dico ꝙ illa propoſitio non eſt uera ſimpliciter , nec eſt de mente Ariſto.unde authoritatibus.3.meta.non eſt adhibenda fides per certitudinem,quia ſicut ſcribit Com.in com. primo.illius. 3. Ariſto.in illo libro per ſermones diſputatiuos ad utranq; partem exagitat omnes quæſtiones ſcientiæ diuinæ,rationes autem dialecticæ procedunt ex probabilibus,& non ex neceſſarijs,unde ratio illa eſt ex intentione



A tentione antiquorum,propter hoc enim concludit quapropter & ſophiſtarum quidam,ut Ariſtippus ipſas præneglexit.uidetur ergo ratio illa adducta fuiſſe Ariſtippi,unde illa ratione motus ipſas pręneglexit mathematicas artes ſeu diſciplinas,quia in illis ut aſſerebat non erat bonum , neq; malum, ſicut in alijs artibus , unde ut recitat etiam Gale.in libro de hiſtoria Philoſophorum , Socrates ſcientias ſpeculatiuas neglexit,tanq; inutiles ad uitam humanam,et ideo circa moralia uerſatus eſt , opinatus homini magis eſſe expediens noſcere quæ ſint iuſta, aut in iniuſta quā naturas rerum perquirere,iuxta illud Ariſto. in primo primę philoſophiæ.tex.com. 5.Socrate circa moralia philoſophā te,& de tota natura nihil.

Expoſitio D.ui.Tho.

Et ſic debet exponi ille locus ut mihi uidetur in quo Sanctus Tho.uidetur defeciſſe,refert enim illud ad demonſtrationes quæ fiunt per cauſas finales,inquit enim in lectione. 4.ſuper expoſitione.tex. cō. 3.ſuper hoc loco propter quod quidam ſophiſtæ , ut Ariſtippus qui fuit de ſecta Epicureorū omnino neglexit demonſtrationes quæ fiunt per cauſas finales reputans eas uiles ex hoc ꝙ in artibus illiberalibus,ſiue mechanicis , ut in arte tectonica.i.ædificatoria,& coriaria omnium ratione aſſignātur ex hoc quod eſt aliquid melius,aut deterius: in mathematicis uero quæ ſunt nobiliſſimæ,& certisſimę ſcientiæ nulla fit mentio de bonis,& malis.

B

Impugnatio.

Sed ſi contextus uerborum textus Ariſto . inſpiciatur potius illud relatiuum in quo dicitur ipſas præneglexit, debet referri ad ſcientias mathematicas de quibus loquutus fuerat in antecedente in plurali numero quam ad demonſtrationem de qua loquutus fuerat ſolum in numero ſingulari , nam ſic iacet ſeries uerborum. Vnde & in mathematicis per hanc nihil oſtenditur cauſam,nec eſt demonſtratio nulla eo ꝙ melius aut deterius , ſed nec omnino nullus talium reminiſcitur quapropter & ſophiſtarum quidam , ut Ariſtippus ipſas præneglexit .

Expoſitio Auer.

Auer . etiam in commen. 3. ita expoſuit illum locum, ſicut beatus Doctor exponit inquit enim D. d . & ideo quidam ſophiſtarum,& cætera,ideſt negabant eam.ſ.cauſam finalem eſſe in omnibus ſcientijs,quia non reperierunt eam in firmisſima ſcientiarum.ſ. in mathematicis. Albertus etiam cognomento magnus illam etiam Auer.expoſitionem ſequitur in. 3. ſuæ meta. trac. 2.cap . 1. quapropter etiam ſophiſtarum quidam ut Ariſtippus cauſam finalem in genere cauſarum ponere p̄neglexit,opinatus eſt enim omnia naturalia caſu cauſari, ſicut & multi alij:in mathematicis autem non uidens eam eſſe in alijs etiam dixit non in eſſe hāc cauſam, ſed caſu fieri ea quæ fiunt &c.

C Sed expoſitioni primæ uidetur aſtipulari translatio Argyropyli, ubi ſic iacet,quapropter & in mathematicis nihil omnino per hanc oſtēditur cauſam, neq; ulla prorſus ex eo fit demonſtratio,quia ſic eſt melius aut deterius,quia nemo mentionem ullam omnino facit. iccirco ſophiſtarum quidam in ipſa inuehebatur.i. contra mathematica , nam ſequitur in cæteris quidem inquiens artibus,& etiam ſordidis , ut in ædificandi facultate , atq; ſuendi omnia dici,quia ſic eſt melius aut deterius, mathematicas uero nullam bonorum malorum quæ curam ha-

Excu. Cō.

bere.ſed Latini imitati ſunt in hoc expoſitionē Com . qui exponens translationem Arabicam ubi tex. eius ita iacet, & uniuerſaliter nullus hominum inuenit iſtam talem cauſam in mathematicis ſcientijs ,unde quidam ſophiſtarum dimiſerunt,& cętera.& ideo Com.exponens lr̄am errātē alios ēt errare coegit. Aduerte tñ ꝙ Com.in illo loco dicit unū annotatione dignū de quo poſteriores nō cōſiderauerunt,nā ſuper illis uerbis.D.dixit,& in ſcientijs mathematicorum.i.quia iſta cauſa non inuenitur in mathematicis,ideo non datur in eis in aliqua re quæſita cauſa finalis, neq; fit in eis demonſtratio,cuius terminus medius ſit iſta cauſa.& ſuper iſtis uerbis quaſi documentum apponens immediate ſubdit.& ipſe dixit in tractatu de quo loquitur in principijs mathematicorum quod ordinatio & cætera, ideſt ordinatio numerorum,& magnitudinum inuenitur

D in eis,& indiget hoc perſcrutatione. Et eſt ualde mirandum per uitam meam,quomodo nullus de hoc aliquid ꝑſcrutatus ſit in quo Auer.nos admonet ꝙ locus iſte indiget perſcrutatione,immo iſta propoſitio pasſim allegatur. & recipitur tanquam uera apud omnes.uidelicet quod in mathematicis ſcientijs non eſt bonum neque finis , ſed hoc non eſt de mente Ariſto.nam in. 13 meta.& eſt locus quem innuit hic Auer.in pręallegata authoritate,ita ſcribit Ariſto.in fine primi cap. Quoniam autem bonum, & malum alterum,hoc quidem eſt ſemper in poſitione.bonum autem & in immobilibus dicentes nihil dicere mathematicas ſcientias de bono,aut optimo mentiuntur, dicūt enim & demonſtrant maxime, non enim ſi non nominatum, opera autem & rationes oſtendunt non dicunt de ipſis, boni autem maxime oſtendunt mathematicæ ſcientiæ,& quomodo multorum cauſa uidetur hic.dico autem puta ordo & determinatur palam quod dicent utique,& talem cauſam eam quæ ut bonum cauſa modo aliquo , magis autem uere in alijs de ipſis dicemus.de mathematicis igitur & quod entia ſint,& qualiter entia, & quomodo non priora,tanta dicta ſunt. Conſideret igitur diligenter qui ſcire deſiderat ne ſub imagine temerariæ præſumptionis

E labatur in barathrū ignorantiæ:nam ut ſcribit Auer . de Auic.in tertio cœli & mundi.in com. 67 .paucitas exercitationis iſtius uiri in philoſophia & bona confidentia in proprio ingenio deduxit ipſum in manifeſtisſimos errores . uides enim frater mi quomodo in multis famoſis propoſitionibus etiam uiri illuſtres deficiunt quandoq;, & Deus ſit dator auxilij.

Gloſſa alia

Sed propter reuerentiam authoritatis tantorum uirorum ,gloſſo illam authoritatem de mente etiam Philoſophi,& Com.tenendo eam ſic ꝙ formæ mathematicæ abſolute conſideratæ non habent bonitatē in ſe,quia bonitas inſequitur formam ratione qua eſt finis,& quia illo modo non conſiderantur, ideo ut ſic abſtrahunt a rationē boni ,ſic dicit Com.in . 2.phyſico.com.74. & dicit hoc ut notificet ꝙ forma non ſequitur naturam materiæ neceſſario,ut opinati ſunt antiqui naturalium, ſed natura inuenit eam propter hoc ꝙ ens ſit in ſua natura nobilius,& ideo forma quæ ſequitur naturam entis non eſt dicta nobilior ut forma mathematica.non enim dicimus ꝙ lineæ exeuntes a centro circuli ad peripheriam ſunt ęquales,ut circulus ſit nobilior ,ſed hoc contigit naturæ circuli,& ideo nobilius non inuenitur in formis mathematicis, hoc enim.ſ.nobilitas non accidit formis niſi ſecundū quod eſt finis,et iſta authoritas adiuuat opinionem noſtram,ubi diximus ꝙ bonitas non eſt primo entis inquantum ens.

F

ADDItio.

✲Nam cum eadem ſint ſubiecto entia matematica,& naturalia. 2.phyſi. 13 .eadem lineæ ſunt in talibus non eſt ratio finis,& boni niſi ut ſunt termini generationis naturalis non ut ſunt in intellectu,quia bonum,& malum ſunt in rebus,& quia in mathematicis talia non cōſiderātur niſi ut ſunt in abſtractione intellectus,ut ſic in talibus non eſt talis bonitas,quæ eſt in re.d.enim Com. 12.meta. com. 36 balneum in anima mouetur ut efficiens, & extra animam mouetur ut finis,& quia entia mathematica conſiderantur , ut ſunt in anima , ut autem conſiderantur a naturali conſiderantur, ut ſunt extra , ſic habent rationem boni, ut ſunt extra,& non intra.

Propō.39.

*Scientiæ ſpeculatiuę ſunt duobus modis , unus numeratur propter exercitium, ſicut mathematica:alius propter perfectionem per quam ipſum eſt, & eſt ſcientia naturalis & diuina.*

Scientiæ diuiſio.

SCRIBITVR propoſitio iſta ab Auer. in prologo ſuo ſuper libro phyſicorum. Scire autem debes pro declaratione eius ꝙ ſcientia in communi Ariſtotele teſte in pricipio ſexti primæ philoſophiæ,prima ſui diuiſio-

G ne diuiditur in actiuam, factiuam, & theoricam, ſiue ſpeculatiuam, quod idem eſt nota, eſt autem differētia inter agere, & facere ex ſexto ethicorum. Theorica autem diuiditur prima ſui diuiſione in tres partes, in naturalem, mathematicam, & diuinam. unde iſtæ tres ſcientiæ ſolummodo ſunt ſpeculatiuæ, illarum enim finis eſt ueritas, unde plerunque ueritates nuncupantur, a fine enim unumquodque denominare fas eſt, ut dicit Ariſto. in ſecundo de anima. tex. com. 49. unde Auer. primo de anima. com. 2. inquit, exponens quid Ariſto. intellexerit per omnem ueritatem ad quam cognitio ſcientiæ de anima uidetur multum proficere quod intellexit ſcientias ſpeculatiuas. nam ſecundo meta. tex. com. tertij, theoricæ finis eſt ueritas, & practicæ opus, & ſecundum ſententiam Auic. in principio ſuæ logicæ, ſcientiæ omnes, aut ſunt de rebus quæ non ſunt ex noſtro arbitrio uel opere, & tales dicuntur ſpeculatiuæ: aut ſunt de rebus quæ ſunt noſtra opera, & dicuntur actiuæ. finis primæ eſt ſcire tantum, ſed finis actiuę non eſt ut ſciat tantum, ſed ut ſciat quid debet agere & agat, unde Ariſto. in ſecundo ethicorum. cap. 2. Sermo in talibus nō contemplationis gratia fit, quemadmodum in cæteris, nō enim ut ſciamus quid ſit uirtus, nam ſic nulla eius foret utilitas, ſed ut boni ſimus perſcrutamur. etenim ut ibidē ca.

H 4. teſtatur in uirtutibus ſcire ipſum parum eſt aut nihil, uero & exercere plurimum, immo totū ualet utpote quæ ex frequenti actione iuſtorum modeſtorumq́ proueniat. res enim tunc iuſta, & modeſta dicitur quādo talis eſt qualem iuſtus, & modeſtus ageret, iuſtus autem & modeſtus non qui hoc agit, ſed qui ſic agit ut iuſti, & modeſti agunt. bene igitur dicitur quod qui iuſta agendo iuſtus fit, & modeſta modeſtus, non agendo autem nullus ut bonus ſit, nec curare quidem uidetur, ſed pleriq́ non ita faciunt, uerum ad uerba diſputationemq́; conuerſi putant ſe philoſophari, atq́ ita uiros bonos fieri, egrotos imitati qui uerba medicorum audiunt quidem diligenter, faciunt autem nihil ex his quæ præcepta ſunt ſibi. ut ergo illorum corporibus non bene erit qui ita curantur, ſic nec illorum animis qui ita philoſophantur. Et uoluit Auic. ubi ſupra. ꝙ ſpeculatiua dignior eſt comparari ſcientiæ ex iſto fundamento, quia finis eius eſt ſcire tm̄. Tum ēt quia diuiſio ſcientiæ per theoricum, & practicum, uidetur eſſe diuiſio æquiuoci analogi in analogata, nomen autem tale abſolute prolatum ſtat pro nobiliori, declaratum eſt autem in procemio metaphyſicæ. ꝙ ſcientiæ ſpeculatiuæ nobiliores ſunt practicis, quia illę ſunt gratia ſui, ſed practicæ ſunt gratia alterius, unde Ariſto. in. 10. ethicorum. cap. 10. In cognitione

I ſcientiarum ſpeculatiuarum uidetur ponere conſiſtere hominis felicitatem. Et ſi bene conſideras, ſcientiæ ſpeculatiuæ comparātur practicis, & actiuis, ſicut cauſa ad cauſatum, unde uidemus ꝙ multa principia tales accipiunt a ſpeculatiuis ſcientijs, nam ut ſcribit Com. primo de anima com. 2. Scientia moralis ſumit a ſcientia libri de anima ultimum finem hominis in eo quod eſt homo, & ſcientiā ſuæ ſubſtantiæ quæ ſit. Et ſimiliter medicina quæ eſt ſcientia factiua ſubalternātur philoſophiæ naturali merito principiorū, naturalis. n. eſt ſanitatis, & ægritudinis prima inueſtigare principia, ut teſtat̄ Ariſt. in lib. de ſenſu, & ſenſato. hinc ē q̄d ubi deſint phyſicus, inde incipit medicus. Amplius autem ſcientiæ actiuæ, & artes imitantur, & deriuantur a cognitione ſcientiarum ſpeculatiuarum, ſicut declarauit Alex. & Auer. diffuſe in prologo ſuo ſup libro phy. ubi de utilitate pertractat, inquit enim, & cum hoc conſequitur cognitionem ſcientiæ ſpeculatiuæ de moralitate uirtutum, quoniam ſcientes iſtam ſcientiam quum erunt ſecundum ordinem naturalem, oportet eos de neceſſitate eſſe uirtuoſos in omnibus ſpeciebus uirtutum, moralium & cætera. & primo cœli. commen. ſecundo ſcribit. Lex & ars licet ſint res uoluntariæ, dum ueræ ponuntur inſequūtur naturam & opus eius, regula autem eſt ut ſcribit. Com. in 8. phy. com. 77. nomē dictum de aliquibus ſecūdū prius & poſterius illud quod per prius participat illud nomen eſt cauſa poſterioris, cū igitur Auic. ſententia ſpeculatiua ſit dignior nomine ſcientiæ comparatio eius ad theoricam erit comparatio qualis eſt cauſæ ad cauſatum.

K Dicamus igitur ꝙ cum ſcientiæ ſubalternatæ non ponāt in numerum cum ſubalternantibus, quia non niſi accidentali differentia diſtinguuntur, ſicut homo, & homo albus ſolū tres in genere ſcientiarum ſpeculatiuarum ſunt ſcientiæ, uidelicet naturalis, mathematica, & diuina, tum quia ſunt de rebus quæ non pendent ex noſtro arbitrio, tum etiam quia finis iſtarum eſt notio ueritatis, & nō opus.

*Tres fuere opiniones de logica an ſit ſcientia.*

De logica autem tres fuerunt opiniones. Stoici enim uoluerunt philoſophiam diuidi in ſpeculatiuam, actiuam, & in organicam. unde logicam dixerunt, neq́ ſpeculatiuam, neq́ actiuam eſſe, ſed organicam. Academici autem dixerunt logicam in ſe tantum conſideratam eſſe partē philoſophiæ, ſed ut eſt in uſu eſſe inſtrumentum. Peripatetici autem utrunq́ de logica aſſeuerant, & quod ſit pars philoſophiæ, & eſt etiam philoſophiæ inſtrumentum. non enim inconuenit idem reſpectu eiuſdē alio, & alio reſpectu comparatum dici partem, & dici inſtrumentum: ſicut manus alio reſpectu, & pars eſt humani corporis, & etiam inſtrumentum, ſicut bene declarauit Boethius ſuper Porphyrio, & Auic. etiam in principio ſuæ logicæ.

L *Opīo aliorum.*

Dixerūt autem quidam in declaratione propoſiti Theorematis, ꝙ ſcientiæ mathematicæ non ſunt propter hominis finē qui eſt felicitas, ſed ſolum ſunt propter exercitium. nam inquiunt quod antiquitus erant loco dialecticæ.

*Impugnatio.*

Sed hoc quidem ſtare non poteſt, quia Auer. abſolute dicit ſcientias mathematicas eſſe propter exercitium, ſed naturalem, & diuinam dicit eſſe propter finem, propter quem fit iſtud exercitium, manifeſte autem patet ꝙ tempore Auer. erat iam logica perfecta tradita ab Ariſto. Amplius non eſt credendum ꝙ Plato, & Hippocrates, & alij ſapientes nō habuerint logicam, nam quomodo fuiſſent ſcientes ſine demonſtratione, & arte demonſtrandi? ſi uerum eſt ꝙ dicitur in diffinitione demōſtrationis ꝙ eſt ſyllogiſmus faciēs ſcire. nam licet logica per doctrinam non acquiſiuerint ſcientiam, credendum eſt illos habuiſſe logicam per inuentionem.

*Opīo aliorum.*

Alij dixerunt ꝙ pro quanto deſeruiunt architectonicis, & machinis, & picturæ, ideo dicuntur eſſe propter exercitium.

*Impugnatio.*

Sed hoc ſtare non poteſt, quia etiā naturalis deſeruit medicinæ, & ſcientia libri de anima deſeruit morali, quæ ſunt ſcientiæ practicæ, ſimiliter ſcientia naturalis confert operi nautarum, nam in ſecundo meteororum ubi agitur de cauſis ſalſedinis maris, declaratur ꝙ

M aqua ſalſa eſt denſior aqua dulci ſeu inſipida, & ideo magis ſuſtinet pondera q̄ dulcis, unde nauigantes per flumina onuſtis nauibus periclitantur, & tamen naturalis non dicitur propter exercitium.

*Aliorū pō.*

Alij autem dixerunt ſciētias mathematicas eſſe propter exercitium memoriæ, nam ut inquit Ariſto. in libro de memoria, & reminiſcentia. ordo multum confert ad reminiſcentiam. inquit enim, quęcūq́ ordinationem habent aliquam ſunt magis remininiſcibilia, ſicut mathematica: quæ autem praue, grauiter.

*Cōfutatio.*

Sed nec iſta ſolutio ſatisfacit complete declarationi propoſiti Theorematis, quia nō oſtendit quomodo huiuſmodi exercitium ſit propter finem hominis potiuſquam dialectica, & aliæ artes ſiue potentiæ dictæ.

*Opīo alia.*

Alij autem dixerunt ꝙ ſcientiæ ſpeculatiuæ conferunt ad felicitatem, ſed differenter, naturalis enim confert pro quanto demonſtrat ſubſtantias abſtractas eſſe, ſed diuina pro quanto illas cōtemplatur, ſed ſcientiæ mathematicæ nullo modo deſeruiūt, quia ſunt de ſolis magnitudinibus, & numeris.

*Impugnatio.*

Sed hæc opinio ſtare non poteſt, quia. 12. meta. tex. com. 44. Aſtrologia confert quo ad numerum orbium, & intelligētiarum uenandum.

*Opinio ꝓpria.*

Propter hoc igitur reiectis aliorum ſermonibus in hoc loco dicendum puto iuxta ea quæ ſuperius



A perius declaraui ꝙ ſcientiæ mathematicæ purę, ut geometria, & arithmetica non conſiderant de ſubſtantia, ſed ſolum magnitudines, & numeros, ſola enim mathematicarum aſtrologia de ſubſtantia theoriam facit, ut ſcribit Ariſto. in. 12. primæ philoſophiæ. tex. com. 44. Et lucidiſſimus Themiſtius in paraphraſi libri primi de anima. cap. 9. ſcribit. Eſt & genus tertium, ſiue id affectionem uocare ſiue accidens malis, quod quanq́ non pōt a corpore naturali euidenter ſeiungi, ineſt tamen in corpore. ut naturale non eſt quo numero ſunt illa, rectum, inflexum, triāgulū, concauum, deuexum. demum in omnibus quæ ſibi mathematici contemplantur, naturales affectiones a conſpectione ſua reijciunt. Solas meraſq́ magnitudines, & nuda atq́ inania ſpatia eſtimant: finiēdis his, neq́ materiam, neq́ naturalem qualitatem adiungunt. Quia autem felicitas humana conſiſtit in ſpeculatione nobiliſſimi entis, oportet ꝙ cum ſubſtantia ſit prior natura cognitione, diffinitione, & tempore, ut patet. 7. meta. tex. com. 4. de neceſſitate igitur tale ens eſt nobiliſſima ſubſtantia, talis autem deus ē: unde Ariſt. loquens de huiuſmodi hominis cōtinuatione. 12. meta. tex. cō. 39. Deductio aūt qualis optima paruo tēpore nobis. Sic. n. ſemper illud ē nobis quidē impoſſibile. quæ uerba declarantur per Auer. in fine com. p̄cedentis. uidelicet in com. 38. inquit. n. Et ex hoc quidē apparet be-

B ne ꝙ Ariſt. opinatur ꝙ forma hoīum in eo quod ſunt homines non eſt niſi per continuationē eorū cū intellectu q declaratur in libro de anima eſſe principium agens nos, & mouens nos, intelligentiæ enim abſtractę in eo quod ſunt abſtractę dicunt eſſe principia eorum quorum ſunt principia duobus modis, ſecundum quod ſunt mouentes, & ſecundum quod ſunt finis. Intelligentia. n. agens inquantū eſt abſtracta, & eſt principiū nobis neceſſe eſt, ut moueat nos ſecūdū quod amatū amās, & ſi oīs motus neceſſe eſt cōtinuet̄ cū eo a quo fit ſecundū finē, neceſſe ē ut in poſtremo cōtinuemur cū hoc itellu abſtracto, ita ꝙ erimus depēdentes a tali principio a quo cœlū depēdet, q̄uis hoc ſit in nobis in modico tēpore, ut dixit Ariſt. Quia igitur ſciētiæ de ſubſtāntia conſiderantes præcipue ſunt ſcīa naturalis, & diuina, alio tamē & alio mō, ſicut docet Auer. in. 12. meta. cōmētis. 1. & 5. & 29. Naturalis. n. uia tranſmutationis oſtēdit primā materiā, & uia motus localis oſtendit eſſe primi motoris qui eſt abſtractu a magnitudine. Diuinus autē præſuppoſitis iſtis declarationibus factis per naturalē Philoſophū, & habitis ꝓ cōſtanti declarat ex conſideratione ſubſtantiarum inquantū entia, & inquātum ſubſtantiæ ſunt quod talis uirtus abſtracta a magnitudine eſt prima forma, & prius finis omniū entium inquantum en-

C tia ſunt, & ideo Com. dicit in. 12. meta. com. 44. ꝙ per acquiſitionē iſtius ſcīæ diuinæ ab hoīe hō inuenitur in ſua ultima perfectione eſſendi, ita ꝙ in tali cognitione conſiſtit ultimata hominis felicitas, ut uoluit Alpharabius, aut ſaltē tanq́ in diſpōne ultimata quæ eſt præuia ad uerā felicitatem quæ eſt ſecundū Auer. per intellectū adeptū, ut tenet ipſe in. 9. metaphy. commen. ulti. et. 3. de aīa. com. 36. Quia igitur felicitas hoīs non pōt naturaliter homini cōtingere, niſi multis actionibus, iſta. n. eſt conditio iſtorum inferiorum, & generabiliū ꝙ quanto aliquid eſt nobilius, & perfectius altero, tāto pluribus actionibus coniungitur ſuo fini, ut ſcribit Com. in. 2. de cœlo & mūdo in com. 63. Et quia natura in ſuis operationibus non facit ſaltū, nec ꝓgreditur de extremo ad extremū ſine medio, ut dicit ſæpe Ariſt. in libris de natura animaliū, cū entia de quibus intellectus humanus ſcīam ſpeculatiuā capere poteſt ſint in triplici differentia.

*Entia in triplici ſunt differentia.*

Quædā. n. ſunt in uno extremo, & talia cōcernunt materiā ſecundū eſſe, & diffinitionē. Quędā ſunt in alio extremo, quæ uidelicet abſtrahunt a materia, & ſecundum eſſe, & ſecūdū diffinitionē. Tertiū genus entiū eſt illorū quæ quodammodo ſunt in materia, & quodāmodo ſunt a materia ſeiuncta, & talia ſunt entia mathematica, & ſecundū aliquos in hoc genere entiū eſt ſciētia de anima, ut uidetur in Themi. in ſua paraphraſi ī principio libri phyſicæ auſcultationis. inquit enim ponēdo diuiſionem ſcientiarum ſpeculatiuarum.

D *Opīo Themiſt.*

Alterum uero genus ꝙ in conſpectione duntaxat, & ęſtimatione rerum ſola conſiſtit. Cuiuſq́ finis eſt ueritas generali uocabulo ſpectatiuum contemplatiumq́ appellari uoluere. Iterū genus hoc poſterius ſecatur in ſpecies, nam ea ſpeculatio quę circa res a materia non ſeparatas uerſatur, quæ auxilio ſenſus, & uiſionum ope ipſum intellectum poteſtatis perficit, naturalis ſcientia nuncupatur ea ratione quod & circa eas res, & in his natura conſiſtere uideatur. Eam autem cōtemplationē quæ circa res materia omnino carentes, & potiſſimam intellectus agentis actionē, nec non circa illū actum intellectus uerſatur poteſtatis, qui una cū intellectu agente cōficitur diuinarū rerū ſcīam, & primam philoſophiā, & metaphyſicā uocant, quia ſ. poſt naturaliū rerum traditionē inſtituta illa, & ordinata eſſe uideatur. Cæterū ea cognitio cui ſubiectę ſunt res, partim coniunctæ materiæ, & partim abſtractæ mathematica, & ſcīa de anima nuncupatur. Etenim mathematicarū rerū ſubſtantiā affinitate quadā, & interſtitio utriuſq́ naturæ ancipitē eſſe atque intermediā autumāt. Eo ꝙ ſi uniuerſalitatē atq́ in cōmune ſpecies naturæ ſint expertes, ſi dimēſum ipſum diſ-

E cretionemq́; particularem ac ſenſilē a materia diſiungi, atque auelli non poſſint. Idē de anima dicitur, ex ſenſibus namq́ & imaginationibus atq́ illo ipſo intellectu potentiæ multū in eſſe materiæ colligunt, ex agente uero intellectu, quē caput animi Ariſt. oſtendit aiunt eſſe animā ab oī materia abiunctā, quāuis non idē Alex. uideatur. Hæc ille.

*Declaratio mētis Themiſtij.*

Vbi aduerte non fuiſſet mentem Themiſtij ſcientiam de anima eſſe in numero ſciētiarū mathematicarum, ut intellexerunt uulgares. Sed eſt conſtituta in numero illarū ſcientiarū, quæ conſiderant res quodāmodo iunctas materiæ, & quodāmodo a materia ſeiunctas. quēadmodū. n. entia mathematica in uniuerſali conſiderata abſtrahūt a materia, in particulari autē & ſecundū eſſe ſignatū quod habēt extra animā a materia diuelli non poſſunt, ita ut inquit eſt de anima. Nam quo ad uegetatiuū, ſenſitiuum, & intellectū potentiæ ſcīa de aīa uidetur tractare de his quæ multū ſunt connexa materiæ, ſed in illa parte in qua conſiderat de intellectu agēte dicitur cōſiderare de re abiūcta a materia. ita ꝙ conuerſo mō uidetur eſſe quantū ad hoc de ſcīa de aīa, & de ſcientijs mathematicis, nā ille primo ut uniuerſalitate ſpectant, ſic ſunt expertes materiæ, ſed ſcīa de aīa ꝓ maiori ſui ambitu res materiæ innexas cōtēplatur, & ꝓ minori rē a materia ſeiūctā. Et iſta eſt uia eius,

F quā ēt uidetur imitari Boethius in prima editione ſup Porphyrio in principio ſicut poteris uidere, ſed quicquid ſit de hoc oportet intellectū ante q̄ ꝓuehatur ad intellectionē entiū totaliter ſeparatorū a materia, & ſecūdū eſſe, & ſecūdū rationē p̄exercitari in cognitione iſtorū entiū, quodāmō in materia, & quodāmō a materia ſeparatorū. Nā credendū ē ꝙ ordo ſit in intellectu in ipſa cognitione quādo aſcēdit ad ſuā ultimā ꝑfectionē, ſicut bene declarat Com. in. 3. de aīa. in com. 36. Sic igitur bene intelligere potuiſti q̄ modo ſcientiæ mathematicæ ſunt ꝑꝑ exercitiū intellectus, ut antiqtus ſcīæ mathematicæ dicebant ꝓgymnaſmata. i. præexercitamēta intellectus propter prædictā cauſam, & iſta eſt antiqua ſententia Platonis in. 6. libro de republica, & ita expoſuit Ammonius ſuper Porphyrio, & eſt uera expoſitio in ſe.

*ADDitio.*

{✿ Et notatione ut alias dixi ꝙ iſta authoritas magis ē ex itētiōe Platonis q theoricū ſolū in duo diuiſit in theologicum, & in phyſiologicū, mathematicum aūt apud Platonem non eſt ſub theorico, ſed ſunt progymnaſmata, & exercitamenta intellectus modo declarato, ſed Ariſt. 6. primæ philoſophiæ collocauit tertium membrū mathematicus, & hoc adde hic.} Naturalis autem & diuina, quia iſtę ſcientię conſiderant de ſubſtantia quibus ex

G mathematicis adminiculatur aſtrologia, quæ etiam ſola inter mathematicas ſcientias de ſubſtantia ſempiterna cõſiderat. iſtæ d rectę ſunt propter hominis finem, uel ultimatum, uel ſaltẽ in ratione præuię diſpoſitionis immediate præparantis intellectum ad illius finis conſequutionem ſecundum diuerſas opiniones, ſicut diximus.

Propõ. 90.

## *Omne agens agit propter finem.*

PROPOSITIO iſta patet inductiue, nã ex. 2. phy. Omne agẽs aut agit per intellectũ, aut agit naturaliter. ibi aũt Ariſt. ꝓbat tã agens naturale q̃ agens a ꝓpoſito agere propter finẽ, ut patet in. 2. phy. a tex. cõ. 75. uſq; a tex. com. 87. Nota tamẽ quia eſt dña in numero agẽtiũ, quia quædã ſunt neceſſaria, & quæd ſunt cõtingẽtia ſicut iſta quæ ſunt hic. In agentibus neceſſarijs dicimus nos ꝙ iſta eſt diſpõ eorũ, ut ipſa nõ ſint ꝓpter ſuã actionẽ, ſed actio eorũ ſit ꝓpter ipſa, & iſta neceſſitas eſt in rebus æternis. ita ſcribit Com. in. 2. phy. i cõ. 88. ubi aĩaduerte ut ſcribit Auer. in. 2. cœli & mun. com. 17. &. 21. & in. 12. meta. com. 36. ꝑcipue aũt. 2. cœli. tex. com. 17. ubi dicit Ariſt. in litera. dei aũt operatio immortalitas, inquit, neceſſario eſt, ut actio rei diuinæ ſit æternitas, actio. n. rei diuinæ eſt ipſa, & ſuũ eſſe cũ non ſit ꝓpter aliud. Et quia appropriatur ab alijs entibus, & diſtinguitur in eſſe. Cõtingit ꝙ actio eius quod eſt ſuũ eſſe non eſt niſi ꝓpter æternitatẽ. i. æternitatẽ ſui eſſe. Actio aũt aliorũ entiũ quæ non ſunt æterna nõ eſt primo niſi ꝓpter ẽe aliorũ entiũ tantũ, quãuis illorũ eſſe ſit propter aliud, uerbi gratia, ꝙ actio hominis prima intentione non eſt ꝓpter ſuũ eſſe, & iſpe ẽt non eſt niſi ꝓpter cõplemẽtũ diuiſionis huius eſſe, ſecũdũ hoc erit actio huius prima intẽtione ꝓpter aliud ſecundo ꝓpter ſe, in rebus aũt diuinis eſt ecõuerſo. ſ. ꝙ actio eorũ prima intentione eſt ꝓpter ſuũ eſſe, & ſecunda propter aliud, & hoc ẽ quod ponendũ eſt, & declarandũ in ſcientia diuinali, unde Ariſt. 12. meta. tex. com. 36. declarat qũo intelligentia mouet in ratiõe finis amati, & deſiderati, ubi Com. mouet quęſtione in com. & tandẽ concludit ꝙ motus intelligentiarũ non eſt propter exitum iſtarũ formarũ de potentia ad actum, non ita ꝙ illud eſt perfectio eorum prima, ſed ita ꝙ illud eſt conſequens primã perfectionẽ eorũ, uerbi gratia qui exercitatur ad conſeruandã ſanitatem per aliquã operationem alicuius artis, primo intendit ad conſeruandã ſanitatẽ ſuã, ſecundo aũt intendit illã operationẽ. in hoc igit̃ conſiſtit ſicut uides natura agentiũ æternorũ quod ipſa nõ ſunt propter ſuam actionẽ prima intentione ſed econuerſo, ſed natura agentis corruptibilis primo eſt ꝓpter ſuam actionẽ, & ꝓpter alia, & ſecundo propter ſe. Sed quæres cauſam ꝓpter quid hoc contingat, niſi eſſet quia natura de poſſibilibus ſemp̃ facit quod melius eſt, ut dicit Ariſto. in. 2. cœli in. tex. com. 34. & i libris de generatione animalium frequenter, quia natura in iſtis corruptibilibus ꝑpetuari non põt ſecundũ indiuiduũ indidit deus, & natura naturale deſideriũ ad conſeruandam ſpeciẽ, et ideo ſpecies eſt de primaria intentione naturæ, & propter hoc pater naturali deſiderio plus amat filiũ, q̃ ſeipſum, & plus nepotẽ, q̃ filium, hoc ẽ quod dixit Auer. 2. de anima. com. 34. Solicitudo diuina cũ non potuerit facere ipſum permanere ſecundũ indiuiduũ miſerta eſt in dando ei uirtutẽ qua poſſit permanere in ſpecie, & hoc non eſt dubiũ. ſ. ꝙ melius eſt in ſuo eſſe, quod habeat iſtã uirtutem quam ſi nõ habeat.

Dubium. Sed tunc contra prædicta eſt difficultas quia ſi agens corruptibile ſit ꝓpter ſuam actionẽ, tunc ſequeretur ꝙ ipſa operatio eſſet finis operantis, & cũ operatio ipſa ſit qualitas accideret cum finis ſit nobilior ordinatis ad finẽ, tũc igitur ſubſtantia eſſet imperfectior accidente, hoc autem nõ capit intellectus, & hoc eſt quod multi non intelligunt.

Solutio. Niſi eſſet ꝙ hoc ſic debet intelligi quod complementũ rei ex rebus quæ ſunt hic eſt quando actualiter operantur & ſunt in actu ſecundo. Nam ut inquit lucidiſſimus Themi. in primo de anima. cap. 8. illud quidem defendi nõ poteſt, ut aliquod ocioſum natura creauerit. Eſt enim compertũ hoc nihil in natura torpere, nihil feriari, ſua in ſingulis rebus ingenia contineri, officia quæq;, et geſtiones ſuas agnoſcere agitareq;, & quaſi penſa perſoluere. Vnde Com. in. 9. primæ philoſophiæ in com. 7. contra loquentes in ſua lege, inquit, Moderni autem ponunt unũ agens omnia entia ſine medio. ſ. deũ. Et contingit iſtis, ut nullũ ens habeat actionẽ propriã naturaliter. Et cũ entia non habuerint actiones proprias, non habeunt eſſentias proprias. Actiones. n. non diuerſantur niſi per eſſentias diuerſas. Et iſta opinio ẽ ualde extranea a natura hominis. Et qui recipiunt huiuſmodi non habẽt cerebrũ habilitatum naturaliter ad bonum. hoc aũt non dicit lex noſtra Chriſtianorũ. Nam ut inquit beatus Augu. in libro de libero arbitrio. Deus res quas cõdidit ſic adminiſtrat, ut eas proprios motus agere ſinat. Dico igitur ꝙ agens etiã corruptibile non dicitur eſſe propter ſuam operationẽ principaliter, ita ꝙ ipſa operatio abſolute conſiderata in ſe ſit finis, & perfectio ultimata ipſius agentis principalis. Nã ut ſcribit Ariſt. in. 7. politicę. ſemp̃ deterius eſt melioris gratia, patet hoc in his, ut inquit, & q̃ ſecundũ artẽ & q̃ ſunt ſecũdũ naturã, ſed eſt inquantũ illa cõiungit ipſum agens enti quod eſt cauſa finalis eius, quia omnia entia non intendunt per ſuas operationes niſi, ut aſſimilentur perfecte nobili ꝙ eſt deus ſecundum quod in natura eorũ eſt acquirere de aſſimilatione, ut dicit Com. in ſecundo cœli. com. 64. Sic enim ignis per motum aſcenſus, & per ſuam leuitatem unitur ſuo fini, & graue per ſuũ deſcenſum, & ſuam grauitatem conſequitur finem ſuum, ſic homo etiã per intelligere unitur primo principio quod eſt felicitas eius. omnia enim participant bonitatem primi per ſuas operationes ſecundum quod poſſunt, unde etiam prima materia per naturale deſiderium quod nihil aliud eſt, ut ſcribit Com. primo phyſi. com. 81. niſi motus ille quem habet materia ad recipiendum formam. Nam materia ſecundum quod accidit ei priuatio eſt innata appetere ſe aſſimilari primo principio. Et ſic omnia agẽtia quæ ſunt hic agunt non ſolũ propter ſuam operationem, & ꝓpter ſuos effectus, uerumetiam agunt propter aliquem finem qui eſt cauſa finalis eorum, & hoc eſt quodam ordine ſeruato. Nam ut ſcribit Ariſto. in. 8. phyſi. tex. com. 15. Nihil inordinatũ eſt eorum quæ natura, & ſecundum naturam ſunt, natura enim cauſa omnis ordinationis eſt, & 3. cœli & mundi. tex. com. 24. Ordo propria ſenſibilium natura eſt, immo bonum totius uniuerſi in ordine cõſiſtit, ut patet. 12. meta. tex. com 44. Sic igitur dicimus materiã eſſe propter formam. 2. phyſi. tex. com. 91. Et elementa ꝓpter mixta, ut patet. 3. cœli. 67. & mixta ꝓpter uegetabilia & uegetabilia ꝑp̃ aĩalia in quibus eſt magis ordo, q̃ in uegetabilibus, ut patet. 2. phy. tex. cõ. 83. Et animalia ꝓpter hominem. Nam ut ſcribit Com. in. 2. de anima. com. 32. Complementum animalium, & finis eorum qui intendebatur in generatione quem cum natura potuit pertingere ſtetit, eſt modus animalium habens uirtutem ſpeculatiuã cogitatiuam. i. intelligibilẽ. Et Ariſt. in. 2. de anima. tex. com. 37. Sicut enim intellectus gratia huius facit, eodem modo & natura, & hoc eſt ipſius finis, huiuſmodi aũt in animalibus anima, & ſecundum naturã, omnia enim phyſica corpora animæ inſtrumẽta ſunt ſicut animaliũ ſic, & plantarũ tanq; gratia aĩæ exiſtentia. Vnde rõnabiliter dictũ ẽ animã quodãmõ eſſe oĩa, Nã eſt oĩa ſenſibilia ꝑ ſenſum, & eſt oĩa intelligibilia per intellectum, ut patet. 3. de anima. tex. com. 37. Et aduerte ꝙ iſte ordo ꝓcedit ẽt aſcẽdẽdo ad primũ principiũ, nã ſi ordo reperitur in iſtis generabilibus, & corruptibilibus longe magis, & nobiliori mõ reperitur in cœleſtibus, et abſtractis ſubſtãtijs i quibus neq; caſus, neq; malum reperitur, ut ſcribit Ariſt. in. 9. primę philoſophiæ. in. tex. cõmen. 19. unde Ariſt. in. 2. phy. tex. com. 46. multum deridet antiquos qui poſuerunt caſum

in corporibus

H I K L M



A in corporibus cœleſtibus, & non in iſtis generabilibus, & corruptibilibus, & erat merito ſicut dicit econtrario fieri.

Sic igit̃ intellexiſti quomodo omne agens ſiue ſit a natura, ſiue ab intellectu agens agit propter finem, & intellexiſti differentiam inter agentia æterna, & corruptibilia.

Eſt & alia differentia, nam in corruptibilibus quãto aliquod agens fuerit nobilius, tanto pluri actione coniũgitur ſuo fini, ſecus eſt in agentibus æternis, ita ſcribit Commẽ. in. 2. cœli et mundi, in cõ. 63. Tertia differentia eſt, quia agẽs per intellectum cognoſcit finem, propter quem agit, quia agit cum cognitione, ſecus eſt de agẽte naturali, quia agit ſine cognitione, licet in ſuum finem ordinetur ab intelligentia non errante, unde Commenta. 12. metaphy. cõ. 18. dicit ex ſententia Themiſtij ꝙ opus naturæ rememoratur ab intelligentia. Et ex hoc exoritur quarta differentia, quia finis propter quem agit agens naturale ſemper eſt bonus. Non ſemper autẽ eſt bonus finis propter quẽ agit agens cum cognitione, licet appareat bonus, unde Ariſto. deſcribens finem. in. 2. phyſicæ auſcultatiõis inquit. in tex. cõ. 31. quod autem cuius cauſa potiſſimum ẽ, & finis aliorum uoluit eſſe, differt autem nihil quidem dicere bonum, uel uideri eſſe bonum. ubi Commen. in calce cõmen. ponderans hoc inquit. Et dixit hoc ut deſcriptio ſit cõmunis rebus

B uoluntarijs, & naturalibus, quoniam ultimum intentũ in rebus uoluntarijs multoties uidetur bonum. Et non eſt in rei ueritate, intentum uero ĩ rebus naturalibus eſt bonũ uerum, & ratio eſt illa quam diximus, quia agens naturale licet agat ſine cognitione, tamẽ dirigitur in ſuum finem ab intelligentia non errante. Nam quemadmodum ſagitta tendit in determinatum ſignum ex directione & ordinatione ſagittantis: ſic agens naturale in finem ſibi præfixum diſponitur, & dirigitur ab intelligẽtia. Et quia illa errare nõ poteſt, hinc eſt ꝙ talis finis ſemper ẽ bonum uerum. ſecus autem eſt in nobis, nam ratio humana quandoq; errat, & ideo non ſemper bonum uerũ appetimus, pauci, enim, dignoſcere poſſunt Vera bona, atq; illis multum diuerſa remota Erroris nebula, ut dicit Iuuenalis. Eſt etiã alia differentia inter agentia in materia, & inter agentia abſtracta a materia penes hoc, quia in abſtractis idem eſt ꝙ mouet ut finis, & quod mouet ut agens. In iſtis autem quæ ſunt in materia diuerſificantur, unde Auerro. 12. primæ philoſophiæ. cõ. 36. ſcribit. hæc autem differunt in nobis. ſ. illud quod mouet nos in loco ſecundum quod eſt agens, & ꝙ mouet nos in loco ſecundũ quod eſt finis, & habet duplex eſſe in anima, & extra animam, quod autem eſt in anima eſt, eſt agens motum, ſecundum uero quod eſt extra aĩam

C eſt mouens ſecundum finem, uerbi gratia quoniam balneum duplicem habet formam in anima, & extra animã. Et propter illam formam quæ eſt in anima deſideramus aliam formam quæ ẽ extra animam. Forma igitur animæ balnei inquantum eſt in anima, eſt agens deſiderium, & motum. Secundum autem quod ẽ extra animam eſt finis motus, & non agens. ſiquidem igitur forma balnei non eſſet in materia, tunc moueret, & ſecundum agens, & ſecundum finem ſine aliqua motione contingente, & ſic eſt intelligendum de mouentibus corpora cœleſtia ſecundum quod ſunt fines eorum mouentur ab illis ſecundum deſiderium. Et eandem ſententiam habet in libro de ſubſtantia orbis. in fine primi cap̃. licet per accidens in iſtis materialibus poſſit cõtingere ꝙ efficiens, & finis coincidant in idem ſecundum diuerſas rationes, ſicut operatio motiua ẽ finis ſanitatis membrorum quæ ſunt inſtrumenta motus, quorum ſanitas ad hanc operationem finaliter ordinatur, pro quanto uero operatio motiua eſt cauſa potens aliquo modo alterare noſtrum corpus & conſeruare, ſic eſt cauſa efficiens. Sed aduerte ꝙ opationes ſunt cauſæ conſeruãtes non principaliter, & per ſe. Sed ſecundario & quaſi per accidens. Nam dum membrum mouetur expanditur ſpiritus, & calor naturalis ad illud, & ſic uigoratur. Alias ẽt differentias poteris inuenire ſi bene conſideres, ſed iſtæ ſufficiant ad excitandum intellectum. Iuxta hoc intelligere debes ꝙ ut inquit lucidiſſimus Themi. in. 2. de anima. cap̃. 14. Duplex eſt id quod ſub hoc nomine cuius gratia notari uolumus. Tum id quo itur, tum id cui itur, & eſt diſtinctio Philoſophi in. 2. de anima. text. cõ. 35. &. 37. ubi dicitur. Illud autem quod cuius cauſa ſit dupliciter eſt hoc quidem cuius, illud uero cui. Datur autem accommodatum duplex exemplum per Themiſtium ĩ moralibus. primo ut dicit finis biſariam dicitur primus ut felicitas habeatur quo omnes laboramus, & tendimus. Alter ut noſipſi & ſibi quiſq; cui felicitas optatur, & quæritur. Secundum uero exemplum eſt in medicina in qua ẽt biuius finis conſpicitur, eſt enim ibi ſanitas tanquam id quo pergitur, & cuius cauſa adhibitus & accerſitus eſt medicus. Eſt & ægrotus ut is cui paranda reſtituẽdaq; eſt ſanitas.

In agẽte naturali duplex ẽ finis.

Item etiam intelligere debes ꝙ in omni agente naturali duplex dicitur eſſe finis, & primus quidem eſt diuina bonitas, & ĩmortalitas, cuius gratia agunt quæcunq; agunt ſecundum naturam, ut patet primo phy. 81. &. 2. de anima. 34. Alter uero eſt natura ipſorum entium participantium talem finem, & perfectionem.

Limitatio unius famoſæ ꝓpõnis.

E Et iuxta hanc diſtinctionem patet tibi limitatio famoſæ propoſitionis quæ ſolet paſſim allegari, finis eſt nobilior ijs quę ſunt ad finem, & elicitur ex 2. phy. tex. cõ. 31. quod autem eſt cuius cauſa potiſſimum & finis aliorum uoluit eſſe, nam uera eſt de fine cuius, ſeu de fine quo itur, non autẽ eſt uniuerſaliter uera de fine cui, unde ut inquit Commen. primus reſpectus eſt materię ad formam, & corporis ad animam, nam materia eſt ꝓpter formam tanquam propter finem et non econuerſo, ut dicitur. 2. phyſi. tex. cõ. 91. Secundus autem reſpectus eſt animæ, & corporis ad corpus animatum, nam corpus animatum ſeu compoſitum ex anima, & corpore eſt finis cui, reſpectu animæ, & corporis. manifeſtum eſt autem ſecundũ doctrinam Auer. ꝙ compoſitum non eſt nobilius, neq; ꝑfectius quam ſit forma, & ita non eſt uniuerſalirer uera illa propoſitio de fine cui. Fallit etiam de fine ſecundario, nam certum eſt ꝙ intelligentiæ agunt propter iſta inferiora tanquam propter finem, tamen hoc eſt conſecutiue, & ſecundaria intentione, & ideo nõ ſunt illa nobiliora illis, ut patet. 12. metaphy. cõ. 36. unde locum habet de fine principali.

Limitatio alterius ꝓpoſitionis.

Iuxta hoc intelligis ueritatem alterius propoſitionis famoſæ in philoſophia, quæ dicit ꝙ agẽs naturale agit, ut aſſimilet ſibi paſſum. non enim eſt intelligendum ꝙ illa aſſimilatio quæ eſt formaliter relatio ſit finis ipſius agentis, quandoquidem relatio eſt debilis entitatis, intantum ꝙ quidam reputauerunt prædicamentum relationis eſſe de ſecundo intellectis, ut ſcribit Cõmen. 12. metaphy. cõ. 19.

F Nec intelligitur ꝙ agens agit propter formam generati tanq; propter finem principalem in quo agẽs aſſimilatur ipſi genito, nam forma rei generandæ aut eſt æq; nobilis formæ ipſius generantis, ſicut contingit in generationibus uniuocis: aut forma illa eſt minus nobilis, ſicut contingit in generationibus a generante æquiuoco, ſicut quando ſol generat ranam: manifeſtum eſt autem quod ęque nobile, uel minus nobile non poteſt eſſe finis principalis agentis. nam finis principalis debet eſſe nobilior omnibus ijs quæ ſunt ad finem, ſed intelligitur iſto pacto qđ agens naturale agit propter formam generandi acquirendam tanquam propter finem ſub fine, inquantum ordinatur ad ſaluandã ſpeciem in ordine ad perfectionem uniuerſi.

Propõ. 91

## *Omne quod corrũpitur a contrario corrũpitur.*

FAMOSA ſatis eſt propoſitio in philoſophia, ut patet primo phyſi. tex. cõ. 47. & primo cœli & mundi. tex. cõ. 20. & eſt ſententia Commen. Auer. in libro de ſubſtantia orbis. cap̃. 1. ubi inquit. Declaratum eſt igitur ꝙ cauſa corruptionis entium, & factionis eorum eſt cõtrarietas exiſtens in ſuis formis, & commune ſubiectum ꝙ nullam ha

G

bet propriam formam, immediata enim cauſa eſt contrarietas, & commune ſubiectum eſt cauſa mediata. Vera eſt propoſitio in habentibus contrarium, & in his quando per ſe corrumpuntur, nam talia poſſunt corrumpi per accidens ad corruptionem ſubiecti in quo exiſtunt, ut ſapor, et color, & tunc non oportet ꝙ a ſuis contrarijs talia corrumpātur. In carentibus autem contrarietate aliquid corrumpi poteſt propter abſentiam agentis, uel producētis ſeu cōſeruantis, ut lumen in aere corrumpitur, & non eſt dicendum ꝙ a nullo corrumpatur, nam quod omnino nihil eſt non habet uim aliquam corruptiuam, non entis enim nullę ſunt uirtutes aut differentiæ. Nec a ſeipſo, quia nihil ſeipſum corrumpit per ſe, quēadmodum nihil ſeipſum generat, ut patet. 2. de anima. text. cō. 47. Nec corrūpitur a ſuo contrario, quia aut a contrario poſitiuo, aut a cōtrario priuatiuo. Non ſecundum, quia illud eſt tenebra quæ eſt pura priuatio, & per conſequens nullius actiuitatis eſt. Nec a contrario poſitiuo quia nihil hoc pacto ſibi contrariatur. Nec ab aliquo oppoſito diſperato, quia formæ diſperatæ pñt ſimul ſe cōpati in uno, et eodem ſubiecto, ſicut albedo & dulcedo in lacte. relinquitur igitur per ſufficientem diuiſionem ꝙ corruptio luminis fiat propter abſentiam producentis, aut conſeruantis, præſentia enim radij ſolaris in aere conſeruat lumen, & ideo ad eius abſentiam corrumpitur.

H

Pro quo ſcire debes, ut ſcribit Cōmen. in. 4. phy. cō. 129. dubitando contra Ariſtot. ibi dicentem, ꝙ omnis motus, & tranſmutatio eſt in tempore, quomodo hoc eſſe poteſt, nos enim uidemus tranſmutationes quaſdam quæ fiunt non in tēpore, ut illuminatio totius horizontis a ſole, & totius domus a candela, & ſicut factio formæ rei generatę in actu. exiſtimatur enim ꝙ hoc eſt aliquod indiuiſibile. ſumus enim inter duo aut concedere hanc demonſtrationem eſſe uniuerſalem, & dicere ſenſum peccare in iſtis rebus, & quod non comprehendit tempus propter uelocitatem earum: aut iſte ſermo erit particularis. ſ. quoniā non eſt uerus niſi de quibuſdam tranſmutationibus in quibus inuenit̃ uelocius, & tardius. Et ſoluendo dicit, & ad hoc dicemus ꝙ tranſmutatio dicitur æquiuoce de tranſmutatione quæ eſt per ſe, & tranſmutatione quæ nō eſt per ſe, ſed eſt finis tranſmutationis. finis enim rei non eſt de natura rei, & quia tranſmutationes quæ ſunt non in tempore ſunt fines tranſmutationis, & non ſunt tranſmutationes niſi æquoce, ergo in omni trāſmutatione uera inuenitur uelocius, & tardius, & omne in quo inuenitur uelocius, & tardius, inuenitur in eo prius & poſterius, et omne in quo inuenitur prius, & poſterius eſt in tempore. ergo omnis tranſmutatio eſt in tempore, ſiue finis tranſmutationis fuerit de genere illius, ſiue de alio genere, & hoc declarabitur bene in ſexto. nam. 6. phyſi. cō. 32. fecit prolixam digreſſionem contra expoſitores qui accuſauerunt Ariſto. in illo loco, & ibidem Cōmen. iſtam ſolutionem confirmat.

I

Dico igitur ꝙ corruptio luminis non eſt uere motus, nec uere trāſmutatio, nam ſi ita eſſet fieret in tempore, ſed hoc falſum eſt, nam quemadmodum ſua generatio eſt in inſtanti, ut patet 2. de anima in tex. cō. 70. ubi Ariſto. arguit contra Empedoclem opinantem lumen eſſe corpus, & quod in tempore multiplicabatur, ſed latebat nos ꝓpter uelocitatem ſui motus, inquiens ꝙ iſte ſermo eſt extra uerum, & extra apparentiam, poſſibile eſt enim hoc percipi in breui ſpatio, ſed non percipi de oriente ad occidentem magna eſt differentia ualde, ita etiam corruptio luminis fit in inſtanti, & ideo non corrumpitur a contrario, quia contrario caret, & ſi haberet poſſet in tempore per ſe corrumpi, quia ubi eſt contrarietas ibi eſt reſiſtentia, & ubi eſt reſiſtentia, ibi eſt ſucceſſio, ut ſcribit Cōment. in. 4. phyſi. cō. 71.

Dubitatio.

Sed eſt dubium de calore naturali a quo corrūpatur in morte animalis, nō enim ſufficit dicere ad hoc, ſicut quidā theorici medicinæ auſi ſunt dicere quod corrumpitur ad corruptionem humidi ſubſtantifici, quod continue exiccatur, & deterius fit, & generatur, ut dicunt reſpectu prioris diſſoluti.

Opi. Tho. de Garbo

K

in ſpāli tractā. de reſtauratiōe humidi.

Nam ut aſſerūt ſi humidū ęque perfectum, aut melius diſſoluto poſſet reparari, tunc uita hominum poſſet perpetuari. Et ideo ad corruptiōem ſui ſubiecti ex quo reparatur accidit corruptio eius, ſicut eſt de flamma quę deſinit eſſe cōſumpto oleo, unde Galeñ. in prima particula ſeparatorum ſermonum dixit, ꝙ natura ſenum eſt ſicut lucerna extinctioni parata.

Impugnatio.

Hoc quidem ſtare non poteſt, quia effectus poſitiuus requirit cauſam per ſe poſitiuam, licet enim Ariſto. in. 2. phyſicæ auſcultationis dicat eandem eſſe cauſam contrariorum ſecundum contrarias diſpoſitiones, ut nauta per ſui præſentiam eſt cauſa ſalutis nauis, & per ſui abſentiam eſt cauſa ſubmerſionis: Tamen adhuc illa abſentia cum ſit cauſa priuatiua præexigit, & debet reduci ad aliquam cauſam poſitiuam, & ſunt uenti aut alia cauſa q̄ ſubmergit iſtam, & ita corruptio olei eſt flammæ generatio. ſi igitur flamma corrupta oportet de neceſſitate ꝙ habeat corrūpens, & eodē mō corruptio ſubalis ipſius humidi ſubſtātifici eſt generatio ipſius caloris naturalis (loquor. n. de naturali, ut ē corpus calidū, & nō loquor, ut ſumit̃ ꝓ qualitate) oportet igitur ꝙ calor naturalis ab aliqua cauſa poſitiua corrumpatur.

L

Amplius autem ſolutio iſtorum in alio deficit. Nam peccat ratio ipſorū per fallaciam conſequentis, licet enim humidum ſubſtantificum ęque ꝑfectum, & etiā perfectius naturaliter reparetur, quod credo firmiter eſſe uerum, ſi Galeno credimus poſſe fieri corporum reductionem, non propter hoc uita hominis eſſet ꝑpetuabilis. Tū quia, ut nouerūt Philoſophi, uirtutes materiales ſunt fatig abiles, & per conſequens non poſſet uirtus iſta uniformiter agere, et eodē modo operari, uel eſto ad imaginationem quod hoc fieret, ſicut fingit Auicen. in prima Fen primi cañ. doctrina. 3. cap̄. 3. de complexionibus ætatum, & generum, ubi īquit. Amplius, ſi hæc uirtus infinita foret, & ſemper permutationem in corpore faceret, & eius quod diſſoluitur æqualiter, & uno modo diſſolutio non eſſet, immo ſemper quotidie augeretur, & corpus diſſolutionem tolerare non poſſet, & diſſolutio humiditatem finiret: quanto magis cum duæ res ſe iuuent ad minorationem faciendam, & retrocedendum? Et poſtquam ſic eſt oportet neceſſario, ut materia deſtruatur, & calor extinguatur. Quæ quidem ratio etiam innuitur ab Ariſto. in 2. de generatione animalium cap̄. 4. ubi loquitur de generatione dentium.

M

Amplius cum ſecūdum Philoſophos in ſecundo cœli, & mundi. tex. cō. 18. nullum uiolentum ꝑpetuum eſſe poſſit, dato ꝙ ſemper uniformiter humidum repararetur, elementa tamen in mixto exiſtentia uiolentiā paſſa quandoq; alterarentur adinuicem, & diſſoluerētur, ut uadant ad ſua loca. unde Ariſto. & Cōmen. in. 2. cœli et mundi. tex. cō. 37. in tertia demōſtratione quam adducūt ad probandum ꝙ motus cœli non poteſt eſſe irregularis, ſicut eſt in animalibus corruptibili bus, quia remiſſio uniuſcuiuſq; in talibus propter impotentiam euenit. impotentia autem præter naturam, etenim in animalibus impotentiæ omnes præter naturam ſunt, puta ſenectus, & decrementum. tota enim conſiſtentia animalium forte ex talibus conſtat quę differunt proprijs locis, nulla enim partiū ipſius habet eam quæ ipſius regionem. ubi Auer. in cō. dicit. i. neq; motus cœli poteſt tardari, & flecti in tempore futuro, flexibilitas enim motus erit in animalibus propter debilitatem, debilitas autem eſt extra naturam, quia contingit ꝙ hoc eſt accidens in animalibus ex prima generatione, & quia cauſa ꝙ tranſmutatio, & corruptio accidat animalibus, eſt quia generatur ex elementis contrarijs, & cū hæc ſint in eis non ſunt in locis proprijs. & hoc intendebat per hoc ꝙ corruptio, & tranſmutatio cōtingit propter iſta duo, quoniam propter contrarietatem tranſmutātur adinuicem, & quia non ſunt in ſuis locis appetunt ſeparationē, & reuerti ad ſua loca naturalia.

Solutio ꝓpria.

Et ideo aliter eſt dicendum ꝙ calor naturalis corrumpitur ab ipſis membris in quibus



A

quibus dominatur maxima frigiditas tūc temporis, & flāma conſumpto oleo corrumpitur a continēte, immo ſi bene conſideras, ſicut continue eſt alia, & alia flāma, ſic cōtinue ēt corrūpit̃ a cōtinēte, & alia gñatur, & iſta eſt ueritas.

Propō. 92

## *Intelligere diuerſificatur ſecundum diuerſitatem rei intellectę.*

SOLET allegari iſta propoſitio ex tertio de anima. in tex. cō. 35. ubi Ariſto. ponit modum ꝙ intellectus intelligit entia mathematica dicens. Abſtractione autem dicta intelligit ſicut ſimum ſecundum ꝙ ſimum non ſeparate. inquantum autem concauum ſi aliquod intellexerit ſine carne actu, utiq; intellexit in qua concauum ſicut mathematica. & Commen. in cō. elicit ibi iſtam propoſitionē in propria forma.

Nō oēs formæ intellectę ſunt eq̄ls abſtractionis.

Vbi animaduerte ꝙ non omnes formæ quæ ab intellectu intelliguntur ſunt æqualis abſtractionis. ubi animaduerte vt dicit Ariſto. ī ſexto primæ philoſophiæ. tex. cō. 2. entia naturalia ſunt ſicut ſimum, & entia mathematica ſunt ſicut concauum. nam ſimum non poteſt eſſe nec intelligi ſine materia ſenſibili, quia ſimitas eſt concauitas naſi, nulla enim alia pars corporis ſimitatē habere poteſt, niſi naſus. & ideo talia accidentia limitantia ſibi unum certum determinatum ſubiectum dicuntur accidentia copulata, & in diffinitione iſtorum de neceſſitate ponitur tale ſubiectum, ut patet. 7. meta. tex. cō. 17.

B

Entia autem mathematica ſunt ſicut cōcauum, quia concauitas licet ſit accidens ſuperficiei quæ eſt materia intelligibilis, non tamen limitat ſibi aliquod ſubiectum ſenſibile determinate, quia indifferenter concauitas eſſe poteſt in naſo, & in pede, & in animatis, & ī rebus inanimatis. Quæcunq; igitur formæ ita eſſe habent ꝙ non poſſunt eſſe, nec diffiniri ſine materia ſenſibili ſunt appropriatæ naturali, ſicut ſcribit Ariſto. in loco præallegato, & Cōmē. in. 2. phyſi. cō. 18. ſed quæcunque formæ indifferenter conſiderari poſſunt, & cum materia ſenſibili, & abſtrahendo a materia ſenſibili ſunt cōmunes utriq; ſcientiæ. ſ. naturali & mathematicæ, ſicut ſunt magnitudines, & numeri, & accidentia iſtorum, ſed diuerſis modis, ut dicit Ariſto. & Cōmen. in. 2. phy. nam phyſicus conſiderat de iſtis inquātum ſunt ultimū ſeu terminus phyſici corporis, ſed mathematicus conſiderat de iſtis abſtrahēdo a corpore phyſico, & a materia ſenſibili, uerbi gratia, naturalis conſiderat de corpore quod eſt trina dimenſio inquantum eſt ultimum exiſtens in corpore mobili ſeu tranſmutabili, ſed geometer conſiderat de illo inquantum eſt trina dimenſio abſolute, ſimiliter geometer conſiderat de ſuperficie inquantum eſt ſuperficies tantum, naturalis uero inquantum eſt finis corporis naturalis. nam ut ſcribit Cōmen. in. 2. phyſi. cō. 71. nō inconuenit dum ens diuiditur ſecundum conſiderationem demonſtratiuam, ut una natura ingrediatur duas, aut plures artes, ut cōſideratio mathematici, & diuini de numero, & ſimiliter cōſideratio mathematici, & naturalis in corpore, & linea, & in ſuperficie.

C

Nota

Et ut poſſis bene diſcernere propoſitionem naturalem a mathematica, & quālibet ꝓpoſitionem propriam alicui ſcientiæ, manda memorię iſtā regulam, ꝙ propoſitiones abſolute conſideratę ſpecificantur a prædicatis, et demonſtrationes ſpecificātur a medijs. unde logici bene dixerūt ꝙ prædicatum habet locum formæ, & ſubiectum habet locum materiæ. nam ſicut forma eſt quæ dat ſpeciem, & diſtinctionem rei, ita prædicatum ſpeciem & diſtinctionem dat propoſitioni. unde iſta propoſitio, linea eſt terreſtris, eſt naturalis, ſed iſta: linea eſt lōgitudo ſine latitudine, ē mathematica. iſta autem, linea eſt ens, eſt metaphyſicalis, ſed iſta linea eſt ſpecies, aut indiuiduum, aut ſubiectum, aut prædicatum, omnes iſtę ſunt logicales. ſimiliter iſta, materia eſt ens ſenſibile, ē naturalis, ſed iſta, materia eſt ens, uel materia eſt ſubſtantia, uel materia eſt ens in potentia, omnes iſtæ ſunt metaphyſicales, ut patet expreſſe per Auer. 2. phyſi. cō. 4. & 21. & 7. meta. cō. 5. & 9. & 12. meta. cō. 1. 5. & 29.

D

Cōtra modernos

Vnde nōn ſunt diſtinguendę iſtę propoſitiones, ut quidam ex modernis dicere auſi ſunt, uidelicet ꝙ iſta propoſitio, materia eſt ens, debet diſtingui. nam ratione ſubiecti eſt naturalis, & ratione prædicati eſt diuina. nunquam enim neq; Ariſto. neq; Cōmen. auſus eſt dicere hoc. nam ut patuit una & eadem res materialiter ſumpta poteſt ſub diuerſis rationibus formalibus pertinere ad diuerſas ſcientias.

Dubium

Et ſi dicatur quòd ſcientia ſecatur, quemadmodū & res, tertio de anima. tex. cō. 38.

Solutio

Dico ꝙ iſta propoſitio cōmuniter allegatur extra intentionem Ariſtot. ex illo loco, ſicut ēt in multis alijs contingit modernis doctoribus, quibus euenit, ut dicit de Auicen. Auer. in tertio de anima. in cō. 30. dicit enim ſed illud quod fecit iſtum hominem errare, & nos etiam longo tempore eſt, quia moderni dimittunt libros Ariſtot. & conſiderant libros expoſitorum. patet enim ꝙ Ariſtot. ibi non uult dicere ꝙ ſcientiæ diuerſantur ad diuerſitatem rerum. nam tunc non poſſet eſſe una ſcientia quæ conſiderare poſſet de corruptibilibus corporibus, & de ęternis, & tamen hoc eſt falſum, ut patet de ſcientia naturali quæ conſiderat tam de cœlo, quam de alijs corporibus corruptibilibus. ſimiliter ſcientia diuina de omnibus conſiderat. ſed intentio Ariſto. ibi eſt dicere, ꝙ quemadmodum res diuidit̃ per potentiam, & actum de qua ſcientia haberi poteſt: ſic & ſcientia, & ita etiā eſt de ſenſu & ſenſibili. unde iſta ſunt uerba tex. ibi. nā in fine. 37. propoſuerat ꝙ ſcientia eſt quodammodo ſcibilia, ſenſus autē ſenſibilia, & declarans hoc in tex. ſequenti. ſubdit, Qualiter autem hoc ſit oportet inq̄rere, ſecatur igitur ſcientia & ſenſus in res, quæ quidem potentia eſt in ea quæ ſunt potentia, quæ uero actu in ea quæ ſunt actu, animæ autem ſenſitiuum, & ꝙ ſcire poteſt potentia hæc ſunt, hoc quidem ſcibile, illud autem ſenſibile. ubi. Cōmen. in cō. ſcribit, differentiæ entium quibus diuiduntur ſunt eædem cum differentijs animæ, & ſunt potentia, & actus. quemadmodum enim ſenſus, & intellectus, aut ſunt potentia, aut actu, ita omne ſenſibile, & intelligibile, aut eſt in potentia, aut in actu. & cum ita ſit, ſi ſentiens fuerit in potentia ſenſatū erit in potentia, & ſi fuerit in actu ſenſatum erit in actu, & ſimiliter eſt de intellectu cum intelligibili, neceſſe eſt, ut uere dicatur ꝙ illa pars animæ eſt illa pars entium. res enim quarum differentiæ ſunt eædem ipſæ eædem in illo modo ſecundum quem habent eaſdem differētias. intellectus igitur eſt intellectum, et ſenſus eſt ſenſatum.

E

Sic igitur propoſitiones ſimpliciter a prædicatis ſpecificantur. Concluſiones autem quę demonſtrātur ſpecificantur a medijs, quia eadem concluſio poteſt demonſtrari medio naturali, et medio mathematico, ut quod terra eſt rotunda. Similiter eadem concluſio poteſt demōſtrari in naturali ſcientia, & in ſcientia diuina, ſed in ſcientia metaphyſicali uniuerſaliori modo, ſicut dicit Cōmenta. in 2. meta. cō. ſexto. ubi inquit. & conſideratio uniuerſalis in omnibus cauſis in eo quod ſunt cauſæ eſt huius ſcientiæ, et Ariſto. quāuis utatur hic demonſtrationibus ſcientiæ naturalis, tamen inducit eas uniuerſalius, quoniam quanto fuerit demonſtratio uniuerſalior, tanto magis erit ꝓprior huic ſcientiæ. & Ariſto. obſeruat ſe in hac intentione. ſ. inducendo demonſtrationes uniuerſales alio modo quam in ſcientia naturali, & hæc eſt cauſa in iteratione illarum demonſtrationum in hac ſcientia.

F

Contra temerarios ſubtilizantes

Et ex illa auctoritate patet ſolutio contra temerarios, qui auſi ſunt dicere Ariſtot. fuiſſe imperfectum metaphyſicum, quia tota fere meta. Ariſto. conſtat ex demonſtrationibus naturalibus, & ideo imitari iubent in metaphy. Auic. cum tñ in nulla ſciētia adeo Auicen. errauerit, ſicut ſcribit Commen. de eo in tertio de anima ſicut in meta. ut patet. cō. 30. & hoc quia noluit Ariſt. imitari niſi in dialectica, ſed ī alijs errauit, et maxime in metaphy. & hoc quia incepit quaſi a ſe. Et fuit etiā alia cauſa ut mihi uidet̃, quia plures opiniones ſcientię diuinæ ſunt radices legum, ut dicit Commen. in. 2. meta. cō. 14. ſermo

G autem Auicen. ſemper inuenitur quaſi medius inter Peri-
pateticos,& loquentes,ut dicit idem in ſecundo phyſi. cõ.
22.& conſimile dicit in quarta diſp.in lib. deſtructionum
in ſolutione. 5.dubij,& non aduertunt iſti uicinitatem , &
ordinem iſtarum ſcientiarum adinuicem,cum iſtę de ſub-
ſtantia principaliter conſiderent,nec aduertũt ad diuerſos
modos ſecundum ꝙ tales demonſtrationes reiterantur in
ſcientia diuina.nam ad pauca reſpicientes de facili enun-
ciant. Reuertamur igitur ad declarationẽ propoſiti theo
rematis,& dicamus ꝙ intelligere diuerſificatur ſecundum
diuerſitatem rei intellectę iſto modo,quia non omnia intel
ligibilia ſunt æqualis abſtractionis.nam licet omnis ſcien-
tia utatur abſtractione uniuerſalis a ſingularibus,quia de-
monſtrationes,& diffinitiones ſunt uniuerſalium,& nõ ſin
gularium : tamen aliqua intelligibilia ita ſe habent ꝙ non
poſſunt eſſe nec intelligi ſine materia ſenſibili. aliqua uero
licet ſecundum eſſe ſint in materia ſenſibili,diffiniri tamen
& abſtrahi poſſunt a materia ſenſibili,ut ſunt entia mathe
matica: quædam uero abſtrahũt utroq; modo,ut ſunt ſub
ſtantiæ abſtractæ. Et aduerte ꝙ de talibus abſtractis
ſubſtantijs intellectus noſter poteſt habere diuerſas intelle
ctiones attribuendo multa prædicata,quæ tamẽ multipli
citas nõ eſt ex parte rei intellectæ, ſed ẽ ex parte noſtri mo
H di intelligendi , unde allegata propoſitio in talibus locum
non habet.gloſſa elicitur ex intentione Auer.12. meta.cõ.
39. Diuerſificatur etiam intelligere ad diuerſitatem rei
intellectæ quo ad nobilitatem primo de anima tex. cõ.pri
mi,& ſecundo cœli.cõ.60.dicit Commen. modicum no-
bile nobilius eſt multo ignobili. Diuerſificatur etiam in
telligere ad diuerſitatem rei intellectæ, quãtum ad facilita
tem,& difficultatem ſecundo meta.tex.cõ.1. &.2. de ani-
ma.cõ. 92. Diuerſificatur etiam quantum ad diuerſos
modos abſtractionis,ſicut diximus in principio.

Propõ.93.

## *Agens, forma, & finis multoties co-incidunt in unum.*

FAMOSA eſt propoſitio ex ſecũdo phyſicæ auſcul-
tationis.text.cõ.70. ubi dicitur . Veniunt autem tres in
unam multoties , ꝙ quidem enim quid eſt , & quod
cuius cauſa una eſt,quòd uero unde motus principiũ ſpe-
cie eadem eſt his,homo enim hominem generat. Aduer
te ꝙ licet Philoſophus in phyſicis hoc aſſerat, tamẽ etiam
in abſtractis a materia uerificari poteſt huiuſmodi propoſi
tio ſecundum ſimilitudinem quãdam, ut dicam. Sed ui
deamus primo quomodo uera eſt in phyſicis.intelligitur ĩ
I actione uniuoca,& de agente principali, & de fine genera
Generatio duplex tionis.fallit autem in generatione æquiuoca,& de agẽte in
ſtrumentali,& de fine rei generatę. Pro quo ſcire debes
ex ſeptimo primæ philoſophiæ,tex.cõ.29.& infra, genera
tio duplex eſt ab uniuoco,& eſt quando generans & geni
tum aſſimilantur in forma & ſunt eiuſdem ſpeciei.ſic dici
mus ꝙ homo generatur ab homine , & forma domus in
materia ab uniuoco dicitur fieri a forma domus exiſtẽte in
anima artificis ſine materia.non enim eſt de conditiõibus
agentis formæ,ut ſit in materia eiuſdem ſpeciei,cum mate
ria in q̃; agit forma,exẽpli cauſa, forma agẽs reſpectu lecti
eſt in aĩa artificis q̃ differt a materia lecti, ut dicit. Auer.in
2.de gene.cap̃.2. Alia aũt generatio eſt æquoca,& eſt
qñ generãs, & genitum ſunt diuerſarum ſpecierũ,& nõ aſ
ſimilantur in forma proximi generis,aut ſpeciei , ſicut eſt
generatio ranæ a ſole.clare autem patet ꝙ agens æquiuo-
cum cum forma quæ eſt finis generationis talium nõ ſunt
eiuſdem ſpeciei. Fallit de agentibus inſtrumentalibus,
quia in generatione uniuoca effectus non aſſimilatur agẽ
ti inſtrumentali,ut clarum eſt. Fallit in agente uniuerſa
li,& remoto,& per accidens cauſante,ſed locum habet de
agente principali propinquo.ſic enim ex intentione Alex.
gloſſat Auer.duodecimo primæ philoſophiæ, iſtã propoſi
tionem in cõ.24.ubi ſcribit ꝙ illa propoſitio quod ſimile

K ſit a ſimili uerificatur tribus conditionibus.ſ.ut ſit in agen-
te non inſtrumento,& in propinquo non in remoto , & in
agente eſſentialiter non accidentaliter. Intelligitur etiã
de fine generationis qui eſt ipſa forma,non de fine rei gene
ratæ qui eſt ipſa operatio.gloſſa eſt Auer.in cõ.70. ſecun-
di phyſicorum,finis tamen generationis,& forma in gene
rabilibus illo modo iam dicto incidunt in idem numero,
quia eadem forma numero alia,& alia ratione concepta fi
nis,& forma dici poteſt.finis quidem reſpectu generatio-
nis non reſpectu rei generatæ.nã forma hominis non eſt fi
nis hominis,ſed eſt finis generatiõis hominis,& eadem po
teſt dici forma reſpectu cõpoſiti.Vnde lucidiſſimus The-
mi.in ſecũdo de anima.cap̃.6.inquit. Nẽpe forma tametſi
in materia producitur,non tamen ipſi materiæ forma eſt,
ſed eius quod ex duabus facultatibus conditum eſt.nunq̃;
tamen agens,& forma quæ eſt finis generatiõis poſſunt in
mortalibus coincidere in idem numero, quia ut patet ſecũ
do de anima,Nihil ſeipſum generat.text.cõ.47. in abſtra-
ctis autem a materia iſta tria coincidunt in idem numero,
ut in primo principio,nam ut ſcribit Auer. 12.primæ phi-
L loſophiæ.cõ.5.&.6.primum efficiens,prima forma,& pri
mus finis ſunt unum in ſubiecto,& tria in intentione.unde
Contra ponentes deũ formã iſormantem. Auer.ibidem cõ.29.in ſubſtantia æterna ſunt cauſæ quæ
ſm ſĩlitudinem dñr cum cauſis generabilibus & corrupti
bilibus . unde deus ſublimis non dr̃ forma informans per
formalem inhærentiam , ſicut multi rudes , & profani di-
cere conati ſunt.nam hoc non decet dei celſitudinem.non
enim omnis forma inhæret,ſed eſt forma extrinſecus perfi
ciens,ſicut dominus eſt forma ſerui. Audiant iſti Auerro.
12.primæ philoſophiæ.& Alexã.cõ.37.ubi inquit, & Ale
xan.dixit quod dixit hoc ne aliquis exiſtimet quod intẽdit
perfectionem quæ eſt accidens in perfecto. perfectionum
enim propter quas mouetur perfectum,quædã ſunt qua-
litates quibus perficitur illud quod mouetur ut illud quod
mouetur propter ſanitatem,& quædam ſunt ſubſtãtiæ ex
trinſecæ a re quæ mouetur ad eas, ut aſſimiletur eis ut in-
ueniuntur omnes actiones ſeruorum , quoniam ſunt erga
genera intentionum domini ſui.igitur dicũtur eſſe propter
dominum ,& ſimiliter omnia entia cum hoc primo princi
pio.quid clarius dici potuit? Et in lib.deſtru.deſtructionũ
diſp.1.in ſolutione dub.ulti.inquit. Dicimus nos ꝙ ad hoc
reſpondendum eſt.uidelicet ꝙ nõ eſt impoſſibile reperiri
ꝑfectiones ſimiles diſpoſitionibus quæ ſeparantur a ſubie
M cto,ſicut nauta a naui ,& artifex cũ ſuo inſtrumento. Et
confirmatur.nam alias irrationabilis fuiſſet petitio Ariſto.
in ſecundo de anima ubi poſita generali animę diffinitione
dicente,ꝙ anima eſt actus corporis organici phyſici potẽ
tia uitam habẽtis.in tex.cõ.11.deinde ſubdit. Amplius au
tem immanifeſtum ſi ſit corporis actus anima , ſicut nau-
ta nauis,ſi omnis actus actuat inhærenter. Similiter pri-
mum principium non eſt finis qui per generationem acq-
ratur,ſed eſt per participationem ſuæ bonitatis omnibus
entibus cõmunicatus,ut exigit natura & conditio uniuſcu
iuſq;. Et ſimiliter etiam eſt agens ſecundum ſimilitudi-
nem,ut declarat Cõmen.4.cœli & mundi. cõ.1.

Propõ.94.

## *Mouens corporeum non mouet niſi motum.*

PROPOSITIO uulgata ex.7.&.9.phyſi.Contra
quam tamen dubitauit Theophraſtus,ut inquit lucidiſ
ſimus Themi.in erroribus primi de anima.cap̃.17.ubi
inquit,ſed reſiſtit huic loco Theophraſtus in his libris in q
bus tractat locos ab Ariſtote.ante tractatos non eodem in
quit,mouetur anima motu quo mouet ipſa corpus iudicia
comprehenſiones aſſenſiones ſunt animæ motus , locales
uero ſunt corporis.præterea neq; retortionem illam uide-
ri ſeriam neceſſariãq;,ut eo. ſ. motu quo corpus mouetur
eodem moueri animam ſit neceſſe.nã trahitur lignum ab
homine non tamẽ contra homo uidetur trahi ligno. Itẽ
uapores ui ſolis in ſublime rapti rectis angulis ſubuolant,
ſol ipſe



A ſol ipſe uerſa uice non rapitur , nec in linea mouetur , ſed
in orbem & circulum. Hæc ſunt Theophraſti argumenta
contra Ariſtote.in primo de anima. text.cõ. 41.ubi arguit
contra antiquos dicentes animam per ſe moueri. Qui-
bus reſpondet Themi.dicens,ſolutio eſt.primum demon
ſtret ille iudicia , & aſſenſiones eſſe motus: hoc nunquam
præſtabit utiq;,ſi definitionem motus recipit quam ſupra
nos attulimus motum eſſe continuum, & attendi cũ tẽpo-
re ex indiuiduis motionibus non componi de potentia ad
actum conferri,& dum confertur obiter retineri potentiã,
quorum ille omnium tanquam uidetur oblitus,ꝙ eo ma-
gis mirari ſubit quod ille edito commentario amplexus eſt
omnia quæ de motu ab Ariſtote.conſcripta ſunt.cęterum
homines qui lignum trahunt,et ſol qui in gyrum torquet̃,
quo motu mouent eodem etiam motu mouentur.mouent
adeo et mouentur motu locali,ꝙ ſi alio motu numero,aut
ſpecie mouentur nihil ad rem.nec enim tenere aliud Ariſt.
uoluit quam ut id quod locali motu mouet, ſi ꝓpterea qđ
mouet etiam mouetur,neceſſe ſit etiam ipſum quoq; motu
locali moueri. Ex qua quidem Themiſtij diſſolutiõe eli
Gloſſa ſm Themiſti. citur iſta limitatio ꝙ in mouentibus corporeis mouens ne
ceſſe eſt mouere uel eodem motu,uel diuerſo ſaltim in ſpe
cie.non enim eſt neceſſarium ut eadem ſpecie motus mo-
B uens,& motum moueãtur,ut patuit ĩ exẽplis adductis.Cõ
mẽ.etiam Auer.in eodem loco cõ. 41. in primo de animæ
mouet conſimilem dubitationem dicens. Et cum quidam
exiſtimauerunt ꝙ hæc contradictio eſt ſm rem in ſe dede
runt dubitationes ſuper Ariſtote. in hac probatione dicen
te,ꝙ omne corpus non mouet niſi moueatur,& dicũt.nos
uidemus hic multa quæ mouent,& non mouẽtur illo mo-
do motus,ut lapis retitus,quoniam cũ calefit mouet paleã
motu locali,tñ ipſe non mouetur. Et ſoluendo Auer.in
quit.ſed iſte non eſt locus iſtius q̃onis, & eius diſſolutio iã
dicta eſt in.8.phy.ubi indigebat ponere iſtam propoſitio-
nem,& eſt in tex.cõ.15.ſi qõ eſſet propria huic loco cõtra
dictio eſſet ſm rem in ſe,quia multa uidemus alterare quę
tamen non alterantur.ſumus igitur inter duo,aut debentes
ponere ꝙ contradictio eſt ſm rem in ſe, & tunc nõ erit ue
rum niſi in motu locali,quod non ſonant uerba Ariſto.aut
ponere ꝙ contradictio eſt ſecũdum ſermonem dicẽtis nõ
ſecundum rem in ſe etc̃. Ex quibus uerbis Auer.elicitur
Gloſſa ſm Auerro. iſta limitatio ꝙ propoſita propoſitio ſolum locum habet ĩ
motu locali.unde.8.phyſicæ auſcultationis ubi eſt locus,ꝓ
prius,& indigebat iſta propoſitione ad demonſtrãdum ꝙ
in mouentibus,& motis localiter eſt deuenire ad unum pri
mum motum ex ſe quod mouetur a motore nõ moto.po
C nitur ibi iſta propoſitio in tex.cõ.35 & Cõmen.ſic gloſſat
illam.nam inquit,corpus enim impoſſibile eſt, ut moueat
in loco ſine eo ꝙ moueatur eſſentialiter. Propoſitio igit̃
eſt uniuerſaliter uera de motu locali ſm uiam Peripateti-
corum ꝙ oẽ mouens corporeum localiter non mouet niſi
localiter moueatur,qđ aũt eodem mõ motus ſm numerũ
aut ſpeciem moueat & moueatur.hoc nõ eſt neceſſarium,
quia ſufficit ꝙ ſit idẽtitas in genere tm̃. Vnde fallit allega-
ta propoſitio in motu alterationis,quia non oẽ corpus alte
rans alteratur,nec eadem ſpecie,nec ſm genus,ut clarũ eſt
de corpore cœleſti quod alterat alteratione paſſiua iſta in
feriora,& tamẽ ipſum inalterabile eſt tali genere alteratio
nis,ut patet in.1.cœli & mundi,tex.cõ.20.& in lib. de ſub
ſtantia orbis.nota tñ ꝙ licet mouens corporeum in alterã
do non eſt neceſſarium quod alteretur, nec eadem altera-
tione ſecũdum ſpeciem,aut ſcđm genus, tñ neceſſe eſt qđ
moueatur aliquo motu diuerſo ſcđm genus, unde cœlum
licet in alterando nõ alteretur,tñ mouetur localiter. Sed
Inſtantia eſt inſtantia contra limitationem Auer.nam magnes loca-
liter attrahit ferrum, & tñ non oportet ꝙ in tali attractiõe
magnes localiter moueatur. Niſi eſſet ꝙ ſic intelligitur
Solutio. dictum Auer.ꝙ oẽ mouẽs corporeum localiter immedia
te aliquid in mouendo localiter mouetur , modo magnes

D immediate non mouet localiter ipſum ferrum , ſed mo-
uet mediante alteratione qua alterat medium per impreſ-
ſionẽ cuiuſdam qualitatis,& medium taliter alteratũ alte-
rat ferrum,unde poſtmodum ferrum taliter alteratum mo
uet ſe ad magnetem localiter.unde Cõmen.in.8 . phy.cõ.
35.ſcribit,& ſimiliter ferrũ eſt quoquo modo de numero
eorum quę mouentur naturaliter cum non mouetur a ma
gnete niſi per alterationem quã acquirit mediante aere, &
magnete, & ideo quando complexio magnetis tranſmu-
tatur non non attrahit ſicut accidit ei quando confrica-
tur cum allijs ut dicitur . & hoc manifeſtum eſt in lapide
qui non attrahit paleas donec calefiat.unde etiam in ſepti-
mo phyſico.cõmen.10.inquit.Ad hoc autem quod quæ-
ritur quoniã plura attrahentia uidentur attrahere ſine tra-
ctu,& ſine motu.dicẽdum eſt ꝙ hæc dr̃ attractio æquiuo
ce.attractio enim in rei ueritate eſt illa in qua attrahẽs mo
uetur cum attractio,& hoc qñ attractum ad ipſum nõ fue
rit quieſcens.neceſſe enim eſt ut motus attrahentis ſit uelo
cior motu attracti , & hoc inuenitur in uirtutibus uolunta-
rijs,& inuenitur in multis uirtutibus naturalibus uitalibus,
& ideo poſita ſunt fila in mẽbris animalium , attractio aũt
in qua attrahens eſt quieſcens,et attractum motum nõ eſt
E attractio in rei ueritate,ſed attractum mouetur ex ſe ad at
trahens,ut perficiat ſe ut terra mouetur ad inferius,& ignis
ad ſuperius,& ſimiliter oportet hoc intelligere de motu fer
ri ad magnetem,& nutrimẽti ad membra . uerbi gratia de
motu ſanguinis ad ſuperiora corporis, & uniuerſaliter nu-
trimenti arborum ad ſuperiora earum,ſed eſt differẽtia in-
ter iſta,& illa q̃ mouẽtur ad locum proprium. qm̃ illa mo
uentur ad locum,ſiue fuerit propinquus ſiue remotus. nu-
trimenta uero non mouentur ad nutriẽdum niſi fuerint in
aliqua diſpoſitione de nutrito,& ſilr̃ ferrum non mouetur
ad magnetem niſi cum fuerit in aliqua qualitate de magne
te,& ideo magnes qñ fricatur cum allio amittit uirtutem.
nam ferrum tunc non acquirit de lapide in illa diſpoſitiõe
qualitatem per quam innatum eſt moueri per ſe ad lapidẽ.
& hoc manifeſtum eſt in ambra quod attrahit paleam qñ
calefit,ergo iſte modus motionis ſi dicatur attractio nõ in-
tendebatur ab Ariſto.in hoc nomine attractio cum collo-
cetur in his quæ mouentur ex ſe. Ex quibus uerbis colli
gitur de mente Cõmen.iſta limitatio ꝙ oẽ mouens corpo
reum localiter mouens aliud corpus in mouendo localiter
mouetur ueritatem habet de illis motibus quæ fiunt ab ex
trinſeco de quibus meminit Ariſt.in.7.phy.tex.cõ.10. de
motibus aũt factis ab intrinſeco generaliter propoſitio ue
rificari non poteſt,ſicut eſt motus ferri ad magnetẽ,& ua-
F poris ad ſolem , & nutrimenti ad nutritum,& hæc ſunt q̃
dici poſſunt. Sed eſt difficultas de elemento . quod teſte
Auer.in.3.cœli & mũdi.cõ.28.mouet ſe per accidens mo
uendo medium.nam imaginatur ꝙ ſicut nauta per ſe mo-
uendo nauim mouet ſeipſum per accidens , ſic elemẽtum
mouendo per ſe medium mouet ſeipſum per accidens. un
de inquit,& quia lapis ſicut diximus non diuiditur in moto
rem,& rem motam,ita ꝙ utrunq; eorũ ſit exiſtens in actu
lapis enim mouetur a principio quod eſt in eo accidentali
ter cum non habeat eſſe motus niſi per illud principiũ.non
enim eſt motus lapis niſi ſcđm quod eſt potentia inferius,
et eſt motor ſcđm ꝙ eſt grauis.Si igitur fuerit motus eſſen
tialiter per ſe inquantum eſt grauis, & iam poſuerimus ꝙ
non mouetur eſſentialiter niſi ſcđm ꝙ eſt grauis , ergo eſt
motor,& motus eſſentialiter eodẽ modo quod eſt impoſ-
ſibile,& ideo non eſt motus hic eſſentialiter lapis,neq; mo
uet ſe eẽntialiter,& cum ita ſit,& omne quod mouet ſe ac
cidentaliter,neceſſe eſt ut moueat ſe,quia eſſentialiter mo-
uet aliud motum a ſe.uerbi gratia, quia homo non mouet
ſe accidentaliter in naui, niſi quia mouet nauim eſſentialr̃,
& cum ita ſit lapis,igitur non mouet eſſentialiter , niſi aerẽ
in quo ẽ,& mouet ſe ſm motum aeris,ſicut de homine cũ
naui,& cum ita ſit,aer igitur & aqua ſunt neceſſaria in mo

FAMOSA Eſt propoſitio apud Latinos in ſcientia diuina multum exagitata, ſed quo ad ſui primam partem inuenitur expreſſe apud Ariſto in decimo primæ philoſophiæ. in tex.cõmen.12. ubi ſcribit Ariſto. Omne nanq; aut diuerſum, aut idem quodcunq; ens. Sed duæ reliquæ propoſitiones expreſſe non habentur ab Ariſto. ibi, ſed in tertio metaphyſi. tex cõmen. 2. Dicit Cõmen. omne ens omni enti comparatum, aut eſt idem, aut diuerſum, aut ſimile, aut diſsimile, aut contrarium, aut non contrarium. K Sed a modernis doctoribus eliciuntur a ſimili. Vnde Antonius Trõbeta clariſsimus in ſcientia diuina, & magiſter meus maxime mihi præcipuus,& uenerandus in quæſtione de diuiſione entis iſto modo declarat illas propoſitiones in ultimo argumento, omne ens aut idem, aut diuerſum,& ex conſequenti ſimile, aut diſsimile, æquale aut inæquale. Nam unumquodq; ens eſt quid,& quale, & quantum. Eſt enim quid pro quanto habet aliquam quiditatem uel eſſentiã: eſt quale qualitate eſſentiali modo quo actus, & forma dicitur eſſe qualitas ad modum loquendi Ariſto. quinto metaphy. cap. de quali, ubi uult ꝙ differentia eſſentialis eſt quædam qualitas, quia eſt actus eſſentialis, & cuꝫ unumquodque ens ſit in actu aliquo modo, ſic eſt quale. Eſt etiam quantum ſecundum Ariſto. pro quanto habet aliquem ordinem in entibus ad primum ens ſimpliciter, ſecundum quem ordinem dicitur eſſe quantum. Et ita omne ens inquãtum quid ad aliud comparatum, eſt idem, uel diuerſum. Inquantũ quale eſt ſimile, aut diſſimile. Inquantum quantum & habens quantitatem, eſt æquale, uel inæquale, quoniam identitas, & diuerſitas immediate fundantur ſuper eſſentiam rei. Similitudo, uel diſsimilitudo ſuper qualitatem: æqualitas, uel inæqualitas ſuper quantitatem. Sed quia teſte Ariſto. in primo ethicorum. cap.7. L pro defenſione ueritatis, etiam p̃pria impugnare oportere, pręſertim Philoſophos magis forſan exiſtimandum eſt. Nam cum ambo ſint amici pium eſt ueritatem in honore præferre. Videtur mihi ſalua pace nõ eſſe de mente Ariſt. Omne ens omni enti comparatũ eſſe æquale, aut inæquale, nec omni enti omne ens comparatum eſſe ſimile, uel diſsimile. Tum quia non omne ens de ſe quantum eſt, nec omne de ſe quale, uel actus eſt. Et ne laboremus in æquiuoco primo uidendum eſt de primo, an omne ens ſit quantum. Sequaces Scoticæ doctrinæ propter authoritatem Auguſtini in libro de trinitate aſſerentis: In his, quæ nõ mole magna ſunt idem eſt maius eſſe quod melius eſſe,& eſt in ſeptimo de trinitate cap. octauo: uolunt quod duplex eſt quantitas, molis uidelicet, & uirtutis: quantitas molis eſt in rebus corporalibus ſecundum quam aliquid extenditur. Quantitas uirtutis eſt quantitas perfectionalis. & ſic etiam dicunt de finitate, & infinitate, quædam eſt in quantitate molis,& quædam in quantitate uirtutis. Et licet Auer. in octauo phyſicorum in cõmen.79. in ſolutione ſecundæ quæſtionis uideatur negare iſtam diſtinctionẽ. Dicit enim, ad ſecundam autem quæſtionem qua quæritur, ut quid ſi poſuerimus actionem infinitam in corpore ſequitur, ꝙ motus ſit in non tempore. Et non ſequitur ſi poſuerimus actionem infinitam eſſe potentiæ non in corpore, ſic M reſpondentes dicimus, ꝙ ſi poſuerimus actionẽ propriam eſſe corporis propriam, ſequitur ꝙ inſit ei potẽtia infinita. Si autem poſuerimus alicuius non corporis, tunc potentia illius non poteſt dici finita, aut infinita. Finitũ enim,& infinitum ſolum de corporibus dici poſſunt, & ſic ſola actio ipſius dicetur infinita, ſi autem potentiam infinitã poſueris in corpore, ſequetur quod motio eius ſit in non tempore, quod eſt impoſsibile. Si autẽ illam poſueris non in corpore. Tunc non dicetur, neq; finitum, neq; infinitum eo quod non eſt in corpore, non ergo ſequitur ꝙ ſit mouens non in tempore. Cũ in his non poteſt intelligi una potẽtia maior alia eo quod non ſunt in corpore potentiæ, maius enim & minus ſolius eſt quantitatis. Vnde ſi dixerimus potentias eſſe in corporibus, tunc actio earum erit proportionalis. ſ. quod proportio potentiæ motiuæ ad potentiam motiuam eſt ſicut proportio uelocitatis motus ad uelocitatẽ, exiſtentibus autem nõ in corpore nõ eſt proportio, cũ proportio eſt ſolius magnitudini ad magnitudinẽ, uel eorũ, quæ inſunt magnitudinis eo quod inſunt ei. Et hęc manifeſta ſunt per ſe. Ex qua authoritate clariſsime patet ꝙ maius,& minus,& finitũ,& infinitũ, ſimil̃r ꝓportio nõ inueniunt̃ talia niſi

Opio Ant. Trõbetæ.

Impugnatio.

Beatus Auguſt.



A niſi in rebus corporeis. Nihilominus Auer. ab ipſa tãdem ueritate coactus retractauit ſe in ſecundo cœli & mundi. in com.71. Et in.3. cap. de ſubſtantia orbis. ubi inquit, qđ qui non poſſunt diſtinguere finitum in qualitate ſeu uigore a finito in quantitate & in tempore, accidit eis iſta perplexio. Et ibi & etiam.2. cœli. com.38.&.39. dicit ꝙ infinitas uigoris competit formis inquãtum formæ. Ita ꝙ nulla forma, ſiue ſit materialis, ſiue ſit abſtracta a materia ſecundum ipſum eſt infiniti uigoris, unde quælibet forma in quantum forma eſt uigoris finiti, ſed differentia eſt, quia formæ materiales ſunt finitæ motionis in tempore, ſed formæ immateriales ſunt infinitæ motionis in tempore. unde ad literam ſecundo cœli, ubi Ariſt. probat motum cœli eſſe terminatum tex.com.39. obijcit Com.& occurrit tacitę obiectioni dicens. Et non debet aliquis contradicere huic inductioni in dicendo ꝙ hoc non eſt niſi in potentijs finitis materialibus. Vos autem dicitis ꝙ potentia motoris cœli eſt infinita, quoniam nos non intendimus per infinitum niſi infinitatẽ motionis. i. ꝙ motio eorum non ceſſat. Infinitas autem intenſionis ut illic non ſit proportio inter potentiam motoris,& moti, impoſſibile eſt in formis, inq̃tum ſunt formæ. Et præterea etiam ratione probari poteſt quod detur magnitudo profectionis,& uigoris. Nam B Ariſt. in 5 primæ philoſophiæ in cap. de perfecto. & eſt tex.com.21. Et uirtus eſt quædam perfectio, unumquodque enim tunc perfectum,& ſubſtantia omnis tunc perfecta quando ſecundum ſpeciem propriæ uirtutis nulla defecerit pars eius ſecundum naturam magnitudinis. Patet autem ꝙ uniuerſaliter loquitur de omni ſubſtantia, non enim credendum eſt perfecti rationem ſolum in corporalibus rebus ſaluari, poſſe cum lõge magis perfecta ſint entia incorporea, ſicut dicit Ariſt. in. 2. cœli & mundi. in. tex. com.36. ubi arguit per locum a minori ad maius, ꝙ ſi cœlum quod eſt corpus eſt ſimplex & ingenitum,& incorruptibile, multo magis mouens rationabile eſt eſſe tale. primum enim primi & ſimplex ſimplicis,& incorruptibile, & ingenitũ incorruptibilis,& ingeniti motiuum. Quoniã igitur quod mouetur non tranſmutatur corpus exiſtens, neq; utiq; mouens tranſmutabitur incorporale exiſtens.

Amplius non negaret Philoſophus ſpecies entium eſſe inęquales in perfectione, cum ipſe dicit, ſpecies entium eſſe ſicut numerus, quod etiam dicebat Plato, ut patet.8. meta.tex com.10. Similiter indiuidua ſpecierum dicunt Philoſophi eſſe æqualia in perfectione eſſentiali, quia in illis non eſt hoc prius,& illud poſterius.3.meta.tex.com.11. Et ideo ſine dubio datur iſta diſtinctio apđ Philoſophos, tamen non teneo omne ens de intentione Philoſophi for-C maliter eſſe quantum ex ſe,& per propriam rationem mouet me ratio,& authoritas. nam materia de ſe nullam magnitudinem perfectionis ex ſe formaliter habet, ſed ſi quã habet eſt a forma, quia perfectio et nobilitas, ut dixi in proprio theoremate,& bonitas ſunt paſſiones primo competentes enti in actu quatenus in actu, & quia cum ſubſtantia materiæ non permiſcetur actus omnino, ut dicit Auer. 5.phyſi.com.8. ideo materia de ſe imperfecta ẽ,& ideo appetit formam ſicut turpe bonum, & fœmina marem, & hoc uidetur ſenſiſſe Ariſt. in primo phy.tex.com.81. Exiſtente quodam diuino et optimo, &c. Vbi Com. in com. dicit. Et quia priuatio accidit materiæ de neceſſitate,& eſt hic perfectio diuina maxima cui omnia entia appetunt aſſimilari,& ex qua appetunt acquirere ſecundum ꝙ natura eorum poteſt recipere, dicimus nos ꝙ materia ſecundũ ꝙ accidit ei priuatio eſt innata appetere ſe aſſimilari primo principio ſecũdũ ꝙ põt, hoc ẽ appetere receptionẽ formę. Videtur igitur materiam in tantum participare magnitudinem diuinæ perfectionis, inquantum recipit formã quæ eſt participatio quædam diuinæ bonitatis,& pulchritudinis. Confirmatur etiam authoritate Auer. in ſecundo phyſicæ auſcultationis. com.74. ubi Ariſt. in tex. ibi expreſſe dicit nobilitatem eſſe a forma, inquit. Et dixit hoc ut notificet ꝙ forma non ſequitur naturam materiæ neceſſario ut opinati ſunt antiqui naturalium. Sed natura inuenit eam propter hoc quod ens ſit in ſua natura nobilius. Et ideo forma quæ ſequitur naturam entis non eſt dicta nobilior ut forma mathematica, non enim dicimus ꝙ lingę exeuntes a centro circuli ad peripheriã ſunt æquales, ut circulus ſit nobilior: ſed hoc contingit naturæ circuli. Et ideo nobilius non inuenitur in formis mathematicis, hoc enim ſcilicet nobilitas nõ accidit formis niſi ſecũdũ ꝙ ſunt finis. D

Diuini etiã tenent relationes originis in diuinis non eſſe formaliter quantas, quia neq; formaliter ſunt finitæ, nec formaliter ſunt infinitæ, ut tenet Subtilis Doc. in. 5. q. quolibetorum. Similiter teneo non omne ens formaliter eſſe ſimile, uel diſſimile alicui, quia non omne ens formaliter eſt actus, aut habens actum per propriam rationem. unde materia prima de ſe eſt primo diuerſa ab omni actu, & ab omni qualitate tam ſubſtantiali q̃ accidentali. Nã. 7. primæ philoſophiæ. materia non eſt quid nec quale, nec quantum, nec uniuerſaliter eſt aliquid eorum quibus ens eſt determinatum, ut patet in tex.com.8. Dico igitur. ꝙ Philoſolophus bene dixit uidens uniuerſaliter omne ens omni enti comparatiuum eſſe idem uel diuerſum formaliter, ideo dixit illud quot modis dicitur diuerſum in.5. primę philoſophiæ requiratur. Sed limitatio & intellectus E completus propoſitę propoſitionis talis eſt, omne ens omni enti comparatum, aut eſt idem, aut diuerſum, aut eſt identitas, aut diuerſitas. quia identitas proprie loquendo non dicitur idem nec diuerſum, ſed eſt quo aliquid dicitur eſſe idem,& ſimiliter diuerſitas eſt quo aliquid dicitur diuerſum, ſed diuerſitas non eſt diuerſum. Auicen. dicit ꝙ relatio non refertur, ſed eſt principium referendi pro quanto relatione relatiuum dicitur referri. unde inquit melius dicitur ꝙ relatio non refertur, q̃ dicere quod refertur ſeipſa.

Limitatio propoſitionis.

Alij autẽ ſub alijs uerbis gloſſant ꝙ oẽ ens omni enti cõparatũ, aut eſt idẽ, aut diuerſum, aut æquale, aut inęquale, aut ſimile, aut diſſimile, aut inhęrens, aut nõ inhęrẽs, & cõſimiles ꝓpoſitiones ſic habẽt limitari, uidelicet, quod ſunt ueræ, aut formaliter, aut denominatiue, uel ut quo. quia regula eſt apud ſapientes ꝙ quando aliqua ſunt, quorum alterum eſt tale denominatiue, aliud aũt eſt tale formaliter ſemper ſtatus debet eſſe in ſecundo,& fuit antiqua ꝓpoſitio Platonis dicentis, omne ens per participationem debere reduci ad ens per eſſentiam, cui conſentit Ariſto. in ſecundo primæ philoſophiæ. in tex.com.4. dicens. unumquodq; eſt maxime tale per quod alijs ineſt uniuocatio,& Auer. in libro deſtructio deſtructionum. in diſpu.6. in ſolutio.6. dubij expreſſe dicit, ꝙ denominatio rei habẽtis aliquid imperfecte eſt reſpectu denominationis rei habentis F illud perfecte. Et ratio eſt quam aſſignat Boethius in tertio de philoſophica conſolatione, perfectione, inquit, ſublata, unde aliud imperfectum extiterit ne fingi quidem poteſt. ſola namq; diminutione perfecti imperfectum eſſe ꝓhibetur,& ꝓpter iſtam cauſam dixit Auer. in eodem loco loquens de Deo, ſi Philoſpophi poſuerunt quiditatem nudam a ſubiecto, eſt ergo neceſſario a denominationibus denudata, nõ enim poteſt eſſe ſubiectum denominationũ niſi compoſita fuerit ex natura actus. ergo prima cauſa eſt quiditas abſoluta,& omnia alia entia a prædicta quiditate quiditatem habent, unde etiam ſecundum theologos uerius dicitur Deus quod ſit bonitas q̃ bonus, & ſapientia q̃ ſapiens,& entitas q̃ ens,& hoc plerunq; cõfirmat antiqua theologia beati Dionyſii in libro de diuinis nominibus,& de myſtica theologia.

*A priuatione ad habitum impoſsibilis eſt regreſsus.*

Propoſitio.102.

ALLEGATA & diuulgata authoritas quæ ſcribitur ab Ariſto. in prædicamentis in ſermone de oppoſi

G

tis ueritatem habet de priuatione quæ priuat potentiam: fallit de priuatione priuante actum. nam uidemus ꝙ ſomnus cum ſit priuatio uigiliæ poteſt fieri tranſitus a ſomno ad uigiliam, quia eſt priuans actum uigilandi non potentiam, ſimiliter quis in tenebris conſtitutus eſt priuatus actu uidendi, & tamen adueniente luce tranſit ad uidendum lucem, ſed a cæcitate non poteſt fieri tranſitus ad uidere, quia nedum priuat actum, uerumetiam & potentiam. Fallit etiam propoſitio de priuatione quæ non ineſt ſubiecto mediante forma ſecundum aliquos. nam ſi aer nunq̃ fuiſſet lucidus eſſet tenebroſus, & tamen a tenebris poſſet tranſmutari ad lucem, & ſi poſſibile uel impoſſibile materia prima nunq̃ formam habuiſſet eſſet in hoc caſu priuata forma, et ab illa poſſet tranſmutari ad formam, ſed uera eſt de priuatione quæ in eſt ſubiecto mediante forma ſicut eſt de morte reſpectu uitæ, & ſicut de cæcitate reſpectu uiſus, a tali enim priuatione non poteſt immediate fieri regreſſus niſi per longas, & uarias tranſmutationes, ſed a priuatione primo modo ſumpta immediate poteſt fieri trãſitus ad formam. Habet etiam ueritatem propoſitio de formis quæ ordine quodam habent fieri circa idem ſubiectum inter quas non eſt reciprocatio immediate, ſicut eſt de forma uini, & acceti, ut patet. 8. meta tex. com. 14. & de

H

forma uiui, & mortui, & illo modo a priuatione formæ in ipſam formam non poteſt fieri regreſſus. aliæ autem ſunt formæ inter quas nata eſt fieri tranſmutatio mutua, ſicut de albo in nigrum, & de calido in frigidum, & in talibus per naturam poteſt fieri regreſſus a priuatione formæ in ipſam formam, ſicut circa aerem poteſt eſſe uiciſſitudo circa lumen, & tenebras, & in anima uitij, & uirtutis.

Differentia inter naturalia & artificialia.

Aduerte tamen ꝙ differentia eſt inter res natura coſtantes, & inter res factas ab arte. nam in rebus ab arte conſtitutis, quarum forma expoſitione rerum exiſtentium in actu per contactum reſultat, poſſibile eſt idem numero reparari poſtq̃ fuit diſſolutum, ut eadem numero nauis ex eiſdem tabulis, & clauis reparari poteſt poſtq̃ fuit diſſoluta. hoc autẽ in rebus naturalibus contingere non poteſt ſecundũ naturam, ut idem numero compoſitum poſtq̃ corruptũ fuit redeat. unde Ariſt. in ſecundo de generatione, & corruptione. tex. com. ultimi inquit, quorum quidẽ igitur incorruptibilis ſubſtantia mota, manifeſtum quoniam & numero eadem erunt. motus enim ſequitur quod mouetur: quorum autem non, ſed corruptibilis, neceſſe ſpecie, numero autem non reiterari. ubi Auer. in com. dicit. dicamus ergo ꝙ omnis ſubſtantia indiuidua manens incorruptibilis neceſſario reuertitur ſecundum idem indiuiduum, corruptibilia autem impoſſibile eſt ut reuertantur niſi ſecundum ſpe-

I

ciem, uerbi gratia, aer generabitur ab aqua, & aqua ab aere nõ, quod indiuiduum illius aquæ corruptæ reuertatẽ per ſe, quanuis materia eſſet eadem, & agens idem, quoniam ſi idem agens ex eadem materia faceret lateres, & poſtea corrumperẽtur, ut faceret alios poſterius, manifeſtum eſt ꝙ differt primum a præcedentibus.

Contra ponentes idẽ numero naturaliter redire.

Et ex illo loco patet non recte ſentire illos qui ponunt naturaliter aliqua eadem numero redire poſſe ex corruptibilibus. dicunt enim materia exiſtente eadem, & agente eodem, effectus erit idem propter authoritatem Philoſophi in. 8. meta. tex. cõ. 11. & 12. ubi non aſſignat diuerſitatem effectus niſi propter diuerſitatem efficientis uel materiæ, ſed poſſibile eſt idem efficiens eſſe & eãdem materiam reſpectu ſecundo producti quę erant reſpectu primo producti, ergo poſſibile eſt ſecũdo productum eſſe idem cum primo producto.

Rationes eorum.

Minor probatur, quia ſi frequenter in corruptione fiat diſperſio, uel diuiſio materiæ, tamen poſſibile eſt oppoſitũ in multis caſibus, puta ſi includatur ignis intra urinale, & ibi corrumpatur in aerem, deinde ex illo aere generetur ignis per reflexionem radiorum ſolarium, uel aliter materia incluſa erit eadem. conſimiliter ſi ex ſolido generatur ſolidum, ubi præciſe forma geniti poteſt ſequi formam corrupti: ſequitur ꝙ qua ratione tota materia præfuit ſub forma corrupti, pari ratione tota materia ſuberit ſub forma generandi. Et ẽ ratio Ricardi, & opinio quã etiam inſequitur Scotus in. 4. ſen. diſt. 43. q. 3. qua quęrit utrũ natura poſſit eſſe cauſa actiua reſurrectionis.

K

Impugnatio.

Sed manifeſte patet per prædictam Auer. authoritatem ꝙ ratio illa peccat per fallaciã cõſequentis, quia ad identiatẽ numeralẽ effectus reparandi non ſufficit identitas materię, & idẽtitas agẽtis, ue rũ ẽt regritur identitas potẽtiæ, ſicut ipſe fatetur in. 12. met. com. 11. ubi dicit ſi materia fuerit una, & generans unum, & potentia una, tunc illud quod fit erit unum. ſubiectum enim cum fuerit unum, & potẽtia exiſtens in eo fuerit una et agẽs unum, tunc nulla erit cauſa multitudinis: modo ad præteritum, & corruptum non eſt potentia. unde Ariſto. in. 6. ethicorum cap. 5. approbat dictum Agathonis aſſerẽtis hoc ſolum priuatum eſſe deum ingenita facere quæ facta ſunt. Non eſt igitur ſic in corruptione ſubſtantiali indiuiduorum a natura factorum, ſicut eſt in aliquibus factis per artem. ubi diſſolutio fit in aliqua actu exiſtentia, & eorum forma nihil aliud eſt niſi compoſitio rerum quæ erãt diuiſę, nam compoſitum ex materia, & forma licet diuidatur in duo ſecũdum rationẽ, uidelicet in materiã & formã, q̃ forma eſt aliud ſecũdũ rõnẽ a materia, quia alia eſt utriuſq; diffinitio non tamen diuidi poteſt ſecũdum naturam

L

in duo in actu, quia in corruptione ſubſtantiali in corrupto compoſita forma corrumpitur, & materia induit aliã formã ſeparatio enim formæ a materia eſt corruptio eius, loquendo de formis conſtitutis in eſſe per ſubiectum. ita notabiliter dicit Auer 7. primæ philoſophiæ. com. 27. ubi ſuper uerbis Ariſto. in tex. dicentis. Oportebit ſemper diuiſibile eſſe qđ fit, & eẽ hoc quidẽ hoc, & hoc hoc, inquit, neceſſe eſt ut omne generatum ſit diuiſibile in duas partes ratione, non actu, in materiam. ſ. & in formam. &. 3. cœli & mundi. com. 31. ſcribit, ponens documentum circa diffinitionem elementi ibi poſitam quæ erat de elemento corporeoq; dicit. Si itaque elementum corporum ad quod alia corpora diuiduntur intus exiſtens potentia aut actu, hoc enim utro modo ſe habet dubitabile, ipſum autem indiuiſibile: eſt in altera ſpecie. Dicit, & debes ſcire quod hæc elementa de quibus perſcrutatur, ſunt alia ab uniuerſalibus de quibus perſcrutatus fuit in primo phyſico. illic enim declarauit elementa uniuerſalia corporum ſimplicium, & compoſitorum, ſcilicet primam materiam, & formam. Hic autem declarare intendit elementa corporum compoſitorum tantum, quæ æquiuoce dicuntur elementa cum illis, quoniam cum compoſitum diuiditur non exiſtunt in actu. forma enim corrumpitur & materia induit aliam formam.

M

Obiecto.

Sed tunc ex hac differentia inter elementa uniuerſalia quæ ſunt prima materia, & forma quæ non ſunt corpora & elementa quæ ſunt corpora poſita per Auer. inſurgit dubitatio, quia dicam ꝙ licet in corruptione ſubſtantiali alicuius indiuidui compoſiti ex illis primis elementis quæ ſunt incorporea, puta dum aer corrumpitur non poſſit idem numero per naturam reſtitui, quia non diſſoluitur in elementa remanentia in actu, quia forma corrumpitur et materia induit aliam formam, tamen dicã ꝙ in corruptione mixti quod diſſoluitur in quatuor elementa quæ ſunt actu, uidetur ꝙ iſtud poteſt idem numero reparari, quia poſſibile eſt ꝙ remaneat idem agẽs quod uniuit illa ad mixtionem, & eſt eadem materia, quia elementa ſunt materia mixtorum corporum, ut clarũ eſt.

Solutio.

Ad hoc reſpõdetur ꝙ ſi mixtio nihil aliud eſſet niſi iuxta poſitio miſcibilium, caſus poſſibilis eſſet. Sed iſta opinio fuit reprobata per Ariſto. in fine primi libri de generatione & corruptione. in tex. com. 86. non enim, inquit, cõpoſito, & mixtio idem. nam tunc non quęlibet pars mixti mixta eſſet, quia non eadem poſſet eſſe ratio totius & partis. Amplius autem mixtio non eſſet ſecundum craſim, & ſecundum rei naturam, ſed ad ſenſum tantum, & idem huic

quidem



A

quidem mixtum ſi non acute quis uidet, lynceo autem nõ mixtum uidebitur, ſed quia mixtio eſt miſcibilium alteratorum unio in tali mixtione ex alteratione miſcibilium reſultat in materia quædam forma ſuperaddita elementis, & eſt ipſa forma ſubſtantialis mixti quæ in eius corruptione corrumpitur, licet elementa ex quibus mixtum componebatur tanq̃ ex materia proxima remaneant in actu. & iõ dicit Com. in ſecundo de generatione & corruptione. tex. com. 48. ꝙ mixtioni opponitur diſſolutio, & generationi corruptio. unde diffinitio illa data in primo de generatione & corruptione. uidelicet generatio eſt tranſmutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente ut ſubiecto, præcipue ueritatem habet de ſimplicibus corporibus. unde liber ille appellatur ab Ariſt. plerunq; de elementis, ut patet in ſecundo de anima. in. tex. com. 117. in qua unum generatur ex uno, ſed non habet locum in generatione in qua unum generatur ex pluribus. Si igitur forma mixti remaneret in actu poſt mixti diſſolutionẽ, ſicut remanent elementa utiq; mixtum idem numero reparari poſſet. unde Ariſto. in primo de anima. in tex. com. 41. ubi arguit contra antiquos q dicebant animam eſſe per ſeipſam ſeipſam mouentem, ꝙ ſi anima poſſet egredi a corpore, tunc pariformiter poſſet naturaliter remigrare ad corpus, & ita cõtingeret reſurgere mortua animalium, quæ ratio præcipue uim habet con-

B

tra Democritum, & contra omnes qui aſſerebant animã eſſe aquam aut ignem, & eſſe in corpore tanq̃ in uaſe, & ſicut locatum in loco, ut dicit ibi Themi. in cap. 17.

Solutio ad rationem Scoti.

Et ita pater reuerende ignis ille in urinali de nouo genitus nõ eſt idem numero cum corrupto, licet materia ſit eadem, et agens ſit idem, nec eſt eadem numero flamma in lucerna ardente licet uideatur, ſed continue alia, & alia numero q̃ eſt eadem per æquiualentiam generatur & continue corrumpitur a continente. unde nec Ariſto. in. 8. meta. dixit illud, ſed bene dixit ꝙ ubi materia fuit altera, & agens alterum, & quod factum eſt alterum, ſed non dixit affirmatiuam oppoſitam, quod ſi agens ſit idem, & materia ſit eadem quod effectus eſt idem. iſta enim propoſitio ſic præciſe intellecta uera non eſt, ut dicit expreſſe Commen. in com. ulti. 2. de generatione & corruptione, ut ſupra allegaui, ſed licet illa propoſitione utatur Ariſt. in. 12. meta. in tex. cõ. 11. cõtra Anaxa. ad hoĩem arguendo, tamẽ in ſe ſi uera eſſe debet, oportet ꝙ ſuppleatur ut eam limitat ibi Com. uidelicet ſi agens eſt idẽ, & materia eadẽ & eadẽ potẽtia, tunc effectus erit idem. quærere igitur cauſam quare corruptum idem numero naturaliter redire non poteſt, eſt quærere quare ad præteritum non eſt potentia, & propter hoc Ariſto. cito ſe expediuit de hoc in ſecundo de genera-

C

tione & corruptione, ꝙ in his quorum ſubſtantia eadem remanet poſſunt reuerti eadem numero, quia motus ſequitur motum, ut idẽ ſol numero eſt qui occidit nobis & qui oritur, ſed quorum ſubſtantia non remanet non reuertuntur eadem numero, ſed eadem ſpecie, quare, quia. nã quia corruptum eſt corruptum, ideo non poteſt nõ fuiſſe corruptum & ideo non poteſt reuerti idem numero. nõ enim eſt potentia præteritorum, & hoc eſt ꝙ multos fatigauit.

Propoſitio. 103.

*Omnis potentia paſſiua eſt contradictionis.*

DIVVLGATA nimis eſt propoſitio, et ſcribitur in. 9. primę philoſophię. tex. com. 17. ubi dicit textus. Eſt autem nihil potentia ſempiternum. ratio uero hęc omnis potentia ſimul contradictionis ẽ, et ut uidetur in eodem tex. com. dicere Ariſto. habet ueritatem de potentia paſſiua quæ eſt in generabilibus & corruptibilibus. nam inquit ꝙ ſemper agit ſol, & aſtra, & totum cœlum. nõ eſt autem timendum, ne quando ſtent quod timent qui de natura, neq; laborant hæc agentia, non enim ineſt potentia contradictionis ipſis ut corruptibilibus motus. nam ſubſtantia materia & potentia non actu ens cauſa huius. Pro quo animaduerte quod ut ſcribit Com. i libro de ſubſtantia orbis. cap. ulti. potentia habet gradus, & materia

D

habet gradus. imperfectiſſimus modus potentiæ eſt ille qui reperitur in prima materia quæ eſt potentia ad eſſe. in ſubſtantia enim primæ materiæ non eſt permixtus actus omnino, ut dicit Com. in. 5. phy. com. 8. unde iſta eſt illa quæ eſt ad utrumlibet. nam materia prima eſt per quã res poteſt eſſe, & non eſſe uniformiter & æqualiter, ut patet. 7. meta. tex. com. 22. & Com. in. 2. phyſi. com. 48. ꝙ in potentijs actiuis naturaliter agentibus non eſt contingens æquale, qm̃ natura eius eſt natura materiæ non natura formæ, quoniam prima materia ſicut dicit eſt parata ad recipienda duo contraria æqualiter, & ideo receptio utriuſq; contrariorum eſt ei naturalis. & ibidem dicit, ꝙ cum dicimus ꝙ potentia primæ materiæ eſt æqualis potentiæ ad non eſſe intendimus ꝙ duo contraria inueniuntur in ea ĩ tẽporibus æqualibus oppoſitis ut pluuiam eſſe, & non eſſe æqualiter, ſed hoc ĩ hyeme, & hoc in ęſtate, & cãrũ agẽtiũ alternatio hæc duo cõtingẽtia æqualiter eſt neceſſe in tẽporibus æqualibus, qa ut inqt Ariſt. in. 2. de generatiõe et corruptione. in. tex. cõ 56. motus ſolis in obliquo circulo eſt cã generationis & corruptionis, & tẽpus generatiõis & corruptionis ſecundũ naturã æquale eſt, ſed actio taliũ agẽtiũ in cauſatis ẽ in maiori parte, & ſunt corpora cœleſtia, & ideo ſunt cauſæ eorum quæ ſunt, & non ſunt æqualiter, et in calce illius com. 48. epilogando dicit. Apparet igitur ex hoc

E

ꝙ contingens æqualiter non inuenitur in potentijs agentibus per ſe, ſed in potentijs paſſiuis, & earum in eis quarũ præparatio ad receptionem duorum contrariorũ eſt ęqualis, ſiue ſit anima, ſiue non anima, in potentijs autem paſſiuis quæ dignius recipiunt alterum contrariorum q̃ reliquum non eſt contingentia æqualiter, & tamen contingẽs æqualiter reperitur in paſſione non in actione.

Potentię paſſiuę duplices.

Ex quo loco datur iſta diſtinctio ſecundum Peripateticos ꝙ potẽtiæ paſſiuæ ſunt duplices, quædam recipiunt duo contraria æqualiter. quædam uero dignius recipiunt alterum cõtrariorum. & uidetur fuiſſe ſententia Ariſt. in prædicamentis. in cap. de ſubſtantia. ubi dicit, ꝙ propriũ maxime ſubſtantiæ eſſe uidetur ꝙ cum unum, & idem ſit numero cõtrariorum ſuſceptibile eſſe cum pmutatione, quod ut gloſſat Boethius ibi intelligitur niſi alterum cõtrariorum a natura inſit, ut igni calor & niui candor. & eſt ſententia eiuſdem Ariſto. ibidem in ſermone de oppoſitis. ubi dicit, quorum uero aliquid eſt medium nunquam neceſſitas eſt omni ſuſceptibili in eſſe alterum, neq; enim neceſſe eſt omni ſuſceptibili candidum, uel nigrum eſſe, neq; frigidum, neque calidum, horum enim medium aliquid nihil prohibet eſſe, horum enim erat aliquid medium, quorum non erat neceſſarium alterum ineſſe ſuſceptibili pręter illa ſub-

F

iecta quibus naturaliter unum ineſt, ut igni calidum eſſe ſuſceptibili, & niui candidum. Propoſitio igitur aſſumpta quæ dicit ꝙ omnis potentia paſſiua ſimul cõtradictionis eſt locum habet in generabilibus, & corruptibilibus, præcipue de potentia paſſiua primæ materiæ, & de illis potentijs paſſiuis, quia præparatio eſt æqualiter ad recipiendum duo contraria, ſiue ſint in anima, ſiue non, ut dicit Com. in com. præallegato ſecundi phyſicorum. Gloſſat iſtam propoſitionem ad id quod modo dixi animaduertens Auer. in ſecundo cap. de ſubſtantia orbis, in principio. ubi proponit ꝙ corpus cœleſte non eſt compoſitum ex materia & forma, ſicut generabilia, & corruptibilia cõponuntur. nulla enim eſt potentia in eo omnino. omne. n. in quo eſt potẽtia non eſt potentia niſi ad duo contradictoria. ſ. potentia quæ eſt in ſubſtantia. uult igitur potentiam paſſiuam quæ eſt ad ſubſtantia ſiue modo loquendi eius in alijs locis potentiam illam quæ eſt ad eſſe, illam eſſe ad duo contradictoria ad excludendam potentiam quæ eſt ad ubi, nam cœlum eſt in potentia ad ubi, & illa potentia non eſt potentia paſſiua quę recipiat duo cõtraria ęqualiter, quia non eſt timendum cœlum quieſcere. Sed ſi ꝑ

Ardua difficultas in uia Auer.

G

pter hoc fuit illud enunciatum per Auer. tunc inſurgit maxima difficultas in uia eius, nam. 12. meta. com. 41. expreſſe ſcribit, ꝙ quoniam corpus celeſte ex ſe mouetur, et omne quod ex ſe mouetur poſsibile eſt, ut quieſcat ex ſe, ex quibus uerbis clarisſime patet ꝙ potentia ad ubi quæ eſt in corpore cœleſti uidetur eſſe potentia contradictionis. & ibidem expreſſe dicit ꝙ in cœlo nulla alia eſt poſsibilitas niſi ut quieſcat, immo ſequaces doctrinæ Scoticæ uniuerſaliter uolunt iſtã propoſitionẽ uerã eſſe, ꝙ omnis potẽtia paſsiua, ſiue ſit ad ſubſtãtiã, ſiue ſit ad accidẽtia quod ſit potẽtia cõtradictionis, et ꝓpter hoc Scotus coactus fuit ponere ſubiectum reſpectu proprię paſsionis non ſolum cõcurrere in genere cauſæ materialis, uerum eſt quoquo modo in genere cauſæ efficientis, quia dicit ꝙ propria paſsio pullulat a principijs ſubiecti, alias propria paſsio contingẽter, & non neceſſario ineſſet ipſi ſubiecto.

Opīo Sco.

Sed tamen illud non eſt neceſſarium, quia ex ſecundo phyſi. tex. com. 70. materia & efficiens non coincidunt in idem, quia eſt primo diuerſa ab alijs cauſis. nunc autem ſubiectum reſpectu proprię paſsionis concurrit ut materia, ut patet. 4. primæ philoſophiæ per Auer. com. 2. ubi habet ꝙ ſubſtãtia reſpectu accidentiũ non eſt cauſa nec ſecundum agẽs, neq; ſecundum finem, ſed quia eſt materia eorum, & cõſtituuntur per illam, nec propter hoc ſequitur ꝙ ipſum ſubiectũ reſpectu proprię paſsionis ſit in potentia cõtradictionis.

Contra Sco.

H

Et ratio eſt, quia in tali ſubiecto ſunt inductæ diſpoſitiones ab agente quibus præparatum ſubiectum de neceſſitate ita limitatur & coartatur, ut ſtet ſub illa ꝙ nullo modo ſtare poteſt ſine illa, & hoc eſt quod dixit tertio cœli & mundi. com. 28. ꝙ agens quantum dat de forma, tantũ dat de accidentibus concomitantibus formam, mediante tamẽ forma, unde etiam uidemus ꝙ in generatione ſimplicium in qua unum generatur ex uno, & fit traſmutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente ut ſubiecto, licet materia de ſe corrupta forma ſit indifferẽs ad q̃libet formam, tamen limitatur propter præſentiam agentis diſponentis ipſam ad receptionem formæ quod ita recipit hanc formam quod non aliam, ut ſcribit Com. in fine primi libri phy. com. 81. ubi dicit ꝙ appetitus naturalis eſt in materia ad recipiendum omnes formas, recipit igitur eas alternatim quando forma agens eſt præſens.

Solutio ad difficultatẽ

Ad difficultatem igitur motam memini me alias ſoluiſſe illam contradictionem in concordantijs Auer. & diffuſe dixi de hoc in commentarijs meis ſuper. 12. meta. in expoſitione com. 41. Pro nunc igitur paucis me abſoluo ꝙ orbis cœleſtis inquantum conſideratur in natura propria, ut eſt corpus quoddam ſimplex non compoſitum ex materia, et forma, ſic eſt indifferens tam ad motum, q̃ etiam ad quietem. unde motus cœli dependet in ſuo eſſe ab ipſo motore, & ideo ex natura propria, & per intrinſecam, & formalem ſui rationem eſt ens poſsibile, quia habet contrarium ipſa quietem. nam motui inquantum motus eſt contrariatur quies, ſed perpetuatur ab ipſo motore, & propter hoc cœlum, ut ſtat ſub motore non eſt in potentia contradictionis ad moueri, & non moueri, quia motor eius non eſt de uirtutibus quæ poſſunt agere, & non agere, nec eſt de uirtutibus in quibus eſt contingentia ad utrumlibet, quia radix eius eſt materia, ut dicit Ariſto. 7. meta. 53. & Com. expreſſe ſecundo phyſi. com. 48.

I

✡ Aut dic. ꝙ omnis potentia paſsiua inquantum paſsiua ad contradictionis, ſed potentia paſsiua quæ eſt in prima materia eſt contradictionis reſpectu eſſe ſimpliciter: potentia autem paſsiua in orbe eſt contradictionis ſecundum eſſe ſecundum quid puta ad ubi, & licet Ariſto. 9. metaphy. 17. uideatur dicere ꝙ ibi non eſt potentia contradictionis. reſpondetur ꝙ loquitur conditionate, ut patet quia. d. ut incorruptibilibus, quia non eſt ibi materia quæ eſt cauſa laboris quæ eſt materia quæ eſt ſubſtantia non actu, ſed potentia. Et utraq; potentia in ſe ut ut nõ eſt præparata eſt contradictionis, ſed fallit utrobiq; ubi potentia eſt præparata, ut de igne & ſubiecto, & de orbe, ut ſtat ſub forma ſua.

ADDItio.

K

*Omne compoſitum ex duobus extremis, ſi unum reperitur per ſe ſine altero, etiam alterum erit ſine altero.*

Propoſitio. 104.

ELICITVR iſta propoſitio ex. 8. phyſicæ auſcultationis. in tex. com. 37. & reperitur in. 12. primæ philoſophiæ. in tex. com. 35. ubi Ariſto. demõſtrat ꝙ datur mouens non motum, quia motor medius ſiue inſtrumentalis componitur ex mouente, & moto, tanq̃ ex duobus extremis oppoſitis, ſed unũ extremum quod eſt motum reperitur in rerum natura ſeparatum ab altero, quia datur aliquid quod ita eſt motum quod nihil mouet. ergo dabitur aliquis motor qui ita mouet quod nullo modo mouebitur. Gloſſatur autem & limitatur per Auer. præſens propoſitio in præallegatis commentis de extremis, quorum utrunq; exiſtit per ſe. Inquit enim in. 8. phy. com. 37. quoniam cum aliquid fuerit compoſitum ex duobus oppoſitis, quorum utrunq; exiſtit per ſe, & alterum eorũ fuerit ſeparatum a reliquo, neceſſe eſt ut reliquum ſit ſeparatum, uerbi gratia ſi terra & aqua ſint coniuncta in mixto & utraq; earum exiſtit per ſe. ſ. ꝙ neutrum eſt neceſſariũ in eſſe alterius, & aqua fuerit abſtracta a terra in aliquo loco, neceſſe ē ut terra ſit abſtracta ab aqua in aliquo loco. ſunt enim duo extrema & medium. cum igitur alterum extremum fuerit, neceſſe eſt ut aliud ſit. & ſimiliter eſt de primo motore cum medijs, & poſtremo moto. & 12. primæ philoſophiæ com. 35. inquit. ꝙ iſta ratio quæ fuit adducta in ultimo phyſicorum eſt fundata ſuper duas propoſitiones, quarum una eſt ꝙ omne cõpoſitum ex duobus, quorum alterum poteſt eſſe per ſe, poſsibile erit etiam alterũ eſſe per ſe, niſi compoſitio ſit ſubſtantiæ & accidentis, uerbi gratia hydromel quia cõponitur ex aqua, & melle, & mel inuenitur per ſe, neceſſe eſt ut aqua inueniatur per ſe.

L

Et aduerte unum contra modernos tenentes quamlibet intelligentiam eſſe formam formaliter dantem eſſe per actualem inhærentiam ſuo orbi, & ita dicunt etiam de primo motore. nam iſte locus in. 8. phyſi. tex. com. 37. Manifeſte eſt contra iſtam opinionem quia Auer. in. com. habet ꝙ proprium primi motoris eſt, ut non ſolum ſit prius eo quod eſt poſt ſecundum diffinitionem, uerum etiam ſecundum eſſe econtrario diſpoſitioni in motore per quem mouentur mota ex ſe. ſ. generabilia & corruptibilia, nam animal corruptibile licet ſit motum ex ſe, tamen anima q̃ eſt primus motor in illo diſtinguitur a moto ſecũdum diffinitionem, quia alia eſt eſſentia animæ, alia corporis, ſicut alia & alia eſt utriuſq; diffinitio, nam ſicut diffinitionis idẽtitas arguit eandem formam & naturam, ut dicit Com. in primo cœli. com. 19. ita diffinitionum diuerſitas arguit naturas diuerſas: tamen anima in animali corruptibili nõ eſt diſtincta ſecundum eſſe a corpore, quia eſt forma inhærẽs corpori. primus autẽ motor in corpore cœleſti debet eſſe utroq; modo ſeparatus a corpore, & ſecundũ diffinitionẽ & etiam ſecundum eſſe, quia habet ſuam actualem exiſtẽtiam per ſe, & ſeparatam ab orbe, quia non inhæret orbi.

Cõtra modernos.

M

Et confirmatur quia parum infra in eodem commento Auer. occurrit tacitę obiectioni quæ dari poſſet, & inquit. Et non ſufficit in hac declaratione ꝙ primus motor ſit ſeparatus in eſſe, quoniam poteſt aliquis dicere, licet ſit ſeparatus in eſſe, tamen eſt mixtus cum eo quod mouetur tali mixtione ꝙ non poteſt euadere quin moueatur cum motu moti, ſicut ſi aliquis dixerit ꝙ elementa nunquam inueniuntur niſi mixta. cum igitur fuerit poſitum proprium poſtremi, & eſt ipſum eſſe ſeparatum a motore: tunc uerificabitur propriũ primi principij ſecundum ꝙ eſt motor, & principium. ſ. ꝙ non mouetur, unde licet primus motor ſit forma, non tamen eſt forma inhærens. refert enim multũ dicere formam perficere, & dicere formam inhærere, ſicut dominus eſt forma ſerui perficiens ipſum extrinſece, ſed non eſt forma inhærẽs. 12. meta. com. 37.

Aiaduerte circa hoc exẽplũ qm̃ nõ p̄ñt dr̃e ꝙ primus motor ē ſeparatus ī eſſe, ita ut det eſſe, nec recipiat eſſe,

A

Et adde ꝙ hæc propõ cõtra ipſos torqueri poteſt: tenent .n. intelligẽtiã ita ſcire eẽt: ut ipſa Propoſitio. 105. per ſe ſit ſeparata.

Sic igitur omne compoſitum ex duobus extremis oppoſitis, ſi unum eorum poteſt eſſe ſine reliquo, cõtingit alterum eſſe ſine altero, ubi tale compoſitum non fuerit ex ſubſtantia & accidẽte, quia licet ſubſtantia poſsit eſſe ſine accidente, accidens tamen non poteſt per ſe naturaliter eſſe ſine ſubſtantia, & iſta eſt gloſſa eius ſecundum Auerroem.

*Actus & potentia ſunt differentię quę contingunt omnibus prędicamentis & ſunt ualde oppoſitę.*

PROPOSITIO iſta ſatis allegata, & eſt Auer. in primo de anima com. 6. Aduerte ꝙ ut refert Com. in. 7. primæ philoſophiæ. in procemio. Tres ſunt diuiſiones entis primæ, quarum diuiſione diuiditur tota prima philoſophia, & ſunt diuiſiones entis extra animam. nam Ariſto. ubi in. 5. meta. tex. com. 13. & 14. diuiſit ens in anima, & extra animam, & in ens per ſe, & in ens per accidẽs in. 6. excluſit a conſideratione ſcientiæ diuinę ens per accidens, quia non habet cauſas terminatas per quas contingit poſſe haberi ſcientiam de ſeipſo, & abiecta ſua conſideratione ens in anima, quia eſt ens diminutum, & ideo diuidit illud in ſubſtantiam & accidens, & per potentiam & actum, & per unum & multa. diuiſio autem entis per potentiam & actum eſt prima inter diuiſiones entis quæ dãtur per relationes ſeu per relatiue oppoſita, & ſunt diuiſiones entis realis. quia omne ens extra animam, aut eſt ſubſtantia, aut accidens, aut eſt potentia, aut actu, aut eſt unũ aut multa. & hoc etiam eſt de intentione Ariſt. in. 9. primę philoſophiæ in principio. ubi diuidit ens diuiſum in decem prædicamenta per potentiam & actum. inquit enim, quoniam uero dicitur ens, hoc quidem eo quod quid, aut quantitas, aut qualitas: aliud ſecundum potentiam & actum, & ſecundum opus.

Tres entis diuiſiones.

B

Vbi animaduerte ꝙ potentia & actus dicuntur differentiæ analogæ, ſicut ens plerunq; ab Auer. nuncupatur genus analogum dictum ſecundum prius & poſterius: a formalię ãtibus nũcupãtur modi. Vnde aduerte ꝙ ſunt primo diuerſæ, ſicut materia eſt primo diuerſa a forma. potentia enim ut dicit Com. 12. primæ philoſophię com. 26. reducitur ad materiã, & actus ad formam & contingunt omnibus prædicamentis, quia ſunt principia omnium prædimentorum & ſunt diuerſa in diuerſis prædicamentis. unde. 12. meta. Ariſt. poſtq̃ perſcrutatus fuit, utrũ eadem dicantur eſſe principia omnium prædicamenrorũ, uel diuerſa: tandem cõcludit ꝙ licet principia remota ſint eadem, quia principia ſubſtantiæ ſunt principia omnium. materia. n. ſubiecta cũ forma cauſa eſt eorum quæ fiunt ſicut mater, ut patet primo phyſicę auſcultationis. tex. com. 80. tamen principia propria & proxima ſunt diuerſa in diuerſis prædicamentis. potentia. n. & actus quæ ſunt principia prædicamenti ſubſtãtiæ ſunt ſubſtantiæ, & quæ ſunt principia quantitatis ſunt quãtitates, & quæ ſunt principia qualitatis ſunt qualitates, & ſic de ſingulis. hoc dicit Com. expreſſe & Ariſt. tex. com. 22. & 26. & ſic principia oĩum p̄dicamentorũ ſunt eadẽ analogia, & non ſunt eadẽ ſimpliciter & oĩbus modis.

C

Et ex hoc aduerte ꝙ res quæ in p̄dicamento ponuntur ſunt quandoq; in potẽtia, & quandoq; in actu. nam ſi ens diuiſum in decẽ prędicamenta diuiditur in principio. 9. meta. per potentiã & actũ, ſequitur ꝙ res ſempiternę quæ nunq̃ fuerunt in potẽtia ante actum, quia in eis non differt poſſe ab eſſe, ut patet 3. phyſi. 33. & 9. meta. tex. com. 17. non ſunt igitur in prædicamento, & eſt doctrina antiquorum, & Com. in. 2. cœli & mundi. in com. 49. & ſuper Porphyrio in cap. de ſpecie. & 5. meta. tex. com. 17. & eſt in cap. de poteſtate ubi dicitur, horũ. n. dictorum terminorũ eſſe dicimus, & quod poteſtate eſt dicibile, & quod actu. i. unuſquiſq; terminus ex his quæ ſignificant decem prædicamenta aliquid dicitur eſſe in potentia, & aliquid dicitur eſſe in actu, & eſt clara etiam ſententia Philoſophi & Com. 12. meta. tex. com. 26. Sunt aũt potentia & actus ualde oppoſitæ differentiæ inter ea quæ relatiue opponuntur. nam actus & potentia relatiue opponuntur, ut patet. 9. meta. tex. com. 11.

D

Aduerte igitur ꝙ cum potentia, & actus diuidant ens extra animam, talis potentia quæ eſt differentia entis non eſt potentia logica a qua aliquid denominatur poſsibile, quæ potentia cauſatur ex habitudine terminorum inquantum illi termini inuicem non repugnant, & ſecundum hoc aliquid dicitur poſſe eſſe uerum, uel non poſſe eſſe uerum. De tali enim poſbili logico tractat Philoſophus in libro priorum. ſed talis potentia dicit aliquid ex natura rei quod dicit ordinem ad actũ. & tale poſsibile phyſice, uel realiter ſumptum denominatiue dicitur a potẽtia actiua quæ eſt principium tranſmutãdi aliud inquãtũ aliud, uel a potẽtia paſsiua q̃ eſt principiũ trãſmutãdi ab aliquo ĩquãtũ aliud. Et aduerte ẽt ꝙ apđ ſapientes arabes potentia differt ab aptitudine, quia potẽtia reſpicit duo contraria æqualiter, ſed aptitudo alterum tantum. ſententia eſt Auicen. in. 6. naturalium ſectione. 4. ca. 5. & in libro de uiribus cordis ca. 3. uñ ut inquit quilibet homo poteſt triſtari & gaudere, ſed nõ quilibet habet aptitudinem ad gaudium, nec quilibet habet aptitudinem ad triſtitiam.

Potẽtia differt ab aptitudine.

E

Quod autem moderni dixerunt in primo de anima. in expoſitione com. 6. ꝙ actus & potentia conſtituunt omnia prædicamenta, & non diuidunt ens, & quod non inconuenit differentiam conſtituere aliquid & nihil diuidere eſt figmentum uix fictum. nam Ariſto. in principio. 9. primæ philoſophiæ diuidit ens diuiſum in decẽ prædicametnta, per potentiã & actum, & Com. ita exorditur in principio com. 1. Quia ens ſecundum ꝙ ens diuiditur eſſentialiter in potentiam & actum, & iſta ars habet conſiderare de ente ſimpliciter, & de generibus, & differentijs in quas diuiditur eſſentialiter: incepit hic loqui de ſpeciebus potentiæ & actus, ut declaret ſubſtantias eorum, & cõtradicat dicentibus potentiam non eſſe in entibus, & in procemio ſuper. 7. primæ philoſophiæ inquit. Iſta ſcientia diuiditur in tres partes. prima eſt de diuiſione entis in ſubſtantiam & accidens. ſecunda de diuiſione entis in potentiam & actum. tertia eſt de diuiſione entis per unum & multa

Cotra modernos.

Nec ualet ratio ſua qua dicit ꝙ omnis diuiſio per differentias ſiue modos fit ab aliquo uno unam naturam importante, modo ens non dicit unã materiã, ut dicit Com. 10. meta. com. 8. nam æquiuocatio decipit ipſum. Genus enim & differentia apud Peripateticos, & in uia Auer. p̃ſertim, bifariam ſumuntur, quandoq; enim ſumuntur pro genere, & differentijs uniuoce dictis, & quãdoq; ſumũtur ꝓ his quæ dicuntur ſecundũ prius et poſterius. unde ſuper uerbis Ariſt. in. 5. meta. tex. com. 4. dicentis. Nã cui differẽtia ineſt, & genus ſequitur, ſed cui genus, non omnino differẽtia. omniũ aũt cõe eſt elemẽtũ eſſe cuiuslibet ꝙ primo ineſt cuiq;. inquit Com. & cã in hoc ꝙ genera generaliſſima ſunt magis elementa q̃ alia genera, eſt, quia ſunt ſimpliciora. alia enim habẽt differentiam, & quod habet differentiam habet genus, & non omne quod habet genus habet differentiam, & hoc intendebat dum dixit, & oẽ quod habet genus non habet differentiam, genera. n. generaliſſima non habent genus niſi genus dictũ multipliciter, & cõſimilis diſtinctio elicitur ex. 4. primæ philoſophiæ. com. 2. & in primo de anima. com. 7.

F

Et aduerte ꝙ iſta eſt una inter alias differentias inter genus analogũ, & genus uniuocũ, qa genus uniuocũ dicit, aut unã naturã cõmunem ſuis ſpeciebus, ſecũdũ ponentes formas eſſe multiplicatas ad multiplicationẽ prędicatorũ quiditatiuorũ, ita ꝙ quot ſunt p̄dicata q̃ditatiua tot ſunt formæ: & aut dicit unũ cõceptũ realẽ obiectũ cõem, & diſtinctum a conceptibus ſuarum ſpecierũ, & uniuoce dictum de illis, & tale prius præintel-

G

ligitur eſſe diuiſum per differentias oppoſitas condiuidentes ipſum, quã intelligatur eſſe in ſuis ſpeciebus, ſed nõ ita ẽ de genere analogo quod dicĩt ſecũdũ prius & poſterius: immo ens ſine medio diuiditur in ſubſtantiã & accidẽs, ut dicit Com. 10. met. com. 8. ubi habet ꝙ eſſentiæ, & quiditates pdicamentorũ ſunt diuerſę, & nõ eſt in eis aliquid cõmune, ita ꝙ unũ & ens ſint tanq; genus, quoniã ſi ita eſſet, tunc hoc nomen unũ non ſignificaret illud quod ſignificat in prædicamento ſubſtantiæ, aut qualitatis, aut quantitatis prima ſignificatione & ſine medio, ſed ſignificaret quemadmodum hoc nomen genus ſignificat ſpecies mediante aliquo cõmuni, ita etiam ens immediate diuiditur per actũ & potẽtiam, & per unum, et multa, ita ꝙ ut alias declaraui ſunt plures diuiſiones entis primę, & quęlibet eſt prima in ſuo ordine, qa non ſunt eiuſdẽ generis, nec eiuſdẽ rationis. ſicut. n. inquit Porphyrius ꝙ ſunt decẽ genera generaliſſima tanq; decem rerũ prima principia, quodlibet enim eſt primum in ſuo ordine dicuntur autem ut ſupra dictum eſt actus, & potentia differentiæ ualde oppoſitæ, quia ſunt primo diuerſa, quia potẽtia eſt extra actum, & actus extra potentiã. Non aũt ſunt ualde oppoſitæ ſimpliciter, quia oppoſitio maxima eſt contradictio in qua non eſt mediũ, ſed inter potentiã & actũ datur actus medius permixtus ex extremis ut patet. 3. phy. commen. 14.

H

Propoſitio. 106.

*Perfectum eſt quod tale alterum quale ipſum efficere poteſt.*

QVARTO meteororum ſcribitur iſta ꝑpoſitio tex. com. 19. Vera eſt ꝑpoſitio ubi alterũ ſimile factibile eſt quod additur ꝑpter deũ, cũ non poſſit facere aliũ deum, qa non eſt factibilis alter. Fallit ẽt ꝑpoſitio ſecũdũ aliquos ubi ꝑductũ requirit cãm æquocã. unde ꝙ angelus nõ poſſit generare aliũ angelum, ut aiunt hoc eſt perfectionis. Fallit ẽt in uniuocis quando eſt aliquid in potẽtia paſſiua tantũ, unde lapis durus quantuncunq; perfectus non põt aliũ ſimilẽ generare, qa ſolũmodo habet potentiã paſſiuã ad reſiſtendũ, durũ. n. eſt ꝙ reſiſtit diuidenti. Mihi autẽ uidetur propoſitio illa in uia Peripateticorũ pręcipue habere ueritatẽ in animalibus & plãtis quæ ſunt hic. Nã Ariſt. ibi loquitur de ſeminibus, ut patet intuenti uerba tex. & iuxta hoc Ariſt. dixit. in. 2. de anima. tex. com. 34. Naturaliſſimum opus uiuentium eſt quæcunq; perfecta & non orbata, aut generationem ſpontaneam habẽtia facere tale alterum quale ipſum, animal quidem animal, planta uero plantam. unde proprie in habentibus uirtutem generatiuam ueritatem habet.

Opinio ꝓpria.

*Finis eſt cauſa cauſarum.*

I

Propoſitio. 107.

EX Secundo phyſi. 31. Vbi dicitur ꝙ autẽ eſt cuius cauſa potiſſimum eſt, & finis aliorũ uoluit eſſe. Dixi ſupra multifariam ſumi finem, hic uero ſumitur proprie pro fine principali, quia ille eſt qui mouet ipſum agens. Intelligitur tamen propoſitio reſpectu formæ, & ipſius eſſe.

Fallit autem reſpectu priuationis. Nam priuatio & non eſſe ipſius effectus magis dependet ab agente, aut a defectu agentis quam a fine. Vnde monſtra quæ ſunt priuationes diſpoſitionum naturalium, & uniuerſaliter corruptiones non poſſunt fieri ſine agente, & corrumpente, & tamen ſunt præter finem. unde Ariſto. 2. phyſico. tex. commen. 23. dicit poetam deriſione appoſuiſſe dicere hunc finem, cuius quidem cauſa factus eſt. Ad eſſe igitur poſitiuum præcipua cauſa eſt ratio finis, quia illa neceſſitat agens, & agens formam, & forma materiam. unde reſpectu corruptionis non eſt aliquis finis in ſe, ſed ut inde aliud generetur, & tamen illa corruptio non fit ſine corrumpente.

Propoſitio. 108.

*Cœlum nihil prohibet ut ſit materia, ſed prohibet ut ſit forma.*

quæ per ſimilitudinem dicuntur cauſæ cum cauſis genera
bilibus & corruptibilibus, & in tertio de anima. cōmen. 5.
in prima parte digreſſionis, ubi recitat opinionem Theo-
phraſti, & Themiſtij auctoritate eorum colligitur ibidem
iſta diſtinctio, quia dicebant quod iſti tres intellectus agēs
& recipiēs, & intellectus ſpeculatiuus ſunt idem ſubiecto,
ut dicit etiam tertio de anima. cōmen. 20. ex mente ipſorū,
& quia intellectus ſpeculatiuus reſultabat ex intellectu
agente, ut tangit intellectum materialem, cum recipiēs ſit
æternum, & agens æternum, neceſſe eſt, ut factū ſit æter-
num, & quia opinati ſunt hoc contingit, ut in rei ueritate nō
ſit intellectus agens, neque factum, cum agens & factum
non intelligantur niſi cum generatione, & tempore, aut di
catur quod dicere hoc agens, & hoc factum non eſt niſi ſe F
cundum ſimilitudinem, ecce quomodo de mente Theo-
phraſti, & Themiſtij colligitur iſta diſtinctio. Actio ꝓ- Actio ꝓpa
prie dicta eſt in rebus corporalibus tm̄, & eſt duplex. Quę duplex.
dam eſt corruptiua, & iſta fit merito contrarietatis, & fit ꝑ
qualitates alteratiuas q̄ ſunt q̄tuor primæ q̄litates. ſ. calidi-
tas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, quarū duæ. ſ. caliditas,
& frigiditas dn̄r actiuæ, & duę reliqua. ſ. humiditas, & ſicci
tas dicuntur paſſiuæ, non quia illę nullo mō patianť dictę
ſunt actiuæ. Nec iſtæ qa nullo modo agant dictę ſunt paſ-
ſiuę, ſed hoc eſt in reſpectu mixti gn̄andi, dicit enim Auer.
in principio quarti meteoro. cōmē. primo. in ſua paraphra-
ſi. Debes ſcire quod non debemus dubitare in hoc, quod
diximus quod humiditas & ſiccitas ſunt paſſiua, & frigus,
& calor actiua, quoniā inuenimus illas quaslibet agere ſi-
bi ſimilia, ſiccum enim generat ſiccum, & humidum hu-
midum, ſicut facit calidum calidum, & frigidū generat fri-
gidum, quoniam hæc prædicta propoſitio de paſſiuis, &
actiuis non conſiderabatur niſi in comparatione actionis
indiuiduorum mixtorum, & paſſiuorum non in ſe, in hac
enim mixtione fuit inuentum ꝙ calor, & frigus ſunt, quæ
coniungunt, & applicant elementa rerum ad ſeinuicem,

& admiſcent quouſq; generetur ex illis elemẽtis res noua, G & fuit humidum inuẽtum cum quo recipit res paſſionem caloris, & frigoris, & mixtionis, & ſiccitas cum qua recipit incorporatio, & ſtatio in ſe, & ita igitur illa fuerunt comparata ad actionem, & iſta ad paſſionem. & ſic debet iacere, quia litera ẽ corrupta cõmuniter in illo loco, & bene dicit, & eſt ex mẽte philoſophi ibidem, in tex. cõ. 2. inquit. n. Eſt autẽ ſimplex & naturalis generatio permutatio ab his uirtutibus cum habeant rationem, ex ſubiecta materia unicuiq; naturæ, hæ autem ſunt dictæ uirtutes paſſiuæ, generant autem calidum, & frigidum obtinẽtia mãm. Et aduerte, ꝙ loquendo, de tali actione ſolæ iſtæ quatuor qualitates ſm Peripateticos effectrices dictę ſunt, ꝗa ſolum alterando ſubiectum ad aliam ſpeciem tranſire faciunt, acuitas quidem incidit rem ſibi approximatam, ſed nõ alterat eius naturam: neq; durities ita poteſt alterare, quod ſibi ꝓximum eſt, ut ad aliam ſpeciem tranſire faciat ſubſtãtiam eorum quę ſibi proxima ſunt. Et aduerte etiam ꝙ aliter etiam dici põt, quare caliditas & frigiditas dictæ ſunt actiue, humiditas, & ſiccitas, paſſiue, uidelicet in reſpectu ad ſenſum tactus cuius ſunt obiecta, nam reſpectu tactus illę ſunt magis actiuæ, ꝗ paſſiuę, ita ſcribit Auer. in. 2. colliget in cap. 31. de accidentibus ſuperuenientibus uirtuti ſenſibili. Aduerte tamen, ꝙ ex actiuis caliditas eſt maioris actiuitatis, ꝗ frigiditas, nã frigus eſt ſicut caloris priuatio, primo de generatione & corruptione. cõmen. 18. & ex paſſi- H uis ſiccitas eſt magis paſſiua, ꝗ humiditas, & ideo Gal. inquit, quod ex dyſcraſijs ſimplicibus nulla eſt deterior, quã ſicca, & ex cõpoſitis frigida, et ſicca, dyſcraſia enim humida facile curatur, ut patet in 7. inge. ſani. cap. 10. & in eodẽ libro cap. 5. dicit. licet oẽs iſtæ qualitates inter ſe ſunt actiuæ, & paſſiuæ, magis tamẽ ſunt paſſiuæ humiditas, & ſiccitas, ꝗ actiuæ, caliditas autẽ & frigiditas ſunt minus paſſiuæ. & ideo dicunt Medici, ꝙ dyſcraſiæ quæ ſunt ſecundum calidum, & frigidum ſunt facile curabiles, ſed ſunt difficile curabiles, dyſcraſiæ ſecundum huimidum & ſiccum. Et aduerte, quod de tali actione loquitur Ariſto. in primo de generatione & corruptio. dum ponit diffe. etiam inter mouens & agens, quia omne agens eſt mouẽs, & non econtra, quia actio talis fit cum abiectione contrarij, & eſt corruptiua, ut patet ibi in tex. cõm. 43. & infra. Actio autem & paſſio alia eſt perfectiua, quæ de intentione paſſionis non habet niſi receptionẽ tm̃, ut dicit Cõmẽ. in 3. de anima. cõmen. 2. et iſto modo dicitur ibi ꝙ ſentire, & intelligere eſt quoddam pati. Et eſt iſta diſtinctio de mente Phi in. 2. de anima. in tex. cõ. 57. ubi dicitur. Non ẽ autem ſimplex ipſum pati, ſed aliud quidẽ corruptio quædam a contrario, aliud autem ſalus magis eius ꝙ potentia ab eo quod eſt actu, & 3. de anima. tex. cõ. 28. idem dici- I tur Aduerte tamen ꝙ actio, & metaphorice dicta proprijſſime ſumpta eſt in abſtractis ſubſtantijs, inquantum enim Deus intelligit per ĩtelligere cauſat, quia ſcĩa Dei eſt cauſa entiũ. 11. meta. cõ. 51. ſic dicitur, agẽs quia non agit per qualitates alteratiuas, ſicut uerum agens corporale, q̃d agit alterando ipſum paſſum. Et aduerte ꝙ multa uerificantur, de uero agente, q̃ non uerificantur de agente ſm ſimilitudinem, ſicut ſupra etiam tetigimus. nã ſolet frequẽter dici ꝙ agẽs aſſimilat ſibi paſſum, hoc quidem dictum uerificari habet ſolũ in uere agentibus, quæ agunt per qualitates actiuas, & paſſiuas tranſmutantes materiam, & ꝑparantes eam, & remouendo contrariũ ab ipſa, de talibus quidem ueritatem habet quod aſſimilant ſibi paſſum. ſed fallit propoſitio de agente quod agit per ſuam formam, & agit per eſſentiã ſine ꝑparatione materiæ, & trãſmutatiõe ad illam formam, ſicut inquit Albertus re, & nomine magnus, ſicut generatur forma in ſpeculo abſq; hoc ꝙ ſuperficies ſpeculi remoueatur a ſua planitie uel a natura uitri, et iſto modo etiam ſenſibilia generãt ſpecies ſuas in organis, & ueritatem habet de agente uniuoco, & de agente per ſe

Limitationes multarũ famoſarũ ꝓpõnũ.

agente, & non per accidens, & de agente propinquo, nõ remoto, & de agente principali, et non inſtrumentali, ut inqt Cõmen. 12. meta. cõmen. 24. Et de tali etiam agẽte ueritatem habet alia propoſitio famoſa, quæ dicit ꝙ agens, & paſſum in principio ſunt cõtraria, & in fine ſunt ſimilia, ut patet in primo de generatione & corruptione in tex. cõ. 50. & in. 2. de anima. tex. cõmen. 45 de nutrimento, & nutribili. Et de tali agente, ueritatem etiam habet famoſa propoſitio, ut ſupra dixi, ꝙ una actio ſequitur unum agẽs, ſic limitat Cõmen. illam propoſitionem. 12. meta. cõmẽ. 44. dicens contra Auicen. qui opinabatur, ꝙ in intelligentijs erat actio & conſequutio. inquit. ſed ille ſermo eſt imaginabilis, non enim eſt illic cõſequutio neq; actio, ita quod dicamus, quod una actio conſequitur unum agens, tãtum enim illic eſt cauſa, & cauſatum ſecũdum quod intellectũ eſt cauſa intelligentis. Similiter alia propoſitio famoſa, quæ dicit, agente & paſſo debite approximatis ſtatim prouenit actio, de tali uero agente uerificatur, concurrentibus tamen ſex conditionibus poſitis per ſubtilem Doctorem in. 9. ſuæ meta. q. 4. in reſponſione ad ſecundum. & per Anto. And. ſequacem ad literam in eodẽ. 9. q. 1. in reſponſione ad ſecũdum principale. inquit enim Scotus quod nõ oportet ſemper actiuo, & paſſiuo approximatis, ut ſemꝑ ſequatur actio, quia hoc tangebat argumentum, nam habito termino non agit, non habito etiã impediri poteſt ne agat per uirtutem contrariam fortiorem. Si etiam non eſt tota cauſa actiua, ſed aliud cum ipſo, ſi illud aliud non adſit, non agit. Si etiam non habet in quod uel circa, ꝙ agat, non agit. Si iterum alia actio naturaliter præſupponatur ſine illa non poſita non aget. Si tandem eſt liberũ ex ſe potens non agere, uno iſtorum ſex modorum poteſt ſaluari de quocunq; motiuo cur non ſemper moueat. Exẽplum primi, graue quando eſt in centro nõ mouet ſe, quia habitibus præſentibus in materia ceſſat motus, ut dicitur in primo de generatione & corruptione, tex. cõmen. 55. Exemplum ſecundi, aqua bulliens præſente igne caleaciẽte non frigefacit ſe, quia tenet cum Auic. ꝙ elementa poſſunt ab intrinſeco alterari ſecundum Auer. exemplum accõmodatum eſt, ꝙ aqua bulliens præſente igne ſufficienter calefaciente nõ infrigidaẽ ab aere. Exẽplum tertij, in potẽtijs cognitiuis tenendo ꝙ obiectũ una cum potentia concurrat ad cauſandum actũ, talis potentia ſine obiecto non poſſet agere. Exemplum quarti, & quinti, ubi uidelicet aliqua actio naturaliter præſupponiẽ ſuę actioni, illa non poſita non aget, & non ſic circa aliquid eſt, ut nihil intelligens, nihil uult ex eo quod actus uoluntatis naturaliter præſupponit actum intellectus. nã ut ſcribit Auer. 12. primæ philoſophiæ. tex. cõ. 39. deſiderium inſequiẽ cognitionẽ, ſicut umbra ĩſequitur corpus. & ſm beatum Auguſtinũ inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaꝗ. Exemplum ſexti, ubi uidelicet agens ſic liberũ eſt, ut ſi intellectus oſtenderit aliquid uoluntati poteſt illud non uelle propter ſui libertatẽ. Et ego addo etiam aliam conditionem ꝙ requiritur debita cõmenſuratio agentis ad paſſum, ut colligi poteſt manifeſte ex ſecunda particula problematum, problemate 12. De tali etiam agente uere, & proprie dicto intelligitur ꝓpoſitio alia famoſa, quæ dicit ꝙ agens prius agit in partem propinquã ꝗ in partem remotam. quę uera eſt, uel eadem actione, uel diuerſa, nam ut inquit Auer. 2. cœli. cõ. 42. ex ſententia Themiſtij contra Alexan. rete patitur a piſce qui ſtupefacit manum piſcatoris, quãuis nõ patiatur paſſione ſimili paſſionis manus. Gloſſant etiam aliqui ꝙ non eſt uera in formis reſpectiuis, nam ſm tenentes ꝙ relatio dicit aliquam realitatem diſtinctam a ſuo fundamẽto, poteſt ſic aliqua relatio acquiri duobus in duobus extremis exiſtentibus abſq; hoc quod iſta acquiratur alicui intermedio, ut ſi Sortes ſit albus Romæ, & Plato generetur albus Pariſiis, acquiretur utriq; ſimul abſq; hoc quod aliquid exiſtẽs in medio fiat ſimile. Gloſſatur autem iſta propoſitio de agente

K L M

Limitatio alterius ꝓpõnis famoſæ.



A agente quod eſt corpus ſolidum, quia de corpore orbiculari, ſicut eſt corpus ſolare, & lunare, propoſitio iſta fallit, quia ex. 17. perſpectiuæ talia plus agunt in remotum, quã in propinquum. Item requiritur ꝙ agens ſit uniforme per totum, quia luna quando non eſt ſecundum totum illuminata, non ita agit pars illuminata, quemadmodũ pars non illuminata. Item requiritur, quod ſit ſeducta rarefactio, & condenſatio propter ſophiſticas captiones fieri ſolitas, ſi enim eſſet unum corpus uniformiter calidum, ut quatuor, & fieret rarefactio, plus ageret in remotum, quã in propinquum. ubi ſcire debes quod rarefactio & condẽſatio uariant actionem agentis quantum ad modum agendi. ſcribit enim Auer. 2. cœli & mundi. cõmen. 42. quod cum duo corpora tangunt aliud & fuerit unum eorum ꝓfundius altero, neceſſe eſt, ut actio profundioris, & ſpiſſioris in corpus quod tangit ſit maior, quãuis ſuperficies eius qua tangit ipſum ſit æqualis ſuperficiei, qua tangit ipſum illud quod eſt minoris profunditatis, nam potentia diuiditur ſecundum diuiſionẽ corporis, & ſimiliter cum duo corpora fuerint æqualia, & alterum eorum fuerit denſius alio neceſſe eſt, ut denſius ſit fortioris actionis. Itẽ fallit etiã propoſitio de agente, quod agit aliquod actum mediante actione reflexa, nam uidemus quod ſol, cum nõ calefaciat lumine inquantum lumen reflectitur, talis calefactio magis fit in partibus remotioribus, quam in partibus proximioribus, ut clarum eſt. Vbi aduerte ꝙ ut inquit Auer. in. 2. cœli & mundi. cõmen. 42. & in ſecundo cap. de ſub- B ſtantia orbis. corpora cœleſtia non agunt niſi lumine, & motu, & ſic ſunt cauſa caloris, tamen eſt diuerſitas, nam corpora, quæ calefiunt a cœlo mediante motu: quãto ſunt propinquiora orbi, tanto magis calefiunt, & quanto ſunt diſtantiora, tanto minus caliditate participãt. ſcribit enim Cõmen. ſecundo cœli. cõmen. 94. Propinquitas motui cęli largitur caliditatem, raritatem, leuitatem, & motum: & remotio largitur frigiditatem, denſitatem, grauitatem, & quietem. & ratio eſt, quia cœlum mediante motu attritionem cauſando eſt cauſa caloris, ut dicit Ariſto. in ſecundo cœli. tex. cõ. 42. & in primo meteororũ. ſed caliditas cauſata a cœlo mediante lumine conuerſo modo ſe habet, ꝗa quanto corpora ſunt remotiora a corpore cœleſti, tanto magis incaleſcunt, & ratio eſt, quia lumen non calefacit niſi inquantum reflectitur, tales autem reflexiones in partibus ſuperioribus ſunt magis diſperſę, quã ſunt in partibus diſtantioribus & inferioribus, & ita differenter motus, & lumen ſunt cauſa caloris, unde ignis ratione ꝓpinquitatis motus cœli eſt calidior aere, & ꝓpter eandem cauſam ſuprema pars aeris calidior eſt alijs partibus. Item ad hoc ut illa propoſitio uera ſit, requiritur quod medium ſit diſpoſitum, & aptum natũ recipere illam actionem, ſicut di- C ximus de piſce, ꝗ mediãte rete ſtupefacit manum piſcatoris, & ipſum non ſtupefit, quia non eſt aptum ſtupefieri cũ careat ſenſu. Item ſol & coniunctiones ſtellarum generãt mineras in uentre terræ, & non in aere, nec in ſuperficie terræ, propter eandem cauſam. non enim omnis cauſa, quæ corpori aduenit in ipſum operatur, ĩmo ꝑter hoc tria ſunt neceſſaria, fortitudo ſcilicet ſuæ uirtutis agentis, & fortitudo uirtutis corporis præparatiue, & poſſibilitas permittendi unum tangere aliud tanto tempore, ut in tali quale illud poſſit peruenire operatio in aliud, ſicut dixit Princeps in ſecunda Fen primi, doctrina ſecunda cap. primo. De tali etiam agente per trãſmutationem ueritatem habet illa alia famoſa propoſitio in uia Auer. præſertim, quæ inſcribitur in. 7. primæ philoſophiloſophiæ. cõ. 31. uidelicet ꝙ idem eſt agens diſponens materiam, & inducens formam, quæ quomodo ueritatem habeat infra dicam in loco ꝓprio. Et de tali agente uero intelligitur alia famoſa propoſitio, quod omne agens communicans in materia cum paſſo in agendo repatiẽ, ut dicitur in primo de generatione & corruptio. tex. cõ. 43. Intelligitur autem de cõmunicãtibus in

Limitatio alterius ꝓpoſitionis.

eadem materia, unde corpora cęleſtia alterant iſta inferiora, ſed non alterantur quia non cõmunicant in eadem materia, non enim eſt de conditionibus agẽtis formæ, ut ſit in materia, quæ ſit eiuſdem ſpeciei cum materia in ꝗ agit forma. exempli cauſa, forma agẽs reſpectu lecti eſt in anima artificis, quæ differt a materia lecti. 7. meta. tex. cõ. 29. & ẽ etiam ſentẽtia Auer. in. 2. de generatiõe animalium. cap. 2. ubi agit an ſperma ſit aĩatum, & habet ueritatem in actione reali, fallit enim in actione ſpiritali. Intelligitur etiam quod non eadẽ actione repatiaẽ quod qua agit, ſed oppoſita, nam ignis calefaciendo aquam nõ recaleſit, ĩmo infrigidatur, licet ut dicit Cõmen. 2. de anima. cõ. 115. Vulgus non abſolute uocet ignem qui infrigidatus eſt propter admixtionem corporum frigidorum. Item requiritur ꝙ ſit in debita diſtantia, quia uirtutes naturaliter agẽtes ſunt terminatę. Item ſm aliquos reqriẽ, ꝙ uirtus actiua in reſiſtendo non ſit fortior potentia paſſiua in re agẽdo, licet de hoc ſit dubium. Et ſic intelligitur etiam alia ꝓpoſitio famoſa, quæ dicit ꝙ agens per continuationem, & frequentiam actionis debilitatur, uerum eſt de agente quod in agẽdo repatitur, quia tale habet contrarium, & ex conſequenti eſt uirtus materialis, et fatigabilis: ſed de agente quod nõ repatitur in agendo, falſa eſt propoſitio, & inſtantia eſt de lumine, & in moralibus, & de intellectu, in talibus enim ꝑ frequẽtiam actionis intenditur, & perficitur ipſum agens, quia talis actio eſt perfectiua, & non corruptiua, & ſi quãdoq; ibi concurrit debilitas, eſt per accidẽs, ut patet de ſenſu reſpectu excellentis ſenſibilis, ubi cum actione ſpiritali coniungitur actio realis corrumpens cõplexionem, & harmoniam organi: aut hoc poteſt eſſe accidentaliter pro quãto operatio alicuius uirtutis non fatigabilis in ſe dependet ab operare uirtutis fatigabilis, ſicut eſt de intellectu, unde Cõmen. in. 3. de anima in cõ. 7. occurreus tacitę obiectioni, quæ poſſet fieri, contra demonſtrationem Ariſto. ibi inductam. inquit, & non oportet obijcere huic argumẽto, ex eo q̃d accidit in intellectui de tranſmutatione ꝓpter tranſmutationem uirtutum imaginationis, & maxime cogitatiuę, in intellectu enim exiſtimaẽ accidere fatigatio hoc modo, & non eſt ita niſi accidentaliter, uirtus enim cogitatiua, & rememoratiua non ſunt niſi in loco uirtutis ſenſibilis, & ideo non indigetur eis niſi in abſentia ſenſibilis, & omnes iuuant ſe ad præſentandum imaginem rei ſenſibili, ut aſpiciat eam uirtus rationalis abſtracta, & extrahat intentionem uniuerſalem & poſtea recipiat eam ideſt comprehendat eam. Et eodem modo alia propoſitio, quæ ſolet ſæpe allegari, uidelicet quando ſunt duo agẽtia, quorum unũ eſt fortius, & alterum debilius, fortius citius ꝓducit ſuum effectum quam debilius: uera eſt de agentibus per abiectionem contrarij, quia ubi eſt contrarietas, ibi eſt reſiſtentia: & ubi eſt reſiſtẽtia, ibi eſt ſucceſſio, ut dicit Cõmen. in 4. phyſicæ auſcultationis. in cõ. 71. Fallit autem in agentibus ſine contrarij abiectione, ſicut patet de duobus corporibus luminoſis, quorum unum ſit intenſius altero, utrũq; enim in inſtanti illuminat, licet lumen productum a potentiori ſit intenſius lumine ꝓducto a debiliori, & multas cõſimiles inuenies in philoſophia de huiuſmodi propoſitionibus, quæ ueritatem habent de ueris agentibus, quæ tamen ueræ non ſunt de agentibus ſm ſimilitudinẽ, & metaphorice, ſed hæ ſufficiant ad excitãdum intellectum pro nũc.

Redeamus igitur ad declarationẽ principalis propoſiti, et dicamus ꝙ actio agentis apud Phos nihil aliud eſt quam extrahere rem, q̃ eſt in potentia ad actũ talis enim propoſitio ꝓcedit de uero agente quod agit mediante uero motu, & cum tranſmutatione ſubiecti in quo forma eſt in potentia, & uirtute actionis agẽtis extrahiẽ ad actũ, & ideo dixit Cõm. in. 12. primæ phiæ. in cõ. 18. q̃d niſi eſſet potẽtia nõ eſſet agens, ĩquit. n. Si aliqs dixerit quõ agens agit priuationes, dicemus ſicut facit ĩuenire. i. eẽ, & ẽ extrahere illud q̃d eſt in potẽtia ad actũ, ꝗnatum. n. in actu ẽ corruptũ in po-

D

Limitatio alterius ꝓpoſitiõis.

E

Limitatio alterius ꝓpõnis.

F

G tentia,& oīs potentia non exit in actū niſi ꝓpter extrahens quod eſt in actu. ſi igitur potentia non eſſet ens, non eſſet agens omnino, & ſi agens non eſſet, nihil eſſet hic omnino in actu. & in cōmen. 44 eiuſdem. 12. inquit contra Auicē. mos autem qui iam eſt inter Modernos in dicendo, quod a tali motore prouenit talis motor, aut conſequitur, aut p̄cedit, aut talia uerba non uere intelliguntur de iſtis principis abſtractis, omnia enim iſta ſunt diſpoſitiones agentium ſuperficietenus, ideſt per contactum non uere ſup. iſta dicuntur de abſtractis propter rationem, quam immediate ſubnectit dicens, ab agente enim nihil prouenit, ut diximus niſi extrahere illud quod eſt in potentia ad actum, ſed illic, ideſt in abſtractis principijs non eſt potentia, unde neq; agens, tantum enim illic eſt intellectus, & intellectum, & perficiens, & perfectum, unde negat ibi eſſe uerū agens, & proprie, & hoc ſequebatur occulte ad modum dicendi Auicen. de productione intelligentiarum ſicut late diximus ſuperius. licet Auicen. ad hoc non animaduerterit, ut late etiam expoſui in. 12. metaphyſic. locum illum.

ADDItio. {* Iſtam imaginationē Ariſto. ſequitur p̄clariſſimus poetarum Maro, inq̄t enim. Quærit pars ſemina flammę Abſtruſa in uenis ſilicis, q̄d nihil aliud īnuit niſi formam ignis in ſilice poteſtate latere, & non dari ab idea nec a datore formarum, ut Pla. & Auicē. ſuſpicantur.

Sed dices, quid eſt formam extrahi de potentia ad actum ab ipſo agente.

H nam multi ſunt hoc tempore philoſophātes, qui ſolum de uocibus diſputant, nihil tamen intelligunt, ſunt enim ut inquit Ariſto. in ſecundo phyſicæ auſcultationis, ſicut cæci de coloribus diſputantes, qui de nominibus rationem habent, nihil tamen intelligunt. non eſt credendum, quod forma latitet in materia, & quod agēs extrahat illam ad actū, ſicut quando aliquem per crines ex aliquo loco latitante, & infimo reuocamus ad eminentiorem locum. iſta enim fuit imaginatio Anaxagoræ ponentis q̊dlibet eſſe in quolibet, & eſt iſte error proueniens ex imaginatione, qua opinantur formam eſſe illam, quæ per ſe primo terminat in eſſe reali actionem agētis, & eſt cauſa multorum errorum iſta credulitas, unde dicit Cōmenta. 12. meta. cōmen. 18. uerſus finem, imaginatio ſuper creationes formarum induxit homines dicere formas eſſe, & datorem eē formarum, & induxit loquentes trium legum, quæ hodie ſunt dicere aliquid fieri ex nihilo, & hoc quidem non eſt uerum de lege noſtra, quicquid ipſe dicat. unde fuit iſta ſine dubio opinio Ariſto. in. 7. meta. contra Platonem ꝙ illud quod per ſe fit, et quod per ſe generatur eſt compoſitum ex materia & forma, & forma non dicitur fieri niſi per accidens, quia fit ad generationem illius quod per ſe fit, & eſt ipſum compoſitum. inquit enim in tex. cōmen. 26. dando exemplum in generationibus rerum artificialium iuxta ſuum morem

I ſemper a notioribus manuducendo intellectum noſtrum ad ignotiora, quod queādmodum nec ſubiectum ęs inquā ipſum, ſic nec ſphęram, niſi ſecundum accidens facit, quia ænea ſphæra eſt, & illam facit, & Auer. in cōmen. habet ꝙ agens non facit aliquid unum in aliquo uno, uerbi gratia formam in ſubiecto, quoniam manifeſtum eſt, quod ſi facit, facit ex alio aliud, non aliud in alio, facit enim ex materia formatum, nō in materia formam.

Quid ſit extraherē rem de potentia ad actum.

Dico igitur quod agens extrahere aliquod de potentia ad actum, nihil aliud eſt niſi facere compoſitum in actu exiſtētiæ eſſe quod erat in potentia ſubiectiua materiæ. unde forma per ſe non fit, ſed ideo dicitur extrahi de potentia ad actum, q̱a materia q̄ erat in potentia ad formam actu fit ſub forma gñato compoſito, unde agens in generando compoſitum eſſentiali dependentia dependet a ſubiecto in quod agit quod eſt in potentia, ſic dicitur extrahere aliquid de potentia ad actum, unde Cōmen. in. 12. primę philoſophiæ. cōmen. 18. dicit. Tertia autem opinio eſt Ariſto. ꝙ agens non facit niſi cōpoſitum ex materia & forma, & hoc fit mouēdo materiā, & tranſmutando eam, donec exeat de ea illud quod eſt potentia in ea ad illam formam in actu. nam ſi potentia non eſſet, agens non eſſet, ut ipſe dicit in eodem cōmen. 18. 12. meta. quia fruſtra eſt agens quod caret ꝓpria operatione, & ſi operatio eius eſt extrahere aliquid de potētia ad actū, ubi non eſſet potentia non eſſet actio, & ubi non eſt actio, ibi etiam non eſſet agens, nam. 9. meta. cōmen. tex. ſcribit Auer. cum entia non habuerint actiones proprias non habebunt eſſentias proprias, actiones enim non diuerſantur, niſi per eſſentias diuerſas. & lucidiſſimus Them. in primo de anima. idem ſentit. inquit enim quod natura nō permittit entia feriari. Deus enim & natura nihil fruſtra faciunt. p̊ cœli tex. cō. 32. &. 3. de anima. tex. cōmē. 45. Et confirmatur, quia potētia actiua diffinitur per paſſiuam, & paſſiua per actiuam, ut patet. 9. primæ philoſophię. tex. cō. 2. & ideo ſi non eſſet potentia paſſiua, nec actiua eſſet, & ꝓpter hoc Cōmen. uult ꝙ omnes formæ ſunt in potētia paſſiua primę materię, & ſunt in potētia actiua primi motoris. 12. meta. cōmen. 18. & cōmen. 24. inquit. quod forma primi mouentis aliquo modo eſt omnes formæ. Et propter hoc Cōmen. idem habet in. 8. phyſi. cōmen. 4. contra Sarracenos dicentes aliquid poſſe generari ex nihilo, dicens, & nituntur ad cōfirmandum hoc ex hoc, ꝙ mos eſt dicere, q̊d ſubiectum eſſe neceſſarium agenti, ſcilicet ſubiectum ex q̊ fit generatio, eſt diminutio agentis, et omnia iſta ſunt exiſtimationes uulgares ualde ſufficientes ſecundum curſum ſecundum quem nutriuntur homines in eis, non ſecūdū ſermones ſufficientes. L agens enim non poſſe agere aliquid impoſſibile non dicitur eſſe diminutio, ſed dicere ipſum facere aliquod impoſſibile, & poſſe facere eſt deceptio, & propter hoc iuxta fundamenta iacta in philoſophia Ariſto. tenuit Cōmen. ꝙ quicquid eſt poſſibile ex parte agentis, eſt poſſibile ex parte paſſi, & econuerſo, quicquid ſenſerit de hoc Alexan. & poſt ipſum Auicen. ſicut patet. in ſecundo phyſi. cōmen. 48. & in. 8. phyſi. cōmen. 79. &. 12. meta. cōmen. 41. iuxta hanc ſequitur iſta.

Propō. 113

*Agens extrahens aliquid de potentia ad actum non largitur multitudinem, ſed perfectionem.*

FAMOSA ſatis, & diuulgata authoritas, & extrahit̃ in propria forma per Auer. ex tex. cōmen. 15. &. 16. ex 8. primæ philoſophiæ. & ſub alijs uerbis eandem præcedentibus ferme ſententiam ſcribitur per eundem in. 12. primæ philoſophiæ. cōmen. 18. agens apud Ariſt. non eſt cōgregans inter duo in rei ueritate, ſed extrahens illud quod eſt in potentia ad actum, & quaſi congregat inter potentiam & actum, ſcilicet inter materiam & formam, ſecūdū quod extrahit potentiam ad actum, non deſtruendo ſubiectum recipiens potentiam, & tunc efficiuntur in compoſito duo, ſcilicet materia & forma. M Ex quo loco clare patet quātum deuiant a ueritate, qui allegatam propoſitionē exponunt de potentia obiectiua, nam expreſſe dicit hic nō deſtruendo ſubiectum recipiēs eam, ubi patet quod loquitur de potentia ſubiectiua.

Cōtra ponētes potētiā obiectiuā ſꝫ Auer.

Amplius Cōmen. 5. meta. cōmen. 14. declarat quomodo in lapide eſt forma mercurij in potentia & in actu, potentia quidem q̱a habet nām recipiendi formam mercurij, actu uero quia recipit illam. unde mirum eſt quomodo aliqui auſi ſunt ponere ex mente Cōmen. potentiam obiectiuam diſtinctā realiter a ſubiectiua imitantes in hoc uiam Henrici de Gandauo, & Scoti, & non animaduertunt ꝙ principia Auer. ſunt primo diuerſa a principijs illorum, nam illi coacti ſunt ad illud, q̱a tenēt ſicut rei ueritas eſt, & lex noſtra credit quod aliquid eſt poſſibile ex parte agentis, quod non eſt in potentia ſubiectiua alicuius ſubiecti, ſicut mundus, & prima materia ante ſui creationem, & ideo forma mundi, & entitas primæ mãæ in illo caſu, ut reſpiciebant potētiam actiuā Dei in rōne termini terminātis actionem ipſius creatoris, dicebantur



A bantur eſſe in potentia obiectiua, quia ens in potētia obiectiua non eſt ſubiectum actionis, uel tranſmutationis, ſed terminus, unde primū potētiale, ideſt prima materia, licet in nullis ſit potentia ſubiectiua, tñ ante mundi creationem primū potentiale erat in potētia obiectiua reſpectu creatoris. quia igiť iſta ſm Theologos ſeparanť in eē, pp hoc igiť coacti ſunt ad illā diſtinctionem: ſed Peripatetici negātes creationem, & aſſerentes quod quicquid eſt poſſibilie ex parte agentis eſt poſſibile ex parte ſubiecti, quia poſſibilitas uere non eſt ſecūdum ipſos niſi in rebus materialibus, iſta non ſeparantur in re, ſed ſola ratione, ut alias diffuſe declaraui in concordantijs Auer.

Limitatio theorema.

Dico igitur ꝙ iſte eſt ſenſus propoſiti theorematis, ꝙ agens uerum, quod uidelicet agit per ueram actionem, et tranſmutationem extrahendo aliquid de potentia ſubiecti ad actum exiſtendi non largiť multitudinem, propterea quia agens apud Ariſto. non eſt congregans apud duo in rei ueritate, ita ꝙ alia ſit res in potentia, & alia ſit res in actu. unde Ariſto. in. 8. primæ philoſophiæ. in tex. cōmen. 16. dicit. ꝙ iſta fuit cauſa erroris antiquorum quærentiū cauſam, quomodo ex materia, & forma fiat unum dicens. cauſa uero quia potentię, & actus q̄runt unum faciens, & differentiam, eſt autem ut dictum ē, & ultima materia, & forma idē, & hæc potentia hæc actu, inquirebant enim antiqui quid ſit q̊d uniat potētiam cum actu, ac ſi opus eſſet, ibi eē aliquod gluten, & uinculū quo mediante debent uniri inuicem, ſicut eſt in rebus quæ ſecūdum actum ſunt ſeparatę, ut eſt in artificialibus, ſed Ariſt.

B inquit. quod huius non oportet quærere aliquam cauſam iſto modo, quia ultima materia quæ ē, uidelicet appropriata ad aliquam formā, & ipſa forma ſunt idem, aliud enim eſt ſicut potentia, & aliud ſicut actus, & ex actu, & potentia ſuis rationibus intrinſecis per ſe unum fieri habet, & ita non oportet illa mediante aliquo uinculo uniri, ut reſultet per ſe unum. ſic igitur eadem numero res, quę erat prius in potentia eſt poſtea in actu, non enim alius nunc eſt Antichriſtus in potentia ab illo qui erit in actu, ſed largitur perfectionem, quia res actu exiſtens habet perfectius eſſe ſeipſe dum erat in potentia, unde Ariſto. in. 9. primæ philoſophiæ. in tex. cōmen. 7. inquit. uenit autem actus nomē qui ad entelechiam cōpoſitus, & ad alia ex motibus maxime uidetur actus maxime motus eſſe, quapropter & non exiſtentibus non aſſignant moueri, alias autem quaſdam categorias, puta intellectualia, & ꝯcupiſcibilia eſſe non entia mota uero non, hoc autem quia nō entia actu, erunt actu. Non entium enim quædam potētia ſunt. Non ſunt autem quia non entelechia ſunt. ubi Auer. in cōmē. ait. entia quæ non ſunt extra animam non dicuntur eſſe ſimpliciter, ſed dicūtur eſſe in anima cogitatiua, aut anima appetitiua, ſed non dicuntur entia, ſicut dicūtur res mobiles. Manifeſtum

C eſt autem ꝙ entia in anima ſunt entia diminuta, & imperfecta, ut patet ex. 6. primæ philoſophiæ. tex. cōmē. 8. unde ens perfectum eſt ens exiſtens extra animam.

Dubium.

Sed tunc eſt difficultas, quia certum eſt ꝙ ens extra animam eſt q̊d diuiditur per decem p̄dicamēta, & per potentiam, et actū, & per unum & multa, quia Ariſt. in. 6. primæ philoſophię abiecit a ſua conſideratione ens per accidens, & ens in anima, illud quia nō habet cauſas terminatas, & iſtud q̱a erat ens diminutum. Et tale ens extra animam diuiditur illa triplici diuiſione, iuxta quam diuiditur prima philoſophia in tres partes, ut dicit Cōmen. in procemio. 7. meta. Et tunc uidetur ꝙ omne ens extra animam ſit, uel ſubſtātia, uel accidens, uel in potentia, uel in actu, uel unum uel multa, & ita ens in potentia non eſt in anima tantum, ut uidetur aſſerere Ariſto. & Cōmen. in præfatis auctoritatibus. 9. meta.

Solutio.

Niſi eſſet ꝙ ens in aīa eſt terminus multiplex. Nam aliq̄d poteſt dici ens in anima, quia dependet ſolum in eſſe, & cōſeruari ab opere animæ, & nō habet aliquod eſſe ex natura rei, ſicut uacuum, & chimera.

Ens in aīa multiplex ē.

Aliud autem diciť ens in anima, quia non habet eſſe in effectu, ſed tamen poteſt eſſe, & hoc eſt ꝙ ſub alijs uerbis alij dicunt ꝙ ens rationis aliud eſt ſubiectiue, quia eſt in rōne ut in ſubiecto, ut ſpecies intelligibilis actus ītelligendi, & habitus ītellectuales. D

Alio modo aliquid dicitur ens rōnis obiectiue, ſicut uniuerſalia quæ relucent in ſpecie intelligibili, quę non ſunt in ratione niſi ſicut cognitum in cognoſcente, & in eſſe abſtractionis, quia quiditas lapidis relucens in ſpecie intelligibili lapidis non eſt in intellectus inhærenter, & ſicut forma in ſubiecto, quia forma exiſtens illo modo in ſubiecto denominat ſubiectum, & ſic intellectus diceret̃ lapideus, aut aſininus, ſi forma lapidis, & aſini illo modo eſſent in intellectu. ſunt igitur in eſſe abſtractionis, & ſunt ſicut cognitum in cognoſcente.

Qđ ens rōnis diſtīguitur ꝯtra ens extra aīaꝫ.

Tertio modo ens rationis ſumitur pro comparatione paſſiua, qua unum obiectum cognitū comparatur ad aliud obiectum cognitum, & iſtud ultimū eſt illud quod diſtinguiť contra ens extra animam, q̊d deſcendit in decem prædicamenta, et quod diuiditur per potentiam & actum, ſic dicit Doctor ſubtilis in. 4. ſententiarum. diſtin. j. q. ij. Quando igitur Ariſto. in. 9. primę philoſophiæ, inquit, quod entia in potentia ſunt in anima ꝯcupiſcibili, uel cogitatiua primis duobus modis ſumpſit, non autem ultimo modo, & ille ultimus modus entis in anima ſeu rationis, eſt qui abijcitur a conſideratione ſcientiæ diuinæ, ſicut diximus etiam in Cōmentarijs noſtris ſuper formalitatibus. Sic igitur intelligitur, quomodo agens cum tranſmutatione extrahendo aliquid de potentia ad actum, B non largitur multitudinem, quia non facit id quod erat potentia eſſe diuerſum ab eo quod fuit in actu, ſed largiť perfectionem, quia eſſe actualis exiſtentię eſt eſſe ſimpliciter, ſed eſſe in potentia eſt eſſe ſecundum quid, unde ens in potentia non ens dici poteſt, ut exp̄ſſe dicit Ariſto. in. 9. meta. in loco præallegato.

Dubium.

Quod ſi quis inſtet in contrarium, nam ens diuiditur per potētiam, & actum modo diuiſum prædicatur de condiuidentibus. igitur ens in potentia erit ens ſicut ens in actu.

Solutio.

Niſi eſſet quod ꝓpoſitio illa famoſa ueritatem habet in prædicatis uniuocis, fallit autem in analogis: quia terminus analogus ſimpliciter diciť de uno, de alio uero dicitur ſecundum quid, aut aliquo modo ſicut ens reſpectu ſubſtantiæ, & accidentis. Nam. 7. primę philoſophiæ. tex. cōmen. 2. accidentia dicuntur entia eo, quia taliter entis, ubi Cōmen. in principio cōmē. inquit. ꝙ cum declarauit q̊d hoc nomen ens ſignificat ſubſtātiā & accidentia ſubſtantiæ, quæ ſunt nouem prædicamenta intendit declarare, quod hoc nomen ens principaliter, & ſimpliciter ſignificat prædicamentum ſubſtantiæ ſecundario, & determinate, ſcilicet relatiue ad ſubſtantiam, alia prædicamenta accidentium, quæ non dicuntur eſſe, niſi quia accidunt enti quod eſt ens per ſe, ſcilicet ſubſtantiæ. Ita in propoſito ens ſimplicicer dicitur de ente in actu, quia illud eſt prius natura. Nam. 9. primæ philoſophiæ. tex. cōmen. 13. F omni tali ſcilicet ente in potentia prior eſt actus ratione, & ſubſtantia. De ente autem in potentia ip̄m ens dicitur cum additione, quia ens in potentia eſt ens in potentia. Et ſic patet declaratio propoſiti theorematis.

Propō. 114

*Idem eſt agens diſponens materiam, et inducens formam.*

SCRIBITVR iſta propoſitio formaliter ab Auer. in ſeptimo primæ philoſophiæ. in cōmen. 31. In illa ardua digreſſione, & diu agitata ab antiquis Patribus philoſophię, ſcilicet a Platone, & ab Ariſt. de poſitione, & neceſſitate idearum. Inquit enim beatus Augu. in libro. 83. quęſtionum. q. 46. Non eſt ueriſimile, aut nullos ſapientes fuiſſe ante Platonem, aut res quas Plato ideas uocauit nō intellexiſſe. Siquidē in eis tanta uis conſtituiť, ut niſi illis intellectis ſapiens eſſe nō poſſit.

Btūs Aug.

Inter p̄cipuas aūt cauſas quæ mouerunt Platonē ad ponēdum ideas duæ pręcipue ponunť ab Ariſt. in. 7. primę pħię. una fuit ꝓpter ſciam. nā cū iſtæ res q̄ ſunt hic ſint gñabiles, & corruptibi. & de tali.

G bus non ſit ſcientia, ideo poſuit ipſas ideas ſeparatas ab ip
ſis ſingularibus. Alia autem cauſa fuit propter generatio-
nem. Ariſto. autem in. 7. meta. tex. cõmen. 16. uſque ad
tex. cõmen. 21. incluſiue oſtendit, ꝙ non ſunt neceſſariȩ ꝓ
pter ſaluandam ſcientiam. Deinde oſtendit a tex. cõmen.
22. uſq; ad tex. cõmen. 32. incluſiue, ꝙ non proſunt ad ge
nerationem, inquit enim in cõmen. 22. intendit in hoc cap.
declarare quoniam formæ Platonis nihil proſunt ad gene
rationem, quoniam cum deſtruxit eas non prodeſſe in ſciẽ
tia ſi conceſſerimus eas eſſe, uult etiam in hoc capitulo de-
Pria rõ ꝓ ponendis ideis. ſtruere eas non prodeſſe ad generationem. Quȩſtiones
autem multæ, & difficiles, ut inquit Cõmen. in digreſſione
contingunt circa hoc. nã ſi illud q̃d eſt in potentia, nõ exit
de potentia ad actũ niſi ab aliquo ente in actu eiuſdem ge-
neris, aut eiuſdem ſpeciei. Et nos uidemus plures plantas,
& plura animalia generari ſine ſemine abſq; hoc quod hic
appareat aliquod agens ſimile, uel ſecundum genus, uel ſe
cundum ſpeciem, oportet dare aliquod agens ſeparatum,
ꝙ ſit eiuſdem ſpeciei, uel generis cum talibus rebus gene-
ratis, unde iſta reputaẽ eſſe maior ratio Platonis, ut habet
Scđa ratio Cõmen. in cõmen. 31. Secunda ratio ad idem eſt iſta p̃
ſupponendo unum quod eſt uerum in ſe, ꝙ quælibet for-
ma ſubſtantialis eſt forma ſuperaddita formis complexio
nibus, hoc ẽ dictu eſt forma realiter diſtincta qualitatibus,
& complexione reſultante, ex qualitatibus elementorum.
H complexio enim ſicut dicit Princeps in prima Fen primi
canonis doctrina tertia cap. p̊. eſt qualitas quæ ex actione
adinuicem, & paſſione contrariarum qualitatum in elemẽ
tis repertarum, quorum partes ad tantam paruitatem re-
dactæ ſunt, ut cuiuſq; earum plurium contangat plurimũ
alterius prouenit. unde in elementis forma ſubſtantialis eſt
ſuperaddita q̃litatibus primis, ut forma grauitatis ſubſtan-
tialis in grauibus & forma leuitatis in leuibus, & eodẽ mo-
do in mixtis forma ſubſtantialis mixti eſt ſuperaddita for-
ma ipſis miſcibilibus. nam ut ſcribitur ibidem in tex. cõm.
60. in compoſitis per ſe ex congregato fit aliquid additum
aliud a componentibus. unde caro non eſt terra, & ignis,
tunc de iſtis formis ſubſtãtialibus, dum generantur a quo
generantur. nam aut generãtur ab aliquo extrinſeco eiuſ-
dem generis, & ſpeciei cum ipſis, aut generantur ab aliqua
forma ſeparata, ſed non uidetur primum poſſe dari, quia
res generatȩ a ſemine non uidenẽ generari ab aliquo eiuſ-
dem generis uel ſpeciei, quia ſemen non eſt animatum, q̃d
uidetur eſſe proximum. generans igitur datur idea ſepara-
ta, quæ dat huiuſmodi anima iſtis ex ſemine generatis, ita
ꝙ prima ratio procedit de generatis ex putri materia, ſecũ
da uero de generatis ex coitu, & fundamẽtum unius ratio-
nis eſt cõmune utriq; & eſt ꝙ omne ens in potentia nõ de
ducitur ad actum niſi ab aliquo ente in actu eiuſdem gene
I ris, aut ſpeciei cum ipſo. Vnde confirmando ſecundam ra-
tionem inquit Cõmenta. ꝙ hoc non ſolum apparet in non
generabilibus ex ſemine, uerũetiam & in generabilibus,
quia ſemen non eſt animatum niſi in potentia non actu, &
omne quod eſt in potentia indiget aliquo in actu quod ſit
eiuſdem generis uel ſpeciei, & ita tãdem tam in iſtis quam
in illis deuenire oportet ad generãs abſtractum a materia.
Et quia amplius poſſet dicere ꝙ anima ſit a complexione.
inquit, ꝙ hoc dici non poteſt niſi imitando opinionem eo-
rum qui poſuerunt animam eſſe complexionem. Sed hoc
eſt reprobatum in tertio de anima. cõmen. 5. contra Alex.
ubi inqt, & magis inopinabile de opinione Alexandri eſt
hoc quod dixit, ꝙ primæ præparationes ad itellecta, & ad
alias poſtremas perfectiones de anima ſunt res perfectæ a
complexione non uirtutes factæ ab extrinſeco motore, ut
eſt famoſum ex opinione Ariſto. & omnium Peripatetico
rum. Iſta enim opinio in uirtutibus animæ comprehenſi-
uis, ſi eſt ſecundum quod nos intelleximus, eſt falſa. A ſub
ſtãtia enim elementorum, & a natura eorum non poteſt
fieri uirtus diſtinguens, aut comprehenſiua, quoniam ſi eſ-
ſet poſſibile, ut a natura eorum & ſine extrinſeco motore K
fierent tales uirtutes, tunc eſſet poſſibile, ut poſtrema per-
fectio, quæ eſt intellectus eſſet aliquod factum a ſubſtan-
tia eorum, ut color, & ſapor fiunt. Et iſta opinio eſt ſimilis
opinioni negantium cauſas agentes, & non concedentium
niſi cauſas materiales tantum, & ſunt illi qui dicũt caſum.
& propter hoc Cõmenta. non dignatus eſt in illa digreſ-
ſione argumentari contra illam opinionem dicentem ani-
mam fieri a complexione, quia eſt forma complexionalis.
nam alibi fuerat diffuſus ſermo contra illam opĩonem, &
ut inquit Alexan. probatis in uno loco poſſumus uti tanq̃
ſuppoſitis in alio loco. Adductis illis rationibus Cõm. Opĩo Aui.
adducit ſententias poſteriorum in doctrina Ariſto. Et pri-
ma fuit opinio Auicẽ. qui propter illas rationes dixit, quod
omnes formæ uiuentium, ſiue ſint plantæ, ſiue animalia,
& omnes formæ corporum conſimilium partium, ſcilicet
formæ ſubſtantiales mixtorum, immo etiam omnes for-
mæ ſubſtantiales elementorum ſunt a quadam ſubſtantia
ſeparata, quæ ab Ariſto. nuncupatur intellectus agens. &
Auicen. uult quod non ſolum iſte intellectus agens ponĩẽ
ꝓpter omnia facere, quo ad eſſe ĩtelligibile, ĩmo etiam quo
ad omnia facere, quo ad eſſe ſenſibile, & dicebatur colco-
dea, & dator formarum. Et hic animaduerte incidenter
unum contra modernos ſomniantes in uia Auer. intelle-
ctum agentem eſſe Deum, quia Cõmen. uult quod Auic.
datorem formarum appellabat illud quod Philoſophi in L
uia Ariſt. dicunt intellectum agentem. Patet autem quod
colcodea Auicẽnȩ erat intelligentia decimi ordinis, & non
erat Deus. Vnde Auicẽ. fundabat ſuam poſitionem ſuper
hoc, quod in hoc mundo inferiori non ſunt qualitates acti-
uæ trãſmutabiles, niſi quatuor qualitates primæ. unde for
mæ materiales non ſunt actiuæ, & ideo forma ſubſtantia-
lis ignis non eſt actiua, ſed caliditas eius. ignis enim ut dicit
Ariſt. in libro de ſenſu & ſenſato, nõ agit inquãtum ignis,
ſed inquantum calidus. unde ut inquit Cõmenta. quæſtio
illa uniuerſaliter fundatur ſuper ꝓpoſitiones, quarum pri-
ma eſt, quod omne quod eſt in potentia, non exit de poten
tia ad actum, niſi ab aliquo agente quod eſt eiuſdem gene
ris uel ſpeciei cum ipſo. Dicitur autem notabiliter, hoc ſub
diſiunctione, quia uniuocatio in g̃nationibus uidetur atten
di uel penes genus, ſicut eſt de generatione muli, qui fit ab
equo, & aſino, uel penes ſpeciem, ſicut homo fit ab homi-
ne. Altera propoſitio eſt, quod formæ ſubſtantiales mate-
riales non ſunt actiuæ, neq; paſſiuæ eſſentialiter quod pro
tanto dicitur ad differẽtiam formarum ĩmaterialium, quæ
ſunt principia eorum quorum ſunt principia duobus mo-
dis, & ſecundum agens, & ſecundum finem. unde ſcribit
Auer. 12. meta. cõmen. 36. Si quidem forma balnei non
eſſet in materia, tunc moueret & ſecundum agens, & ſecũ
dum finem. Dicitur autẽ notabiliter eſſentialiter, quia for- M
mæ materiales bene agunt, & patiuntur per ſuas qualita-
tes. Vnde Ariſto. dicit in libro de ſenſu & ſenſato, ignis nõ
agit inquantum ignis, ſed agit inquantum calidus. quod ꝓ
tanto dixit, ni fallor, quia actio proprie ſumpta eſt merito
contrarietatis, ut patet in primo de generatione & corrup.
tex. cõmen. 50. & quia igni inquantum ignis nihil eſt con-
trarium, quia ſubſtantiæ nihil contrariatur, tamẽ ignis eſt
cõtrarius, atq; eo modo quo contingit ſubſtantiam ſubſtã
tiæ contrariam eſſe, ut dicit Ariſto. in ſecundo de genera-
tione & corruptio. in tex. cõmen. 49. quia ut ipſe ibidẽ tex.
cõmen. 24. omnia elementa contrarietatem habent adinui
cem, quia differentiæ contrariæ ſunt. i. ratione ſuarum qua
litatum, quæ ſunt differentiæ, aut ueræ ſubſtantiales, ut uo
luit Alexander ut ſibi imponit Cõmen. 5. phy. cõmen. 10.
aut circũloquutiue, ut tenuit Auer. ubi ſupra. & in 8. meta.
cõmen. 5. ideo formæ materiales non dicuntur actiuæ, aut
paſſiuæ eſſentialr̃, ſed ſi agunt & patiunẽ hoc erit per acci-
dens rõne ſuarum qualitatũ. Et licet Cõmẽ. ſit in parte
argumentatiua, & infra non declarat quomodo hoc ſit in-
telligendum



A telligendum, ideo ne iterum redeam ad iſtum locum.
Animaduerte quod iſta propoſitio non eſt abſolute intel-
ligenda, quod formæ materiales non ſunt actiuȩ, neq; paſ-
ſiuæ eſſentialiter, & quod actiuæ, & paſſiuæ ſunt primæ
qualitates, ĩmo formȩ ſubſtantiales materiales ſunt magis
actiuæ, quam primæ qualitates eſſentialiter, ad bonum in
tellectum, quia certum eſt, quod omnis actio facta ex con
gregato duorum diuerſorum, neceſſe eſt ut alterum duo-
rum ſit quaſi materia & inſtrumentũ, & aliud ſit quaſi for
ma & agens, ſicut clare teſtatur Auer. ĩ tertio de anima. in
cõmen. 36. & elicitur etiam de intentione Philoſophi, in ſe
cundo de anima. in tex. cõ. 24. Igitur omnis actio proue-
niens a formis ſubſtantialibus elementorum, & ſuis quali-
tatibus, ſiue ſint alteratiuæ, ſiue ſint localiter motiuæ opor
tet quod attribuatur alteri, tanquam formæ & agenti, alte
ri uero tanquã materiæ & inſtrumento. manifeſtum eſt au
tem quod ſemper reſpectus imperfectioris ad perfectius
eſt reſpectu materiæ ad formam, aut inſtrumẽti ad agens,
ſicut dicit Cõmen. in eodem cõm. 36. tertij de anima & in
ſecundo de anima. tex. cõmen. 24. Manifeſtum eſt autem
quod forma ſubſtãtialis eſt nobilior qualitatibus. 7. meta.
tex. cõmen. 4. Quod confirmatur primo in motu loca-
li forma ſubſtantialis elementi concurrit, tanquam cauſa
agens principalis, ex diffinitione naturæ poſita in ſecundo
phyſi. tex. cõmen. 3. in qua dicitur, natura eſt principiũ mo
tus, & quietis eius, in quo eſt primum, & per ſe, & non ſe-
cundum accidens. ubi dicitur quod eſt primum, ideſt prin
B cipale, & non inſtrumentale principium. Quod confir-
matur clare auctoritate Auer. in primo cœli & mundi. in
tex. cõmen. 17. ubi Ariſto. in tex. diffinit graue, & leue di-
cens. Graue quidem igitur ſit quod ferri natum eſt ad me-
dium. Leue autem q̃d a medio. ubi Auer. ponit documen-
tum, & inquit, & intelligendum eſt ex deſcriptione grauis,
& leuis naturam, quȩ innata eſt ad mouendum ad mediũ,
uel a medio ſcilicet habitum & formam, ex qua procedit
hæc operatio, & ſi hoc nomen grauitas, & leuitas non di-
cuntur uulgariter niſi de accidente. ubi euidenter apparet
de mente Auer. formas ſubſtantiales grauium & leuium,
eſſe prĩcipium principaliter cauſans motum localem, quia
ut ipſe inquit in ſecundo phyſi. cõmen. primo, ꝙ licet non
inueniatur corpus ſimplex quod alteretur ex ſe, inuenitur
tamen quod moueatur in loco ex ſe, & eſt ſine dubio mẽs
eius quod elemẽta habent principium intrinſecum actiuũ
motus localis, non tamẽ paſſiuum, ſecus autem eſt in mo-
tu alterationis, ut eſt uidere in tertio cœli. in cõmen. 28. &
in pluribus alijs locis. Similiter etiam eſt ĩ alijs motibus
prouenientibus a formis mediantibus qualitatibus altera-
tiuis. nam ſi ignis calefaciendo aquam conuertit aquam in
C ſui naturam non eſt dubium, quod forma ignis generantis
concurrit ut agens, et caliditas ut inſtrumentum, & ita etiã,
eſt in alijs formis perfectioribus, ſicut ſunt formæ mixto-
rum, & ſicut eſt anima plantarum, & aĩalium. unde Ariſt.
increpat Empedoclem ponentem motum augmenti pro-
uenire in uiuentibus a uirtute elementali ignea, ſed uult ꝙ
ignis, & calor concurrant, ut concauſa, & ut inſtrumentũ,
ſed anima concurrit tanquam agens principale, ut patet in
2. de anima. tex. cõ. 41. Si igitur propoſitio propoſita lo
cum habet, ſic eſt intelligenda, quod formæ materiales nõ
ſunt actiuæ, aut paſſiuæ eſſentialiter, ſed qualitates primæ
ſunt actiuæ & paſſiuæ, hoc eſt intelligendum, quo ad eſſe
principium immediatum agendi & patiendi. nam eſſe iſto
modo principium actionis, & paſſionis in iſtis generabili-
bus, & corruptibilibus pertinet ad cauſam inſtrumenta-
riam, aut organicam, & non ad cauſam principalem. nam
formæ quæ ſunt hic, non agunt per ſuam eſſentiam, ſicut
formæ abſtractæ a materia, ſed requirunt inſtrumentum
ad hoc quod ab eis emanet propria operatio, ſed intelligen
tia ſi mouet cœlum, mouet per ſciam ſuam, quæ eſt idem
cum eſſentia ſua, & quia ut diximus actio proprie eſt me-
rito contrarietatis, & formæ elementales non ſunt contra- D
riæ per ſe, ſed per ſuas qualitates, & ſic tene de iſta propo-
tione apud Peripateticos. Reuertamur unde diſceſſi-
mus, & quia Auicen. obedit iſtis propoſitionibus, ideo cre
dit omnes formas eſſe ab intelligentia agente, quam uocat
datorem formarum. & Themiſtius etiam uideẽ eſſe eiuſ-
dem quaſi opinionis. unde iſtam opĩonem Themiſtij pau
cis pertranſit hic, ſed ſi uis diffuſe uidere eam, uide in cõm.
18. 12. meta. & nos ibi loquuti fuimus plene de hoc. in hoc
uero loco dicit Themiſtius in ſua paraphraſi de anima, qui
liber dicitur eſſe ſextus naturalium in ordine ſecundũ Ara
bes. in hoc enim concordat cum Auicen. Auer. ut eſt uide
re in principio libri meteororum ab ipſo. Vult igitur quod
Themiſtius dixerit, quod anima non ſolum eſt illud quod
eſt omnes formæ intelligibiles, & ſenſibiles ſpiritaliter,
iuxta illud Ariſto. in tertio de anima. tex. cõmẽ. 38. anima
eſt quodammodo omnia, quia eſt ſenſibilia per ſenſum, &
eſt intelligibilia per intellectum, uerũetiam eſt illud quod
ponit omnes formas in materijs, et creat eas. præcipue au-
tem, ut inquit Cõmen. 12. primæ philoſophiȩ. cõmen. 13.
motus fuit ad ponendum huiuſmodi animam abſtractam
uniuerſalem propter animalia quæ generantur ſine ſemi-
ne. unde hæc ſunt uerba eius in primo de anima. in ca. 24.
Animam itaq; illam mundi unicam atq; uniuerſalem, quȩ
corporibus præbet, ſiue animam dicere, ſiue uitam malis,
quæ nihil aliud eſt, quã uis quædam uitalis generabiliſque
per omnem naturam inuecta, clariſſime aſſerunt ea anima E
lia, quæ ortu ſpontali de materia putri proueniunt, ea ex ta
li excrementorum, & ſordiũ mixtione, aut tali ortu ſpirant
uiuis cum mouentur, ut in Aegypto mures, & in noſtro cȩ
lo uermes, & locuſtæ, & quæ huius generis plurima, etc.
Demum Auer. ponit unam aliam rationem pro Auicen.
quia uidemus ignem generari a motu. Non eſt autem dicẽ
dum ꝙ motus generat ſubſtantiam, ergo forma ignis daẽ
a datore formarum ſeparato, & eſt ſuper iſto fundamen-
to, quod omne quod fit, uel fit ab aliquo eiuſdem generis,
uel ab aliquo eiuſdem ſpeciei. Motus autem & forma ſub
ſtantialis ignis, neq; ſunt eiuſdem generis, neq; ſunt eiuſdẽ
ſpeciei. Auer. uero tandem ponit uiam Ariſto. in hoc ꝙ Opĩo Ariſ. & Auer.
formæ materiales ſunt generãtes formas materiales. & in
hoc uides qualiter propoſitio prima ſumpta per Auicen.
falſa erat, ꝙ formæ materiales non ſunt actiuæ, neq; paſſi
uæ eſſentialiter, ĩmo quælibet forma inquantum forma eſt Forma ꝑſe actiua ẽ.
per ſe actiua, formæ enim eſt agere, & mouere, ſed moue-
ri & pati alterius principij ſunt, ut dicit Philoſophus in ſe-
cundo de generatione & corruptione in tex. cõ. 50. Bene
uerum eſt ꝙ formæ materiales ſunt paſſiuæ per accidens.
Vnde Cõmen. tertio cœli cõmen. 28. Forma elementi in-
quantum forma, mouet, ſed ut eſt forma in materia moue
tur, & ideo formæ abſtractæ a materia ſunt ſolum per ſe F
agentes, & nullo modo patientes, neq; eſſentialiter, neque
accidentaliter, quia eſſentialr̃ pati repugnat formis inquã-
tum ſunt formæ, ſed nec accidẽtaliter, quia ſunt abſtractæ
a materia, quæ eſt origo prima paſſionis cum tranſmuta-
tione. & in hoc eſt differentia ut patet nono primæ philo-
ſophiæ cõmen. 2. Et ideo Cõmentator tenet cum Ariſto.
quod in animalibus, & plantis genitis, ex ſemine generan-
tia ſemina ſunt quæ dant ſeminibus uirtutes informatiuas
& corpora cœleſtia. Sed in genitis ſponte, ut illis, quæ ex
putri materia gignuntur tales uirtutes dantur a calore
ſolis, & ſtellarum. Et uult Auer. quod huiuſmodi uir- Virtutes in formatiuæ aſſiſtanẽ arti & intellĩui.
tutes aſſimilantur arti, & intellectui. arti quidem, quia ars
nihil aliud eſt quam forma rei artificialis exiſtens in anima
artificis, quȩ eſt principiũ factiuũ formȩ artificialis in mate
ria. Vnde Ariſt. 7. meta. tex. cõ. 23. Quare modo quodam
accidit ex ſanitate ſanitatem fieri, & domum ex domo, ſine
materia materiam habent. medicinalis enim eſt, & ædifica
tiua ſpecies ſanitatis, & domus. Sic etiam iſtȩ uirtutes infor
matiuæ inquantũ ſunt generantes ſimilia illis, a quibus da

G ta ſunt ſemina aſſimilantur arti. Aſſimilantur autem in
tellectui, in hoc ꝙ non agunt per inſtrumentum corpora-
le, quod eſt intelligendum ex parte ſubiecti, non ſunt enim
uirtutes organicæ, ut potentia uiſiua, & auditiua, tamen be
ne operãtur per calorem cõmenſuratum, qui eſt uiuificus.
Dñia inter ỽtutes iſformatiuas & naturales. Et in hoc eſt differentia inter iſtas uirtutes dictas informa
tiuas a Medicis, & inter uirtutes naturales, quia uirtutes na
turales non agunt actione intellectus operatiui. i. practici,
ſicut uirtus informatiua, quæ aſſimilabatur intellectui, in
hoc quod nõ agit per organum, tanquã per ſubiectum &
inſtrumentum, ſed uirtutes naturales habent membra ꝓ-
pria, ut prima digeſtio ſtomachum, & ſecũda hepar, & ſic
de aliȷs, ſed uirtus informatiua non agit per membrum ꝓ-
Difficultas prium. Sed in hoc eſt difficultas, quia ſm Ariſto. in. 16.
de animalibus. Cor eſt primũ quod uiuit, & ultimum q̃d
moritur, ergo uirtus iſformatiua, mediante corde producit
reliqua membra, & ita uidetur ꝙ agit mediãte aliquo mẽ-
Solutio. bro. Niſi eſſet ꝙ licet cor p̃ſupponatur generationi om-
nium aliorum membrorum, tamen uirtus informatiua
eſt quæ eſt principium ꝓductiuũ oĩum membrorũ. unde
non per cor, ut per organum in quo ſit talis uirtus, ut ui-
ſiua uirtus in oculo generat alia, quia tunc cor eſſet etiam
mediũ in generando ſeipſum. Et propter hoc Galenus du
bitauit de hac uirtute, an eſſet Deus, aut nõ. Etenim ut ſcri
bit idem Auer. in libro deſtructio deſtructio. in diſputatio
H ne tertia, in ſolutione. 18. dubiȷ inquit. ſed entia ĩferiora et
ſeinuicem generabilia, quæ animata ſunt, indigent de alio
principio ratione animæ, ꝙ dictam animam det, & etiam
formam. Et Galenus nuncupat eam uirtutem formatiuã,
& aliqui ſapientes dicunt, ꝙ ipſa uirtus eſt ſeparatum prin
cipium. Quidam uero iſtorũ, dicunt ꝙ eſt intellectus. Qui
dam dicunt quod eſt anima. Quidam dicunt ꝙ eſt corpus
ſupercœleſte. Et quidam dicũt, ꝙ non eſt aliud niſi Deus.
Et ideo dubitauit Galenus utrum agẽs hanc actionem, ſit
ipſemet Deus, aut aliud. Sed inquit Auer. in eadem digreſ-
ſione ſeptimi, ꝙ talis uirtus informatiua agit per calorem
exiſtentem in ſemine, tanquam per inſtrumentũ, non tan-
quam per organum in quo ſit, ſicut uirtus in ſubiecto pro
prio & forma in materia, & ſicut anima eſt in calore natu
rali. Nam ut habet Auer. in cõmen. 73. ſuper primo cãticę
canticorum. Auicen. calor naturalis eſt ſubiectum animę,
ut eſt notum ex ſcĩa naturali. Nam Ariſto. in libro de mor
te & uita, deſcribens generationem uiuentibus accõmoda
tam, dixit generatio eſt prima participatio animæ in calido
naturali, & uita eſt eius permanſio. nam extinctio caloris
innati mors eſt. Vnde Galenus ſatis cõgrue uitam ſenum
comparauit in prima particula ſeparatorũ ſermonum lu-
cernæ, quæ eſt extinctioni parata. Vnde quidã ex hoc te-
nuerunt calorem naturalem, & ſpiritũ eſſe formaliter ani-
L matum, tamen tenẽdo aliam uiam, quæ magis placet, poſ
ſumus gloſſare, ꝙ generatio eſt prima participatio animæ
a corpore organico diſpoſito per calidum naturale, quia in
diffinitione aĩæ dicitur, ꝙ eſt actus corporis organici phy
ſici potẽtia uitã habẽtis. Sed talis uirtus informatiua eſt in
Contra ponẽtes ĩtelligentiã ĩformare. calido, quod ẽ in ſemine ſicut intelligẽtia in cœlo, & ẽ ſicut
motor in mobili, & in inſtrumẽto, & ille eſt locus, ut uides
clare contra Chimeriçantes in uia Auer. qui tenent intelli-
gentiam eſſe formam per formalem inhęrentiam perficiẽ-
tem ipſum orbem. Et poſtea cõuertit ſe contra illos qui
opinati ſunt iſtam uirtutem eſſe intelligentiam ſeparatam,
ſiue ſit Deus, ſiue idea, ſiue anima mundi, ſiue colcodea. ex
demonſtratione Ariſto. contra Platonem, qui uult ꝙ for-
ma non generat per ſe, quia tunc generatio eſſet nõn a ma
teria. conſequẽs eſt impoſſibile, quia in omni generatione
oportet ſubȷci aliquod ſubiectum, quod dicitur generari,
& deferre ipſam tranſmutationem, ut late demonſtratum
eſt in primo phyſicorum, cum hoc quod eſt cõceſſum ab
omnibus, quia oẽs qui de natura loquuti ſunt, in hoc con-
uenerunt, ꝙ ex nihilo nihil fit, ut dicitur in primo phy. tex.

K cõmen. 34. Conſequentia autem deducitur, quia ſi gene-
rans ſit forma ſeparata, ergo in generando non dependet
a materia. & ſi ſic eſt igitur producit ſibi ſimile omnino, &
ita non opus eſſet ponere mãm. nam omne mixtum cum
materia fit a mixto cum materia. Amplius materia ſi ẽ
neceſſaria in generatiõe per ſe eſt, q̃a eſt pars generati, ſed
materia non eſt pars formæ, igitur ſi forma per ſe genera-
retur non opus eſſet ponere materiam. & propter hoc con
cludit Cõmen. ꝙ generans eſt illud quod tranſmutat ma-
teriam extrahendo id quod eſt in potentia ad actum, & q̃a
tranſmutatio fit per qualitates alteratiuas, neceſſe eſt quod
tale alterans ſit corpus. nam declaratum eſt in. 7. phy. tex.
cõmen. 12. ꝙ alterans, & alteratũ debent eſſe ſimul, & de
bent ſe contangere. contactus autem eſt eorum quorũ ulti
ma ſunt ſimul. 5. phyſi. tex. cõmen. 22. & talia ſunt corpo
ra phyſice loquendo. Et quia aliquis pro Pla. & Auic. Euaſio.
dicere poſſet, ꝙ aliud eſt agens quod diſponit ſubiectũ for
mæ, & aliud eſt quod generat formã, ſicut de facto iſti po-
nunt. Contra hoc arguit Auer. quia ſi aliud eſt generãs
ſubiectum formæ. i. diſponens ſubiectum ad recipiendum Cõfutatio.
formam, & aliud eſt generãs formam, tunc ſubiectum &
ſua forma eſſent duo in actu. conſequens eſt impoſſibile,
quia cum ex ſubiecto, & forma fiat ꝑ ſe unum, oportet ꝙ
unum ſit in potentia, & aliud ſit in actu, ut dicitur. 8. meta.
tex. cõmen. 15. &. 16. ex duobus enim entibus in actu non
fit per ſe unum. Conſequentia aũt ſic deducitur, quia actio L
diſponentis ſubiectum terminatur ad aliquod ens in actu,
& ſimiliter actio generantis formam terminatur per ſe ad
aliquod in actu. Si igitur aliud eſt diſponens ſubiectum, &
aliud generãs formam. Forma igitur ac ſuũ ſubiectũ ſunt
duo in actu, & ita patet ſequela, et ꝓpter hoc ſubdit Auer.
oſtendendo impoſſibilitatem conſequentis. in quo infere-
batur, ꝙ ſubiectum formæ, & ſua forma ſunt duo in actu,
quod ſubiectum formæ non habet eſſe ſupple in actu niſi
per formam, unde Cõmen. loquẽs de prima materia, quę
eſt ſubiectum omnium formarum, in. 2. phyſi. cõmẽ. 12.
infert, ꝙ ſi eſſet per ſe in actu ſine omni forma, tunc quod
non eſſet in actu, eſſet in actu, quod implicat manifeſtam
contradictionẽ. Et propter hoc ſubdit, ꝙ actio agentis nõ
pendet de ſubiecto, niſi quia pendet de forma, quia agens
tranſmutans ſubiectum non tranſmutat ipſum, niſi ꝓpter
formam, ut dicitur in ſecũdo phyſicorum. forma enim eſt
finis generationis, & illa eſt quæ mouet intentionem agẽ
tis, & ideo actio agentis nõ pendet a forma, ſupple tu, ſine
ſubiecto, ita quod intendit generare formã per ſe ſine ma-
teria ſubſiſtentem, quia hoc eſt impoſſ'e, nec pendet etiam
a ſubto, per ſe ſine forma. Et propter hoc dicitur in. 7. met.
tex. cõ. 23. &. 26. ꝙ illud, quod per ſe fit ẽ compoſitum ex
materia & forma. Adducit etiam aliam rationem in de-
claratione p̃ſentis theorematis, ꝙ ſi aliud eſt generans ſub M
iectum formæ, & aliud eſt generans formam, tunc unum
actum, ſm ꝙ eſt unum actum generaretur a duobus agẽ-
tibus, quod eſt impoſſibile, æque ĩmediate intelligas, quia
non inconuenit, ĩmo eſt neceſſarium, ꝙ idem effectus per
ſe producatur a duobus agentibus, quorum unum eſt per
ſe cauſa uniuerſalis, et aliud per ſe eſt cauſa particularis, ho
mo enim gñatur ab homine, & a ſole, ut patet in. 2. phyſi.
tex. cõmen. 26. & 12. primæ philoſophiæ. tex. cõ. 13. nam
idem agens particulare ſufficit ad utrũq;. Si igitur tu ſepa-
ras, quia aliud per te diſponit, & aliud generat, ergo idem
actum per ſe eſt a duobus agentibus proximis. Vltimo
Auer. innuit in calce cõmenti aliam rationem, quia aliquis
ſoluere poſſet iam factam rationem, ꝙ agens particulare
eſt q̃d diſponit, & uniuerſale ſeparatũ eſt, quod generat,
inquit. Hoc ſtare non poteſt, quia illud non poteſt genera
re aliquid materiale, quia eſt incorporeum, & non poteſt
alterare materiam, per qualitates alteratiuas, quia tale ne-
ceſſario eſt corpus. Amplius eſt effectus genitus ẽ par-
ticularis, ergo generans debet eſſe particulare, quia ex
ſecundo



A ſecundo phyſicorum tex. commen. 38. effectuum par-
ticularium cauſæ ſunt particulares, & uniuerſalium cauſæ
ſunt uniuerſales. ubi Commen. in cõmen. dicebat, & dixit
hoc præſeruando ſe a Platonica opinione. uidelicet, ꝙ uni
uerſalia ſunt cauſæ particularium. Vltimo in calce di-
greſſionis oſtendit quod mouit Ariſtote. in ponendo mo-
uens ſeparatum a materia, & dicit ꝙ fuit factio uirtutum
intelligentium, quia uirtutes intellectuales apud ipſum
ſunt non mixtæ cum materia. unde neceſſe eſt, ut omne
non mixtum cum materia generetur quoquo modo a non
mixto cum materia ſimpliciter, quemadmodum eſt neceſ
ſe, ut omne mixtum cum materia generetur a mixto cum
Expoſitio Grego. Arimi. & Ioã. de Gãdauo. materia. Quem locum Gregorius Ariminenſis in ſe-
cundo ſententiarum diſtinctione prima, quæſtione prima
articulo primo, in reſponſione ad argumenta, ita exponit
ꝙ Commen. non loquitur de uirtutibus intellectualibus
quæ ſunt intelligentiæ, ſed loquitur de uirtutibus intelligi-
bilibus quæ ſunt intellecta uniuerſalia, & intentiones uni-
uerſales abſtractæ a materia, & a conditionibus materiæ,
propter quarum factionem in nobis coactus fuit Ariſto.
imponendo intellectum agentem, & ita expoſuit Ioannes
Cõfutatio. de Ianduno in ſeptimo ſuæ metaphy. q. 19. Sed iſta ex-
poſitio non quadrat uerbis Commen. quia loquitur de uir
B tutibus intelligentibus, quia dicit ꝙ mouit Ariſto. in ponẽ
do mouens ſeparatum a materia fuit factio uirtutum intel
ligentium, quia uirtutes intellectuales ſunt non mixtæ. mo
do ſi Cõmen. per hæc uerba intellexiſſet ſpecies intelligibi
les, & uniuerſalia relucentia in eis non dixiſſet uirtutum in
telligentium, ſed intelligibilium, neq; dixiſſet uirtutes intel
lectuales, ſed uirtutes intellectas, nam in ſcientia humana
non poteſt dici ꝙ res intellecta ſit intelligens propter ip-
ſam animam intellectiuam eſſe infimam in genere abſtra
ctorum ubi ſcientia eſt qualitas, & de nouo ſecundum Pe
ripateticos fit in nobis, quia intellectus a principio in no-
bis eſt ueluti tabula raſa in qua nihil eſt depictum, ut dici
Poſitio ꝓpria. tur in tertio de anima. tex. com. 14. Ideo aliter dicendũ
eſt ꝙ ut alias in conſimili materia diximus ſupra in uia Ari
ſtote. eſt duplex generatio, una proprie dicta quæ eſt ac-
Generatio dupliciter. tus generabilis inquantum generabile eſt, & iſta requirit
de neceſſitate ſubiectum quod uerę dicitur generari, ut
dicit Auer. primo phyſicæ auſcultationis. tex. cõmen. 60.
quia motus eſt in moto, & denominat ipſum & requirit
priuationem, & relationem præuiam quæ fit in tempore.
& iſtum modum generationis intendit Ariſto. remoue-
re a cœlo, ut ſcribit Commen. in primo de cœlo & mun-
do. in tex. commen. 20. Alia uero eſt generatio ſecundum
C ſimilitudinem, & dicitur quoquo modo generatio, & re-
ctius dicitur productio qua in æternis cauſa ſecundum na
turam & non ſecundum tempus præcedit cauſatum, &
ita dicimus nos iuxta uiam iſtius uiri ꝙ in æternis eſt cau-
ſa, & cauſatum ſecundum ꝙ intellectum eſt cauſa intelli-
gentis, & iſta non requirit ſubiectum, neq; tempus, neque
priuationem, & quia omnes uirtutes intelligentes ſunt cau
ſata ab æterno prima in triplici genere cauſæ huiuſmodi
res fuit in cauſa quæ mouit Ariſtote. ad ponendum mouẽs
ſeparatum a materia, quia omne non mixtum cum mate-
ria, neceſſe eſt, ut generetur quoquo modo a non mixto
cum materia. ubi manifeſte patet ꝙ uniuerſaliter loqui-
tur, & etiam dicit quoquo modo, quia ĩ abſtractis a mate
ria non dicitur aliquid generari ſimpliciter, quia generatio
ſimpliciter dicta non eſt niſi in rebus materialibus genera-
bilibus, & corruptibilibus, & iſta eſt mens Auer. ſine du-
bio. Ex his igitur patent rationes adductæ per Auer. in
illa digreſſione. 31. cõmen. in. 7. primæ philoſophiæ, quẽ
publice hoc anno Neapoli legere non potui propter im-
minentem epidemiæ ſuſpicionem, & male mihi ſucceſſiſ-
ſet, niſi uir ille nunquam ſatis laudatus poeta, & orator, Ita
liæ & tempeſtatis noſtræ decus Petrus Grauina mihi con
ſuluiſſet, cui ſemper, & ob ſingularem doctrinam, & mo-

rum probitatem ſecundum doricã harmoniam, ut inquit D
diuus Plato, cõnexus ero et obnoxius. Sed redeamus ad Rationes Sco. cõtra Auer.
rem noſtram mens Ariſto. ſecundum Auerroicam doctri
nam eſt quod idem eſt agens diſponens materiam, & in-
ducens formam propter rationes tactas. Sed contra
Auer. rationes inſurgit Subtilis Doctor. in. 7. ſuæ meta-
phy. q. 11. Inquit enim ꝙ prima ratio Commen. nulla eſt,
nec probat conſequentiam, uidelicet, ꝙ ſi forma ſeparata
eſſet generans formam, tũc generaret ſibi ſimile, quia om-
ne agens quantum eſt de ſe producit ſibi ſimile, quia ut in
quit, inſtantia eſt in promptu. nam actio primæ cauſæ mi
nus dependet a materia q̃; actio alicuius ideæ ſi eſſet, ſed
primum non poteſt ſemper producere ſibi ſimile, ſed pro
ducit materiam ſicut formam, & ſimiliter compoſitum,
quia quicquid poteſt cauſa inferior poteſt & ſuperior, ſed
inferior poteſt generare compoſitum, ergo & ſuperior.
Item conſequentia aſſumpta non ualet, ꝙ quia agens non
eſt in materia, ideo non dependet actio a materia quia om
ne agens citra primum requirit materiam in quam agat, et
tamen aliquod eſt agens immateriale præter primum.
Item contra ſecundam rationem iſta propoſitio uidetur
impoſſibilis, immateriale nõ poteſt tranſmutare materiã,
& hoc ptopter quatuor. Primo quia ex ipſa ſequitur im
poſſibile. ſ. ꝙ prima cauſa non poteſt tranſmutare mate-
riam, quia nullum agens ſeparatum eſt ita immateriale, ſi E
cut prima cauſa. Item ſecundo impoſſibile eſt aliquid
tranſmutare aliud per medium niſi tranſmutet medium.
Sed Commen. in fine illius cõmenti dicit quod forma ſe-
parata poteſt tranſmutare materiam mediante corpore
cœleſti. ergo poteſt tranſmutare illud corpus mediũ, alias
procederet in infinitum, quia ultimum trãſmutatum tranſ
mutatur ab aliquo tranſmutante, & illud eſt materiale, &
deuenies ad aliquod tranſmutans non corpus, quod tranſ
mutet corpus immediate. Item tertio de dictis proprȷs
ſequitur oppoſitum dicti ſui, quia dicit ꝙ corpora cœleſtia
in illis quæ generantur per putrefactionem dant illis ali-
quid loco ſeminum, ſed corpora cœleſtia ſunt formæ, ita
ꝙ non eſt ibi materia receptiua formę ſubſtantialis ſecun
dum ipſum in libro de ſubſtantia orbis, ergo ſola forma
poteſt tranſmutare materiam. Item quarto, tranſmutãs
tranſmutat inquantum eſt in actu, 9. meta. & inquantum
tale accidit ſibi habere principium potentiale, ergo accidit
tranſmutanti habere materiam, & eſſe compoſitum.
Item contra aliud quod tangit excludendo reſponſionem
per unitatem compoſiti. dicit enim ꝙ ſubiectum & for-
ma eſſent duo in actu, & quod unum actu eſſet a duo-
bus agentibus, hæc ſunt oppoſita, quia ſi ſubiectum, &
forma ſunt duo, tunc non ſunt unum actu, ſed duo actu. F
Item ex eodem affirmato, & negato non ſequitur idẽ.
Item ꝙ ratio nõ ualet in ſe, quia materia eſt a deo, quia
ingenerabilis, & tamen forma eſt a generante particula-
ri, ergo ſubiectum & forma ſunt duo in actu non ualet,
quia tota materia eſt in potentia, & actus adueniens facit
unum actu. Item alia ratio non ualet quando infert ꝙ
unum actu eſt a duobus agentibus. probatio ꝙ concluſio
ſit neceſſaria, aliquis unus effectus eſt ab agente particu-
lari, & quicquid eſt a cauſa particulari eſt ab omnibus cau
ſis uniuerſalibus ordinatis, & uerius quam ab iſto particu
lari. & illud uoluit Plato, ut imponitur ſibi, tamen quod
eſſet a duobus agentibus æque primo, & æque immedia-
tis, hoc eſſet impoſſibile, ſed iſto modo non poteſt inferre
contra Platonem, quia diſponens, & inducens ſunt agen-
Defenſio Auer. tia ordinata. Suſtinendo uiam Auer. ad primum Sco-
ti reſpondetur ꝙ quicquid immediate fit a non mixto
cum materia eſt non mixtum cum materia, ſicut intelligẽ
tiæ, ſed iſta quæ ſunt hic dependẽt a deo mediantibus cor
poribus cœleſtibus, & conſeruantur in eſſe. unde Auer.
probauit ex intentione Ariſtote. nullum nouum a uolun-
tate antiqua immediate poſſe prouenire. mixta igitur cõ-

Theorema. Q

G

poſita ex materia, & forma immediate a prima cauſa ſecundum Peripateticos non proueniunt. De prima autem materia id quod adducitur non eſt ad propoſitum, tum quia materia non dependet a deo in eſſe ſecundum ſe, ſed ut ſtat ſub forma, ſic enim participat eſſe, & bonitatem primi: tum etiam quia dato quòd materia immediate cum ſit æterna dependet in eſſe quo ad ſuam eſſentiam a deo, tamen ipſa non eſt compoſita ex materia & forma, quia materiæ non eſt materia, tunc enim generationes protenderentur in infinitum ſi forma per ſe fieret, ut dicit Ariſto. & Comment. in ſeptimo metaphyſi. tex. commen. uigeſimoſexto, & uigeſimoſeptimo. & idem iudiciũ eſt de materia ſi per ſe generaretur, quia diuiſibile ſemper eſſe oportet id quod per ſe ſit, & per ſe generatur, ut ibidem dicitur.

Dubium.

Sed tunc in hac ſolutione eſſet dubium, nam ſi materia immediate ab æterno producitur, tunc cum quicquid procedit immediate a cauſa prima perfectum ſit, materia igitur ſecundum ſe eſſet ens perfectum, quod eſt contra omnes ſapientes.

Solutio.

Ad hoc reſpondetur quòd propoſitio illa ueritatem habet de eo, quòd ſic procedit a cauſa prima quod conducit ad eſſe entia ad maximam Dei ſimilitudinem ſicut eſt intelligentia, tamen id quod procedit ab ipſo immediate, ſic ut ſit ſubiectum, & fundamentum omnium ſtat imperfectum eſſe, ſicut eſt prima materia. nam

H

diſtantiæ entium in hoc ſunt ualde diuerſæ, omnia enim a primo principio habent eſſe, & uiuere ſibi communicatum. tamen his clarius, his uero obſcurius. ſic dixit in hoc longe ante nos magnus Albertus in primo phyſicorum tractatu ultimo, capite decimotertio. Ad aliud de conſequentia illa quam dicit non ualere, reſpondetur ꝙ agens immateriale bene præſupponit materiam dum comparatur ad effectus materiales in quos agit mediantibus corporibus cœleſtibus. Vnde Auer. in octauo phyſicorum cõmen. quarto contra loquentes ſarracenos in ſua lege inquit, & nituntur ad confirmandum hoc ex hoc quòd mos eſt dicere quod ſubiectum eſſe neceſſarium agenti, ſcilicet ſubiectum, ex quo ſit generatio eſt diminutio agentis. Et omnia iſta ſunt exiſtimationes uulgares ualde ſufficientes ſecundum curſum, ſecundum quem nutriuntur homines in eis, non ſecundum ſermones ſufficiẽtes. agens enim non poſſe agere aliquod impoſsibile non dicitur eſſe diminutio, ſed dicere ipſum facere aliquod impoſsibile, & poſſe facere, eſt deceptio. ſed ſi forma per ſe fieret ab agente ſeparato immediate, oporteret illam eſſe aliquid immateriale, immateriales enim ſubſtantiæ, ut ſunt uirtutes intellectuales ſunt illæ, quæ immediate ab agente abſtracto producuntur, ut dicit Commen. de mente Philoſophi.

I

Ad illa quatuor, quæ deducit contra ſecundum rationem reſpondetur per ordinem tenendo concluſionem de mente Ariſt. & Cõmen. Auer. quòd immateriale non poteſt immediate agere aliquod materiale, ut tenuit etiam in octauo phyſicorum. in cõmen. decimoquinto. Ad illud quod dicit de prima cauſa totum concedunt Peripatetici, quia poſuerunt eſſentialem depẽdentiam iſtorum a prima cauſa mediantibus corporibus cœleſtibus. Vnde Philoſophus primo meteororum in principio dicit, oportet mundum iſtum inferiorem ſuperioribus lationibus eſſe continuum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur. Ad ſecundum bene concedunt Philoſophi quòd intelligentia poteſt immediate mouere corpus cœleſte, ſed hoc non eſt tranſmutare aliquid ſubſtantialiter, quia motus cœli eſt æternus, & in corpore cœleſti non eſt alteratio paſsiua, nec augmentatio, nec diminutio, nec generatio, neque corruptio. Peripatetici igitur tenuerunt quòd aliquid ſecundum ſubſtantiam tranſmutabile immediate a ſubſtantia immateriali tranſmutari non poteſt, quia talis alteratio eſt per contactum, & contactus eſt corporum. Ad tertium in quo reducit Auerroem ad contradictionem ex dictis proprijs probando, quòd forma aliqua ſine materia poteſt tranſmutare materiam, quia corpus cœleſte ſecluſa intelligentia eſt quædam forma ſine materia, & tale largitur animalibus ex putrefactione genitis aliquam uirtutem loco uirtutis, quæ eſt in ſemine. Reſpondetur, ut in proprio theoremate declarauimus aperte de mente Auerr. quòd orbis cœleſtis in uia eius non eſt forma ſine materia, quia omnis forma ſine materia apud Peripateticos eſt intelligentia abſtracta. unde ut ſupra diximus multi magnæ authoritatis uiri decepti ſunt in hoc, credentes in uia Ariſto. & Auer. ꝙ cum cœlum ſecluſa intelligentia non ſit compoſitum ex materia, & forma, nec eſt prima materia, quia talis eſt in potentia ad eſſe. Igitur per locum a ſufficienti diuiſione orbis ille eſt forma. Sed locus conſequentis decepit eos, & etiam æquiuocatio. Nam ſubſtantia, quæ diuiditur in materiam, & formam, & in ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma eſt analoga, & quodlibet analogatũ ex illis tribus habet membra analogata etiam ſub eo in quæ diuiditur. unde materia habet gradus, ſicut potentia habet gradus, ut dicit Auer. in fine libri de ſubſtantia orbis. dicimus igitur nos quòd cœlum ſecluſa intelligentia, licet non ſit ſubſtantia compoſita ex materia, & forma, nec ſit forma abſtracta a materia, nec forma materialis eſt, tamen materia non prima, ſed materia in

K

L

actu. unde eſt in ſupremo gradu perfectionis debito materijs, ut dicit Cõmen. in ſecundo capite de ſubſtantia orbis, & hoc ſecundum rem nihil aliud eſt niſi corporeitas, ut ipſe dicit in libro deſtructionum, id eſt una ſubſtantia ſimplex ſubiecta trinæ dimenſioni cui competit eſſe ſubiectum motus circularis. unde Cõmen. nono primæ philoſophiæ, commen. decimoſeptimo, inquit. nihil prohibet, ut cœlum ſit materia: ſed prohibet, ut ſit forma. Ad quartum conceditur, quòd tranſmutans non tranſmutat niſi inquantum eſt in actu, quia ſemper exiſtimabitur aliqua ſpecies mouens, ut dicitur in tertio phyſicorum. in tex. cõmen. decimoſeptimo. Sed quando dicitur quòd accidit ſibi, ut ſic quod habeat principium potentiale. Ad hoc reſpondetur, quòd ſi loquamur de tranſmutante ad aliquid nouum, neceſſario requirit principium potentiale, merito cuius ſit talis tranſmutatio, quia non poteſt fieri ſine alteratione præuia, & alteratio requirit contactum, & contactus eſt merito quantitatis, quæ requirit ſubiectum quod ſit in potentia ſuſceptiua reſpectu talis quantitatis. licet igitur materia ſit principium potẽtiale in ratione agendi eſt, tum conditio neceſſario requiſita ad actionem. Ad aliud quod tangit excludendo reſponſionem, quia dicit oppoſita, quia ſi ſubiectum & forma ſunt duo in actu, tunc non erunt unum. Reſpondetur quòd quælibet poſitio impoſsibilis implicat oppoſita, & ideo ex illa reſponſione dicente, quòd aliud eſt agens diſponens materiam, & aliud eſt agens inducens formam, ſequitur quòd ſit unum in actu, ſicut de facto eſt quod generatur eſt per ſe unum in actu, & quia terminatur actio cuiuslibet agentis ſemper ad aliquid actu. ſic igitur ſequitur quòd ſunt duo actu, ſi aliud eſt quod diſponit, & aliud eſt quod inducit formam, & ita unum, & non unum, & ita patet ad ſequens.

M

Obiectio.

Ad aliud de inſtantia de materia prima, quæ eſt a deo, & forma ab agente. Dico quòd iſta inſtantia non militat contra Auer. quia materia non eſt a Deo per tranſmutationem. Ad ultimum non negat Cõmen. quòd idem effectus in actu poſsit per ſe eſſe a pluribus cauſis ordinatis, quarum una ſit particularis, & alia uniuerſalis. ſciebat enim quòd ſol, & homo generant hominem, tamen ex hypotheſi data per aduerſarium in reſponſione, ſequitur quòd a duabus cauſis immediatis eiuſdem ordinis aliquid producatur, ut ſupra deduximus.

Limitatio propõnis.

Reuertamur igitur, & dicamus ꝙ propoſita propoſitio ab Auer. quæ dicit quòd idem eſt agens diſponens materiam, & inducens formam, ueritatem habet in tranſmutatione ſubſtãtiali a natura facta, & intelligitur reſpectu immediate diſponẽtis materiam, ſtat autem

diſponere



A

diſponere materiam alterando materiam, & tamen natura introducet forma₃ ſubſtantialem, licet enim multæ ſint differentiæ inter naturã & artem, quas pro nunc nolo proſequi, tamen una eſt iſta ex illis, quia ars non poteſt producere immediate formam ſubſtantialem, quia omnes formæ introductę ab arte ſunt accidentia, ut patet ex ſecundo phyſicorum. cõmen. 13. unde Auer. inquit. in duodecimo primæ philoſophiæ. cõmen. 18. Ars nihil facit in corpore niſi in extremitatibus tantum, natura uero in ipſo corpore toto. unde ſi ars alchymiæ uera eſt, non eſt credendum, ꝙ forma ſubſtantialis auri, aut argenti inducatur principaliter ab arte, ſed ars ſolum applicat actiua paſsiuis, & uirtutes, & qualitates naturales ſunt illę quæ uirtute naturæ inducunt formam. nam non eſt dubium ꝙ aliqua inchoatiuæ poſſunt proficiſci ab arte, & completiuæ inducuntur a natura, ſicut ſegetes. Vnde Auer. in ſecundo phyſicorum. cõmen. 77. reprehendit Alexan. opinantem ꝙ pluuia non eſſet propter ſegetes, quia meſſes ſunt ab arte. nam inquit ꝙ natura complet multa quæ ſunt per artem, & ars multa quæ ſunt per naturam, & ſapientes medici, ut Auicen. in quinto cañ. & Auer. in ſingulari tractatu de theriaca, fatentur, ꝙ in theriaca fermentata reſultat ex actione miſcibilium quędam forma ſubſtantialis diſtincta; & ſuperaddita miſcibilibus, per quam operatur tot diuerſos, & mira-

B

biles effectus. unde ſicut ars multa perficit quę natura non poteſt, ut dicit Ariſto. in ſecundo phyſicorum. tex. cõmen. ſeptuageſimonono: ſic etiã natura perficit illa quæ ars non poteſt. non inconuenit igitur artem diſponere a remotis materiam, & natura eſt illa demum quæ immediate diſponit, & inducit. Vnde propoſitio illa famoſa, gaudeant alchymiſtæ, quia una ſpecies nõ poteſt tranſmutari in aliam per artem, non eſt uera apud ſapientes, quia non eſt ſpecies quæ conuertitur in ſpeciem per artem ſubſtantialiter, ſed eſt materia ſtans ſub una forma, & expoliatur ab illa, & induit aliam ſecundum prædictum modum. Fallit autem propoſita propoſitio in artificialibus, quia una ars poteſt diſponere materiam, & alia ars inducit formam, ſicut patet in ſecundo phyſicorum. in tex. cõmen. 24. & in primo ethicorũ cap. 1. Et ſi contra determinata arguatur, quia tunc ex non ſubſtantia fieret ſubſtantia, quia ſi diſponens, & inducẽs eſt idem, cum diſpoſitio ſit qualitas a qualitate, igitur inducetur ſubſtantia.

Solutio.

Reſpondetur ꝙ propoſitio illa ſic intelligitur, ex non ſubſtantia non ſit ſubſtantia conſtitutiue, quia partes conſtituentes ſubſtantiam debent eſſe ſubſtantiæ. unde propoſitio illa ueritatem habet ut ly ex, dicit habitudinem cauſæ materialis. Fallit etiam in accidentibus, quia lux diſponit mediũ, & color inducit ſpeciẽ.

C

Prop. 115.

### *Eiuſdem eſt actus cuius eſt potentia.*

SCRIBITVR Iſta propoſitio ab Ariſt. in libro de ſomno, & uigilia. gloſſant formalizantes de potentia, & actu quæ ſunt differẽtię, aut modi diuidentes ipſum ens, quæ ſecundum ipſos ſunt potentia obiectiua, & actus entitatiuus. Sed quicquid ſit de illa potentia obiectiua de qua alias diffuſe dixi, intellectus tamen Ariſto. non uidetur eſſe talis ut ipſi aſſerunt, propterea quia Ariſt. ibi probat quòd quemadmodum actus ſentiendi eſt in cõpoſito, ita & potentia ſentiendi eſt in compoſito, & eſt conſequenti eiuſdem ſubiectiue eſt potentia cuius eſt actus. Inquit enim Ariſto. in primo de anima. tex. cõmen. ſexageſimoquarto. Dicere autem iraſci animam ſimile eſt, ac ſi aliquis dicat eam texere, uel ædificare. Melius autem eſt fortaſsis non dicere animam miſereri, aut addiſcere, aut intelligere, ſed hominem anima. Et eodem modo poteſt uerificari etiam ad bonum ſenſum quod eiuſdem obiectiue eſt potentia cuius eſt actus. nam idem eſt obiectum potentię, & actus, alioquin potentiæ non diſtinguerentur per actus, & actus per obiecta cõtra Philoſophum in ſecundo de anima. tex. commen. trigeſimotertio. & eodem modo propoſitio illa Ariſto. in nono primæ philoſophiæ. tex. commen. decimotertio. Potentia & actus ſunt eiuſdem generis, ſecundum ipſos ueritatem habet de potentia obiectiua, & actu exiſtentiæ, immo talia ſunt eadem nedum genere & ſpecie, uerum etiam & numero. unde damnant Diuum Thomam qui poſuit potentias animæ eſſe qualitates, & accidentia, quia actus ſunt qualitates, fundans ſe ſuper hac propoſitione dicente ꝙ eiuſdem generis eſt potentia & actus. nam ſtat potentiam ſubiectiuam eſſe in genere ſubſtantiæ, & actum eſſe in genere qualitatis. ſimiliter poteſt contingere quòd potentia ſuſceptiua ſit in prædicamẽto quantitatis, & actus ſuſceptus ſit in prædicamento qualitatis, ſicut ſuperficies reſpectu coloris, & ſine dubio illa opinio ſancti Thomæ non eſt uniuerſaliter uera, nec credendum ipſum ſimpliciter, & uniuerſaliter hoc ſentire. Sed uidit Ariſto. in duodecimo metaphyſi. determinaſſe quòd principia omnium prædicamentorum ſecundum analogiam ſunt eadem, & ſunt potentia & actus, & quod principia proxima ſunt diuerſa, & remota ſunt eadem.

D

Prop. 116.

### *Omne æternum caret potentia.*

PROPOSITIO Eſt ſatis allegata, & extrahitur in propria forma ab Ariſto. in nono primæ philoſophiæ. tex. cõmen. decimoſeptimo, ubi dicitur. Eſt autem nihil potentia ſempiternũ, intelligitur de æternis quæ ſunt actus & formæ. nam prima materia ſubſtantiatur per poſſe, ita quòd potentia eſt differentia ſubſtantialis materiæ, ſimiliter orbis cœleſtis qui eſt materia in actu eſt in potentia ad ubi, licet non ſit in potentia paſsiua contradictionis in ſubſtantia per quam res poteſt eſſe, & non eſſe. talis enim potentia eſt in rebus generabilibus & corruptibilibus quæ ſunt hic, & in nullo æterno inuenitur. Aduerte tamẽ quòd in formis æternis citra primam, licet non ſit potentia realis, quia in æternis alijs a prima materia, & orbe non differt poſſe ab eſſe: tamen bene in talibus poteſt eſſe aliquis modus potentiæ logicæ, ut alias declaraui in concordantijs Auer. in tertio de anima. Dixi autem notabiliter, alijs a prima materia, & ab orbe, quia materia prius eſt in potentia ad aliquam formam, quam actu ſit ſub illa forma, & in orbe in quo eſt potentia ad ubi pars cœli, quæ eſt in oriente prius eſt in potentia, ut ſit in occidente, quàm quod actu ſit illic. ſed in intelligentijs excepto intellectu poſsibili potentia ibi phyſice loquendo non differt ab actu, quia omnem perfectionem quam poteſt habere quælibet intelligentia ab æterno ſecundum Philoſophos habet illam: tamen loquendo de potentia logica, quæ nihil reale ponit, ſed ſolum eſt non repugnatiua, ſic in intelligentijs citra primam reperitur potentia, ut dicit Commenta. in tertio de anima. in commen. quinto in ſolutione tertiæ quæſtionis, quia intelligentiæ Saturni inquantum ens non repugnat quod ſit perfectior, quàm ſit. ſicut talpa inquantum animal poteſt uidere, id eſt ſibi non repugnat, quia tunc uiſio repugnaret cuilibet animali, ſola autem prima intelligentia eſt liberata ab omni potentia. quia nullum ens eſt ſimpliciter perfectum niſi primum principium, ut dicit Commenta. in quinto metaphyſi. in capite de perfecto. dixi autem notabiliter excipiendo intellectum poſsibilem ſecundum Peripateticos, quia ut ſcribit Ariſto. in tertio de anima. in commen. decimoquarto. Intellectus poſsibilis eſt tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum. unde intellectus ſpeculatiuus ſecundum Auer. comparatus ad indiuiduum eſt generabilis, & corruptibilis, licet ſecundum ſpeciem ſit æternus, ut ſcribit in tertio de anima. commen. quinto, & uigeſimo. & hoc fuit ex ſui imperfectione, quia infimum obtinet locum in genere abſtractorum entium, ut ipſe dicit ibidem. commen. decimonono.

E

F

Cõtra modernos.

Et ex hoc patet quantum deuiant moderni tenentes de mente Ariſto. & Commen. noſtrum ſcire eſſe reminiſci, ut aſſerebat Plato, cum tamen Auer. apertiſsime illi opinioni manifeſta, &

G

aperta uoce in plerifque locis reclamet, uideant iſti quæſo Auer. in paraphraſi ſua ſuper libro Poſteriorum analyticorum. commen. ſecundo, ubi occurrit tacitę obiectioni, quia aliquis poſſet credere quod ita eſt de ſcientia reſpectu intellectus, ſicut eſt de ſenſatione reſpectu ſenſus, ubi illudmet ſentiri poteſt à nobis quod fuit prius ſenſatum. inquit igitur, nec eſt anticipatio ſcientia præcedentis in ſcientia diſcipuli, ſicut ſenſibilium priorum in re ad ſenſibilia ſecunda in tempore alio, et illud eſt quia iam ſentimus quod ſenſimus prius, & cum ſentimus illud ſecundo ſcimus ꝙ eſt illud quod iam ſenſimus prius, quoniam ſi eſſet diſpoſitio ſcientiæ acquiſitæ per doctrinam cum ſcientia præcedente hæc diſpoſitio, eſſet neceſſe ut ſit diſciplina recordatio. deducit ergo ad illud tanquam ad impoſsibile, & iſti dicunt hoc eſſet de mēte eius quod ipſe reputat impoſſibile. Amplius Ariſtote. in primo primæ philoſophiæ. tex. cōmen. quadrageſimonono. poſtquam in præcedenti dixerat tex. omnis diſciplina fit in nobis ex præcognitis, aut omnibus, aut quibuſdam, aut per demonſtrationem, aut per diffinitionem, oportet enim ex quibus eſt diffinitio præſcire, & eſſe nota, & ſimiliter & quæ per inductionem dicit, at uero ſi exiſtit connaturalis, mirum quomodo latemus habentes potiſsimam ſcientiarum. ubi Auer. in cōmen. inquit. dicere formas eſſe contingit ex eo, ut omnes ſciētiæ ſint notæ a nobis in natura, quoniam ſi hic ſunt formæ ad quas intellectus aſpicit ſicut ſenſus aſpicit ad ſenſibilia, & comprehenſio ſenſibilium eſt naturalis in nobis, cum non acquiritur ex cognitione antecedenti, neceſſe eſt ut intellecta ſint naturalia in nobis, non ut quædam ſint naturalia, quędam autem accepta per doctrinam. Et idem habet Ariſtote. in calce ſecundi libri poſteriorum analyticorum. in illo capite, de principijs autem quomodo fiunt cognita, infert enim contra Platonem, ſiquidem igitur habemus ipſos, ſcilicet habitus principiorum inconueniens eſt, contingit enim & certiores habentes cognitiones demonſtratione latere, ubi Commenta. in commen. ultimo illius libri ſuper iſtis uerbis Ariſt. ita ſcribit, & principium conſiderationis eſt, ut inquiramus primo utrum hi intellectus primi, qui ſunt formæ & habitus proueniant nobis a principio noſtræ inuentionis, ſed nos ſumus quaſi obliuiſcamur eorum, & non memores, aut ſunt innouati in nobis poſtquam non fuerunt, ſed quo prouenitur nobis ex principio rei, & nos ſumus obliti eorum ex hoc ſequitur res repugnans, & eſt ut ſimus adepti ſcientias uehementis prouentionis, & certioris quam demonſtrationis ſcientiæ, & ſumus obliti earum. Amplius Commen. in ſeptimo primæ philoſophię. in cōmen. quinquageſimooctauo. expreſſe dicit iuxta tex. ubi Ariſt. contra Platonem inquit. quanuis utique ſi non uideremus aſtra non minus exiſtimo forent ſubſtantiæ ſempiternæ poſt ea quas nos uidemus, inquit, & neceſſe eſt, ut eſſentię rerum intelligibilium ſint exiſtentes, licet non intelligantur, & intendit quòd manifeſtū eſt quod quemadmodum ſenſibilia non ſunt ſenſata in actu donec ſentiantur, ita eſt de intelligibilibus. ex quibus uerbis infert Commentator dicens, & ſecundum hoc ſequitur ex opinione Ariſtotelis, ut intelligibilia ſint noua, & ſecundum opinionem dicentium formæ ſunt æterna. quid clarius in hac re potuit dici in ponendo differentiam inter Platonem ponentem ideas, & Ariſtotelem negantem illas de ipſa intellectione, & ſcientia? Amplius ſeptimo phyſicorum. tex. commen. uigeſimo. ubi Ariſtote. probat quòd non eſt alteratio in parte intellectiua animæ. Commentator in commento inquit, quòd Ariſtoteles totum quod dicit ibi eſt de intentione Platonis, qui aſsimilabat animam intellectiuam ebrio, infirmis, & pueris, in quibus ſedatis paſsionibus reuertuntur ad priſtinam cognitionem in calce prolixi documenti. inquit Auer. quòd hæc non eſt opinio Ariſtotelis, ſed intendebat demonſtrare uim iſtius opinionis, ut cum homo illa ſigna ſciuerit habebit pro impoſsibili, ut ſit alterata in ſua ſubſtantia, & non remanebit ei cognitio niſi inter duas alias intentiones de quibus prædixerat. Amplius Commentator, & Ariſto. in ſecundo de anima. tex. commen. quinto. expreſſe ponunt quòd anima eſt actus corporis ſicut ſcientia. ubi Cōmentator inquit, quòd hoc eſt ſimile ſcientiæ in ſciente, in tempore in quo non ſtudet, & non eſt ſimile eſſe ignorantiæ in non ſciente. igitur ignorantia negationis nō ſolum negat actum, uerumetiam & habitum. non eſt igitur ſcientia nobiſcum congenita de mente Peripateticorum. Amplius Auerroes reprehendit Themiſtium, & Theophraſtum in tertio de anima. commen. quinto, & commen. uigeſimo. qui poſuerunt intellectum ſpeculatiuum eſſe ſimpliciter, & omnibus modis æternum, quia apud eos conſtabat ſolummodo ex intellectu agente, & poſsibili, qui ſunt æterni, & quando cauſæ ſunt æternæ cauſatum, & conſtitutum ex illis eſt æternum. Sed Auer. accuſat eos de inſufficientia, quia non ſufficienter aſsignauerunt omnes cauſas intellectus ſpeculatiui, quia apud Ariſtoteles ultra intellectum agentem, & intellectum materialem ſeu poſsibilem concurrit ad integritatem intellectus ſpeculatiui alia cauſa, & ſunt intentiones imaginatæ, quandoquidem ſecundum Philoſophum oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari. tertio de anima. tex. commen. trigeſimonono. & ideo ſecundum Auerrois doctrinam intellectus ſpeculatiuus ſecundum ſpeciem, licet ſit æternus, tamen ſecundum indiuiduum eſt generabilis, & corruptibilis. Nam intellecta uniuerſalia ſunt colligata cum intentionibus imaginatis, & corrumpuntur per corruptionem earum, & immorari in hoc amplius eſt ſuperfluum.

H

I

K

L

Prop. 117.

## *Fruſtra eſt illa pontentia quæ non reducitur ad actum.*

FAMOSA Et uulgata ſatis eſt iſtius propoſitionis authoritas, & ratio eius eſt, quia ut inquit Ariſto. in primo cœli & mundi. tex. cōmen. trigeſimoſecundo. Deus & natura nihil fruſtra faciunt, & idem aſſeuerat in tertio de anima in tex. cōmen. quadrageſimoquinto. ubi Ariſtote. ſi igitur natura nihil facit fruſtra, neque deficit in neceſſarijs niſi in orbatis, & imperfectis in quibus eſt impedimētum proueniens a materia, aut ex debilitate agentis ex quibus contingit raro peccare naturam, ut eſt ſextus digitus in manu. Secundum aliquos iſto modo gloſſatur iſta propoſitio uera eſt propoſitio quando illa potentia principaliter ordinatur ad illum actum, ad quem dicitur eſſe in potentia. Si uero non reſpicit illum principaliter non oportet quòd ſit fruſtra talis potentia ſi ad actum non deducatur, uerbi gratia, eſto quòd quantitas cœli eſſet in potentia ad actum diuiſionis ſi nunquam reducatur ad actum non eſt fruſtra, quia iſtud poſsibile quod eſt quantitas cœli non ordinatur principaliter ad diuiſionem per ſuam potentiam quæ plura reſpicit, ſed magis ad diſponendum ipſum cœlum ipſi intelligentiæ, ad hoc quòd poſsit recipere mediante ipſa qualitates ſuę naturæ conuenientes, & ſuis proprijs operationibus ad quas principaliter ordinatur, & ideo licet non reducatur ad actum diuiſionis propter hoc non dicitur fruſtra eius potentia, & eodem modo eſt de potentia diuiſionis in minimis rerum naturalium. Nam primo phyſicæ auſcultationis datur minima caro. ut patet tex. commen. trigeſimoſexto. nam licet potentia diuiſionis in talibus non reducatur ad actum, quia non datur minus minimo quod ſit naturaliter diſpoſitum, tamen illa potentia in quantitate non eſt fruſtra, quia eius potentia quæ plura reſpicit non principaliter ordinatur ad hoc, ſed potius ad diſponēdum materiam ipſi formæ ad hoc quòd ſubiectum, cuius eſt poſsit recipere diſpoſitiones conuenientes ſuæ naturæ pro ſuis proprijs operationibus ad quas principaliter ordinatur, & iſta ſunt quæ communiter dici ſolent

Heruei limitatio in tractatu de materia cœli.

M



A

Opinio propria.

lent circa hoc. Nobis autem aliter apparet dicere diſtinguentes iuxta noſtram conſuetudinem de multiplicitate potentiæ. nam alia phyſica, alia logica: & phyſica, alià actiua, alia paſsiua. Dicimus igitur quòd potentia phyſica ſiue realis quæcunque fuerit, uel actiua, uel paſsiua fruſtrari nō poteſt. unde quicquid eſt poſsibile ex parte agentis eſt poſsibile ex parte paſsi, & econtra, ut dicit Cōmen. in primo cœli, & mundi commen. 124. Et ratio eſt, quia potentia actiua diffinitur per paſsiuam, & paſsiua per actiuam, & cum hoc fundamento tranſit Ariſtote. in tertio de anima. in tex. cōmen. decimoſeptimo, ad probandum dari intellectum agentem, quia in omni natura in qua datur unum quod eſt omnia fieri eſt dare etiam unum quod eſt omnia facere, & cū hoc fundamento tranſiuit etiam Commen. in duodecimo primæ philoſophię. in cōmen decimooctauo, ad dicendum quòd omnes formæ ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu in primo motore, & quod ſit impoſsibile dari potentiam paſsiuam realiter loquendo, quæ non reducatur ad actum. Patet authoritate Auer. in primo cœli & mundi. in cōmen. uigeſimo. ubi loquens de prima materia. Inquit enim in materia non eſt potētia niſi apud ſeparationem eius a forma. Si igitur ſubſtantia materiæ eſt in potentia, & fuerit aliqua materia cuius potentia nunquam exit in actum, iſta potentia eſt ocioſa, & ſuperflua, & ſi non eſſet generatio, & corruptio non ſtaret operatio iſtius uirtutis, ſcilicet potentiæ, & cætera. Similiter Ariſtote. in ſecundo cœli. tex. commen. 50. inquit. quòd ſi natura dediſſet aſtris uirtutem motus progreſsiui, utique dediſſet ſibi inſtrumenta, nihil enim ut contingit facit natura. Et ex hoc aduerte quantum errant in uia Ariſto. qui ponunt animam ſecundum omnes ſui poteſtates eſſe in qualibet parte corporis: ita quòd potentia uiſiua non ſolum eſt in oculis, uerum etiam in pedibus, ſed in pedibus illa potentia non poteſt exire ad actum, quia deficiunt ſibi in illa parte diſpoſitiones neceſſariæ ad uidendum. Dicit enim Ariſto. in ſecundo de anima. in tex. cōmen. octuageſimoſecundo. quòd non ubique audit animal, neque ubique penetrat aer. non enim ubique habet aerem mouenda pars & animatum, ſicut pupilla humidum. Sed iſta opinio ex iam dictis ſtare non poteſt, quia ſi natura dat alicui potentiam ad aliquam operationem, dat ſibi etiam omnia inſtrumenta, & diſpoſitiones neceſſario concurrentes ad illam operationem, quia natura non deficit in neceſſarijs, nec abundat in ſuperfluis: quia nihil fruſtra facit niſi fuerit impedita ſicut in imperfectis, & orbatis, ut dicit Ariſto. in tertio de anima. tex. cōmen. quadrageſimoquinto. Similiter etiam ex hoc patet quantū deuient a uia Ariſto. qui tenent de mente eius in corporibus cœleſtibus eſſe materiam eiuſdem rationis cum materia generabilium, & corruptibilium, & quod ibi ideo non eſt corruptio quia non eſt priuatio, neque contrarietas, hoc quidem ſtare non poteſt, quia quæcunq; ſunt eiuſdem rationis habent eandem diffinitionem, primo cœli. cōmen. uigeſimonono. & quæ habent eandem diffinitionem habent eandem formam, & quæ habent eandem formam habent eandem actionem, ſic enim probat Ariſto. primo cœli & mundi. tex. cōmen. ſeptuageſimoſecundo, quòd ſi eſſent plures mundi terræ eſſent eiuſdem rationis, & haberent eaſdem operationes, ita quòd ſicut iſta terra tendit ad medium mundi, pariformiter & illa. Similiter etiam potentia actiua agentis fruſtrari non poteſt in natura quod non exeat in propriam operationem. unde Commen. reprehendit ſarracenos loquentes ſuæ legis, qui propterea loquentes dicuntur ab Auer. quia ponunt aliquas poſitiones ſine ratione, ſic inquit ipſe in tertio metaphyſi. in cōmen. decimoquinto. ubi exponit dicens. Et intēdit per loquentes in diuinis loquentes ſermonem extra intellectum hominis. Dicebant igitur in ſua lege quod eſt unum agens omnia ſine medio, ſcilicet deus, & contingit iſtis, ut inquit nono primæ philoſophiæ. cōmen. ſeptimo, ut nullum ens habeat actionem propriam naturaliter, & cum entia non habuerint actiones proprias non habebunt eſſentias proprias, actiones enim non diuerſantur niſi per eſſentias diuerſas. Et iſta opinio eſt ualde extranea a natura hominis, & qui recipiunt huiuſmodi non habent cerebrum naturaliter habilitatum ad bonum. Et in duodecimo primæ philoſophiæ. cōmen. decimooctauo loquens de eiſdem prope finem commenti. inquit. Et cum loquentes noſtræ legis opinabantur quod agens agit creando formam ex nihilo, & nullum huiuſmodi agēs uiderunt hic, dixerunt unum agens omnia ſine medio, & quòd actio iſtius agentis tranſit in uno inſtanti in actiones contrarias, & conuenientes, & infinitas, ita quòd negant ignem comburere, & aquam humectare, & dicunt omnia iſta indigere creatione. Sed corpus non creat corpus, & tandem dicit quòd error iſtorum eſt manifeſtus. Reuertamur igitur quòd omnis potentia realis, ſiue actiua, ſiue paſsiua, neceſſe eſt quod reducatur ad actum alias fruſtrabitur. Sed dices, nonne materia habet in potentia paſsiua multas formas quas nunquam recipiet reſpectu indiuiduorū alias, ſequeretur quod omnia quæcunque eueniunt de neceſsitate euenient contra Ariſto. in libro de interpretatione, & etiam contra ueritatem. nam ut inquit Commen. in ſecundo phyſicorum. cōmen. quadrageſimooctauo, in calce commenti ſermo dicens quòd omnia ex neceſsitate eueniunt eſt ſermo falſus, & in metaphyſi. contradicitur illi, & in ſecundo de generatione, & corruptione. tex. cōmen. ſexageſimoquarto. inquit, quod autem nunc dicere, quia futurum eſt nihil prohibet non fieri, futurus enim incedere quis non incedet.

B

Cōtra eos qui uolunt animaꝫ ſm oēs poteſtates ſuas eſſe in omni parte corporis.

C

Quid per loquentes Auer. intelligat.

D

Dubium.

E

Niſi eſſet quòd non inconuenit aliquam potentiam ſecundum indiuiduum fruſtrari, quia natura in agendo poteſt impediri, ſcribit enim Ariſto. in libro de ſomno & uigilia in illo capite, in quo agit de diuinatione quæ fit ſecundum quietem quod multa conſulta bene, quæ fieri expediebat diſſoluta ſunt propter alias digniores inchoationes. omnino enim omne non fit quod futurum erat, de indiuiduis igitur quæ non ſunt de principali intentione naturæ nihil prohibet aliquam fruſtrari potentiam, ſed impoſsibile illud eſt ſecundum ſpeciem quam primo natura intendit, loquendo autem de potentia logica, quæ nihil reale ponit non inconuenit illam non reduci ad actum, ſecundum enim talem potentiam dicimus talpam poſſe uidere, quæ tamen in talpa nunquam reducetur ad actum, ut clarum eſt. Sed eſt una difficultas contra prædicta, quia certum eſt quod continuum eſt diuiſibile in infinitum, & tamen illa potentia nunquam reducetur ad actum, quæ tamen potentia phyſica eſt, ut patet ſexto phyſicorum, & tertio cœli & mundi, & tertio phyſicorum. commen. ſexageſimo. Niſi eſſet quod ut ſcribit Ariſto. & Auer. in primo de generatione, & corruptione. in tex cōmen. nono quod omne quidem igitur corpus ſenſibile diuiſibile eſſe ſecundum quodcunq; ſignum, & indiuiſibile non eſt inconueniens, hoc enim in poteſtate, hoc autem entelechia exiſtit, ubi Auer. in commen. dicit quod ſicut non ſequitur, quòd cum homo ſit receptibilis omnium ſcientiarum, ut recipiat eas inſimul, quod enim dicitur de aliquo diuiſim non ſequitur, ut ſemper dicatur coniunctim. unde eſt ibi ſimultas potentiæ, ſed non eſt potentia ſimultatis. uide etiam ſi placet pro hoc dominum Albertum in tertio phyſicorum in expoſitione tex. cōmen. quinquageſimooctauo. Sed remanet adhuc una difficultas de cœlo, quia ſecundum Auer. in duodecimo primæ philoſophiæ. cōmen. quadrageſimoprimo. in cœlo non eſt poſsibilitas, niſi ut quieſcat, ſed iſta poſsibilitas nunquam reducetur ad actum, quia inquit Ariſto. in nono primæ philoſophiæ. in tex. cōmen. decimoſeptimo. non eſt timendum cœlum quieſcere. Niſi eſſet quòd potētia illa qua cœlum poteſt quieſcere eſt inquantum corpus nō inquantum cœlum, ſic ſcribit Auer.

Solutio.

Nō inconuenit potētiam ſm indiuidua fruſtrari.

Natura primo ſpecieꝫ intendit, indiuidua .n. quod ſint entia p accidēs, et accidēs intenduntur.

de pᵃ logica

F

Dubium.

Solutio.

Dubium.

Solutio.

G septimo phyſicæ auſcultationis. cõmen. ſecundo. un de ratio quæ mouit Auer. ad dicendum illud eſt iſta, in cœlo nõ eſt potentia, ut corrumpatur, quia non habet contrarium, eſt igitur permanens per ſe, & per ſuam ſubſtantiam, motus autem impoſsibile eſt, ut ſit permanens per ſuam ſubſtantiam cum habeat contrarium ipſam quietem, & ſic etiam motus inquantum motus habet contrarium, non autem quilibet motus habet contrarium, quia motui circulari nihil eſt contrarium phyſice loquendo, ut patet in primo cœli, & mundi. in tex. commen. trigeſimoſecundo. & ſic dicimus potentiam illam logicam eſſe, quemadmodum dicimus quòd talpa inquantum talpa poteſt uidere.

Aut aliter dici poteſt quòd loquendo de potentia, quæ eſt ad aliquod accidens quod totaliter dependet ab extrinſeca cauſa efficiente non eſt neceſſarium, & hoc quia, ut inquit Commenta. motus cœli eſt ens poſsibile de ſe, ſed perpetuatur ab alio, in ſubſtantijs autem ſecus eſt, ut in proprio Theoremate declarauimus.

Prop. 118.

### *Omne ens, aut eſt ſubſtantia, aut accidens.*

VERA EST Propoſitio de ente extra animam, quia tale eſt quod diuiditur in ſubſtantiam, & accidens. H unde omne ens extra animam, ut eſt in exiſtentia reali, aut eſt ſubſtantia, aut eſt accidens: fallit autem de aliquo, ut habet eſſe in comprehenſione, quia obiectum uniuerſale relucens in ſpecie intelligibili, lapis enim non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis non eſt in intellectu, ut accidens, & ut forma inhærens in ſubiecto, quia forma exiſtens inherenter in ſubiecto denominat ſubiectum, & ita equi quiditas ſi illo modo eſſet in intellectu, tunc intellectus denominaretur equinus, nec etiã eſt in intellectu tanquam ſubſtantia. Ariſtote. enim non reputat quòd intellecta uniuerſalia ſunt ſubſtantiæ, ſed notiones declarantes ſubſtantias rerum, ſicut teſtatur Comment. in primo metaphyſi. in commen. quadrageſimoquinto. Similiter etiam Ariſtote. in prædicamentis dicit. quòd non eſſe in ſubiecto non eſt proprium ſubſtantiæ ſicut eſſe in ſubiecto non eſt proprium accidenti, quia competit differentia, & tamen differentia non eſt uere accidens. uide igitur quòd alicubi intellectus inuenit medium, ubi natura non poteſt habere medium ſicut dicimus in ſimili quòd multa diuidit intellectus, quæ natura non poteſt ſeparare, & multa connectit ratio, quæ non poteſt coniungere natura, ut ſcribit Commenta. duodecimo primæ philoſophiæ. commen. trigeſimonono, & ideo aduerte quòd I non eſt neceſſarium quod idem ſit iudicium de rationibus quibus res intelliguntur, & de rebus intellectis, unde conceptus magnitudinis non eſt magnitudo, neque diuiſibilis eſt ſicut eſt magnitudo, ſed eſt notio, aut ratio magnitudinis, & illa ratio in indiuiſibili conſiſtit, ſimplicium enim intelligentia, ut inquit Ariſtote. in tertio de anima. in tex. commen. uigeſimoprimo in indiuiſibili conſiſtit ratione, & tamen quælibet magnitudo diuiſibilis eſt ſimiliter ratio, & forma domus exiſtens in anima artificis ſine materia eſt, & incorporea eſt, & tamen domus extra eſt quid materiam habens, ut clare teſtatur Ariſtote. in ſeptimo primæ philoſophiæ. tex. commen. uigeſimotertio. & ut tu poſsis bene intelligere hoc quomodo inter ſubſtantiam, & accidens datur medium ſecundum rationem, licet non ſecundum naturam, dabo tibi alium modum. aduerte quòd opus eſt diſtinctione, ubi eſt multiplicitas, ne ſit confuſio apud intellectum, accidens enim quandoque diuiditur contra ſubſtantiam, & ſic continet nouem prædicamenta accidentium, quandoque autem ſumitur accidens, prout eſt unum ex quatuor prædicatis poſitis ab Ariſtote. in topicis, ſeu ut eſt quintum uniuerſale poſitum a Porphyrio, & iſto modo idem eſt quod prædicatum ſignificans accidentalem habitudinem prædicati ab ſubie-

Accidens ſumitũ multipliciter.

K ctum, & iſto modo accidens non eſt commune ad nouem genera, nam ſi accidens ſecundo modo ſumptum eſſet idem cum accidente primo modo ſumpto, quod uidelicet eſt commune ad nouem genera accidentium, tunc cum accidens ſecundo modo contradiuidatur contra genus & ſpeciem, tunc igitur ſequeretur quòd in nouem prædicamentis accidentium non eſſet inuenire genera, & & ſpecies, quod eſt falſum. in omni enim genere eſt inuenire quid, ut dicitur in primo topicorum capite ſeptimo, & ſic accidens non diuiditur contra ſubſtantiam, ſed contra ſubſtantiale ſeu eſſentiale prædicatum, & iſto modo inter ſubſtantiam & accidens, id eſt inter ſubſtantiale, & accidentale prædicatum datur medium, puta proprium quod fluit ex principijs ſpeciei, ſed accidens per accidens fluit ex principijs indiuidui. unde ſtat aliquid quod eſt ſecundum rem ſubſtantia eſſe propinquius modis accidentis, unde differentia, quæ ſecundum rem eſt in prædicamento ſubſtantiæ quo ad modum uicina eſt accidenti, quia prædicatur per modum adiacentis, & informantis aliud, unde prædicatur in quale, unde Ariſtote. in quinto primæ philoſophiæ, in capite de quali inter alias acceptiones qualis ponit etiam differentiam ſubſtantialem. inquit enim in tex. commen. decimonono. quale dicitur uno mo- L do differentia ſubſtantiæ, ut quale quid homo animal, quia bipes, ſed & equus quadrupes, ubi Commenta. in commen. dicit. quòd non intendit de ſpeciebus quantitatis, & qualitatis ſecundum quod ſunt prædicamenta, ſed ſolummodo intendit numerare intentiones quas ſignificant hæ dictiones quantitas, & qualitas, & ideo incepit a qualitate quæ eſt ſubſtantia, & ſimiliter aliquid quod reponitur in prædicamentis accidentium ſecundum rem poteſt eſſe uicinum modo ſubſtantiæ, quia prædicari in quid eſt modus prædicandi per modum per ſe ſtantis: & quia genera, & ſpecies in prædicamentis accidentium reperiuntur, quia in omni genere eſt reperire, quid ſic talia licet ſecundum rem ſint accidentia, tamen quantum ad modum aſsimilantur, & uicinantur ſubſtantiæ, unde non inconuenit aliquid ſecundum rem exiſtens ſubſtantia uicinari accidenti quantum ad modum, & econtra etiam de accidentibus ſimiliter dicatur. Et quia loquimur de ſubſtantia (Nota.) & accidente placet nobis hic apponere nonnullas propoſitiones de accidente quod diuiditur contra ſubſtantiam, circa quas multi errant, quarum prima eſt, accidens non tranſit de ſubiecto in ſubiectum. uerum eſt de ſubiecto inhæſionis, quia nulla forma eſt per ſe mobilis: fallit ſecundum uiam ponentium qualitates ſymbolas eſſe eaſdem in genito, & incorrupto de ſubiecto denominationis. M Similiter alia propoſitio, unius accidentis unum eſt ſubiectum, fallit in his quorum unum eſt pars alterius quod dico propter quantitates interminatas, quæ ſunt in materia, & terminatas quæ ſunt in compoſito, & materia eſt pars compoſiti, & ideo utrique competit quantitas interminata, differenter tamen. Similiter ſubiectum accidentis eſt in actu, & ſubiectum formæ ſubſtantialis eſt in potentia, uera eſt propoſitio iſta & eſt differentia poſita per Auer. in ſecundo de anima. cõmen. quarto de accidentibus terminatis, gloſſa eſt ex mente Auer. in primo capite de ſubſtantia orbis. unde Commen. in ſecundo de anima. commen. quarto. dicit æquiuoce dicitur forma eſſe in ſubiecto, & accidens eſſe in ſubiecto. ſubiectum enim accidentis eſt corpus compoſitum ex materia, & forma, & eſt aliquid exiſtens in actu, & non indigens in ſuo eſſe accidente, ſubiectum autem formæ non habet eſſe in actu ſecundum quod eſt ſubiectum niſi per formam, & indiget forma, ut ſit in actu, & maxime primũ ſubiectum. (Dubium.) Sed tunc eſt difficultas in uia eius de accidentibus interminatis quæ ſunt accidentia, quæ fundantur in ente in potentia ſicut forma ſubſtantialis, quæ igitur erit differẽtia inter formam ſubſtantialẽ penes eſſe in ſubiecto, & talia accidẽtia.

Niſi



A (Solutio.) Niſi eſſet ꝙ ex forma ſubſtantiali, & materia fit unum per ſe, ſed ex materia & accidentibus interminatis non fit unum per ſe, uide etiam pro hoc cõmen. 65. tertio phyſicorum. uide etiam clare Auer. in ſeptimo primæ philoſophiæ. cõmen. decimoſeptimo in calce cõmen. ubi expreſſe dicit. quòd ex ſubiecto, & accidente non fit unum per ſe in actu ſicut ex genere & differentia. Similiter propoſitio, quæ dicit quòd accidens quod eſt in parte non denominat totum, uera eſt propoſitio de illis accidentibus, quæ ex natura rei non determinant ſibi aliquam partem determinatam. nam in talibus, quæ determinant ſibi aliquam partem, falſa eſt propoſitio ſicut ſimitas naſum, & criſpitudo capillos, & glaucedo oculos. unde in hoc nulla eſt differentia, ſiue illa pars ſit nobilis, uel ignobilis, notabiliter autem appoſui ex natura rei, quia licet ęthiops ſit albus ſecundum dentes, non tamen dicitur abſolute albus, quia non per ſe ex natura rei hoc habuit, ſed accidit ſibi. Similiter propoſitio famoſa quæ dicit quòd illud quod eſt accidens uni alteri non poteſt eſſe ſubſtantia, uera eſt in uniuocis, fallit in æquiuoce dictis, quia ſciẽtia in nobis eſt qualitas, & in deo eſt ſubſtantia, ſcientia autem æquiuoce dicitur de ſcientia dei, & noſtra, ut dicit Comen. 12. metaphy. cõmen. 51. & ſimiliter propoſitio famoſa quæ allegari ſolet ex quin- B to primæ philoſophiæ. tex. cõmen. decimoquarto, ſi accidens accidenti accideret in infinitum ire neceſſe eſt, uera eſt in his, quæ accidentaliter inſunt: fallit autem in his, quæ per ſe inſunt. multa enim accidentia per ſe inſunt numero pari, & numero impari, quæ ſunt finita & terminata.

Propõ. 119

### *Nulla latitudo ſubito acquiritur, aut deperditur.*

FAMOSA Eſt apud ſophiſtas, & calculatores propoſitio, ſed ſi uera eſt tenet in latitudinibus intenſibilibus & remiſsibilibus acquiſibilibus per uerum motum: fallit autem in latitudinibus formarum, quæ in indiuiſibili, & in aliqua relatione conſiſtunt, & in his quæ per ſubitam acquiruntur mutationem. certum eſt enim ꝙ materia ſtans ſub forma hominis eſt in aliqua proportione perfectior materia ſtante ſub forma aſini. ſit igitur quod in dupla, tunc probo quòd iſta latitudo perfectionalis ſit ſubito acquiſita, quia in hoc inſtanti materia iſta ſub forma hominis generati eſt in duplo perfectior materia ſtante ſub forma aſini, & immediate ante hoc non fuit, quia immediate ante hoc illa materia, quæ in hoc inſtanti ſtat ſub forma hominis non erat ſub forma hominis. unde hoc non inconuenit, quia per ſubitam mutationem acquiſita C eſt talis latitudo perfectionis ſicut & forma, & non per uerum motum. Amplius ſecundum doctrinam Cõmen. in libro de ſubſtantia orbis, capite primo. Quantitas terminata in eodem inſtanti temporis inducitur ſicut forma, quia licet talis quantitas ſit poſterior forma ſecundum eſſe tamen non eſt poſterior ſecundum tempus, & non eſt dubium quòd illa quantitas eſt aliqua latitudo, poſſet tamen dici iuxta uiam Commen. quòd ratione alterationis præuiæ quæ præcedit iſtas ſubitas mutationes quę ſunt fines motus, & non poſſunt eſſe ſine motu, ſic non ſubito deperduntur, ſic in ſimili ſoluit ipſe ſexto phyſicorũ. commen. trigeſimoſecundo, & quarto phyſicorum. commen. 129. & ſic etiam intelligere debes aliam propoſitionem famoſam quæ in hoc conſimili caſu allegari ſolet, uidelicet, quod non fit tranſitus de extremo ad extremum niſi per medium, & colligitur ex quinto phyſicorum tex. cõmen. uigeſimoſecundo ex medij diffinitione mediũ eſt in quod mutat mutans prius quam in extremum ſicut diximus in proprio theoremate, de hoc tamen addo unum quod hoc maxime ueritatem habet ubi ſubiectũ debet tranſire, ſed quando non debet non oportet. nam ex prima mixtione elementorum poteſt aliquid generari nigrum, aut album, quod tamen non tranſit per alios colores medio, ſed quando iſti colores generato iam ſubiecto debent per ſe acqui- D ri illi ſubiecto, tunc eſt uerum quòd illud non poteſt tranſire de uno extremo contrario ad aliud niſi pertranſeat per aliquod medium. ubi animaduerte ſuper hoc illud quod Cõmen. inquit in ſecundo de anima. in commen. 105. dicens. Albedo non transfertur ad nigredinem, uel econtrario niſi mediante aliquo colore mediorum in aliquo, igitur transfertur mediante charopo, & in aliquo mediante chiano. non enim eſt neceſſarium, ut translatio in extremis ſit ſuper omnia media, & aduerte quòd hoc habet ueritatem de medio tranſitus non de medio ſecundum formam uidelicet, quòd tranſiens ab extremo ad extremum debet tranſire per medium, alioquin materia non poſſet recipere formam hominis niſi reciperet formam aſini, quia inter formam menſtrui & formam hominis, forma aſini, & multæ aliæ formæ ſunt mediæ ſecundum formam, quia ſunt perfectiores menſtruo, & imperfectiores forma hominis, & tamen nõ ſunt media tranſitus. (Cõtra calculatores.) Similiter etiam ſolet gloſſari alia propoſitio uulgata apud calculatores quæ dicit, quòd a proportione maioris inæqualitatis prouenit actio, & quòd quilibet exceſſus ſufficit ad mouendum. quod ueritatem habent in uero motu in quo eſt contrarietas, & actio, & reactio, non autem habet lo- E cum in actione ſpiritali quæ eſt alteratio perfectiua, quia datur minimum uiſibile ex libro de ſenſu & ſenſato. nobis tamen apparet dicere circa huiuſmodi propoſitiones quod illa non eſt phyſice loquendo uniuerſaliter uera, quod quilibet exceſſus, & quælibet proportio maioris inæqualitatis ſufficiat ad mouendum, ſed eſt uera de motu imaginario ſecundum mathematicam conſiderationem, cuius fundamenta ſunt propoſitiones fundatæ ſuper imaginatione, ut ſcribit Auer. in tertio phyſicorum. cõmẽ. 60. nam ſecundum Ariſtote. in ſecundo de anima. cõmen. & tex. quadrageſimoſecundo. Omnium natura conſtantium determinatus eſt numerus magnitudinis, & augmenti, uirtus enim quælibet actiua, aut paſsiua requirit in operatione ſibi propria habere per ſe quantitatem terminatam, & qualitatem terminatã, ſicut ſcribit Auer. in paraphraſi ſuper ſecundo de generatione animalium. in illo capite quo agitur quomodo fœtus augeatur in utero, & eſt etiam ſententia eiuſdem in ſexto phyſicorum. cõmen. 91. ubi dicit. quòd actio cuiuslibet entis perficitur per quantitatem, & qualitatem terminatam, ſicut eſt diſpoſitio in entibus artificialibus. Et aduerte, & bene manda memorię quòd iſta (Cauſa erroris.) eſt una de præcipuis cauſis erroris contingentibus latinis doctoribus, & præcipue modernis, quia immiſcent pro- F poſitiones mathematicas ad inferendas concluſiones naturales, cum tamen Auer. dicat in ſecundo cœli & mundi. in cõmen. quinquageſimonono, quòd demonſtrationes naturales non ſunt innatæ poni in hac ſciẽtia, uidelicet in naturali, & ratio eſt, quia demonſtrationes naturales debẽt eſſe ex cauſis naturalibus, ut ipſemet ſcribit in quarto cœli. cõm. uigeſimo. medium enim debet eſſe in eadem proximitate cum extremis, ut dicit Ariſto. primo poſteriorum. unde Ariſtote. in hoc plerunq; damnat antiquos, & præcipue Platonem, quia reddebat cauſas intelligibiles, id eſt mathematicas reſpectu effectuũ ſenſibilium. Amor enim geometriæ, & magiſtri fuerunt duę cauſę erroris Platonis in naturalibus tertio cœli. tex. cõmen. ſexageſimo.

Propõ. 120

### *Mouens & motum debent eſſe ſimul.*

ALLEGATA Authoritas, & probata diffuſe per Philoſophũ in ſeptimo phyſicæ auſcultationis. in tex. cõmen. decimo, & infra intelligitur de uero motu, & non de motu æquiuoco. diſtinctio patuit ſupra, & elicitur ex octauo phyſicorum. commen. quadrageſimo. Veritatem autem habet propoſitio iſta de mouente in genere cauſæ efficientis, fallit autem de mouente in genere cauſæ finalis, præcipue in generabilibus & corruptibilibus in

G quibus aliud eſt mouens, ut finis: & aliud eſt mouens, ut efficiens, ut dicit Auer. in primo capite libri de ſubſtantia orbis. gloſſa autem eſt eiuſdem Ariſto. in ſeptimo phyſicorum.tex.cõmen.nono. ubi inquit, primum quidem igitur mouens non ſicut quod eſt cuius cauſa, ſed unde eſt principium motus eſt ſimul cum eo quod mouetur, licet Cõmen. propter prauam translationem aliter exponat illum locum. cauſa enim finalis non mouet niſi metaphorice, ut ſcribit Ariſt. in primo de generatione & corruptione in tex.cõmen.quinquageſimoquinto. eſt enim faciens cauſa, ut unde principium motus, cuius autem gratia non actiuum. nam ſanitas non factiuum eſt niſi ſecundum metaphoram. uera autem eſt propoſitio de motore immediate mouente propter inſtantiam de motu elemẽtorum de potentia accidentali qua mouentur in principio a remouente prohibens, & etiam ad excludendam inſtantiam de motu proiectorum. & aduerte quòd uera eſt propoſitio in motu locali quod pars mouens poteſt contingere quòd non ſit diſtincta ſecundum locum, & ſubiectum a moto, ſed in motu alterationis, licet mouẽs & motum ſint ſimul ſecundum contactum nullo pacto, tamen poſſunt eſſe ſimul ſecundum ſubiectum, quia forma exiſtens in ſubiecto non alterat nec agit in ſubiectum ſuum in quo eſt. teſtatur hoc hecticus qui nõ ſentit febrem ſuam. unde in uera alteratio-

H ne paſſiua alteratio, & alteratum debent eſſe diſtincta loco & ſubiecto. tex. eſt expreſſus in primo de generatione, & corruptione.tex.cõmẽ.ſeptuageſimooctauo, & quia de motu loquimur uolo inſerere declarationem multarũ propoſitionum de motu. Solet dici quòd diuerſi motus ſpecie ſunt a diuerſis motoribus ſecundum ſpeciem. quæ propoſitio abſolute falſa eſt, quia idem calor mouet ad ſubſtantiam quantitatem, & qualitatem, motus enim non reponitur in ſpecie, uel in genere ex mouente, ſed ex termino, ſed ſi propoſitio illa alicubi uera eſt tenet de mouente quod eſt efficiens, & cum hoc eſt forma & ſpecies. nam ſecundo phyſicorum.tex.cõmen.ſeptuageſimo. tres cauſæ plerunque ueniunt in unum, ſic enim calor mouens ad calorem dat ſpeciem calefactioni, ubi aduerte quòd ex hoc patet error aliquorum aſſerentium naturalitatem in effectu eſſe a cauſa efficiente ſolum, quod quidem falſum eſt, quia ab efficiente nihil aliud fit niſi quod transmutatur materia ad ipſam formam, ſed ab illo non habet quod naturalis ſit, uel non ſit, ſed requiritur de neceſsitate quòd ſit aptitudo materiæ ad ipſam formam. unde formæ artificiales uiolenter inducuntur ab agente extrinſeco propter materiam non habere aptitudinem ad illas ſeptimo metaphyſi. cõmen.uigeſimonono. & conſidera quia inuenies aliquam

I generationem eſſe naturalem, licet ſit cauſata ab agente per uiolentiam, ſicut generatio ignis ex colliſione lapidis cum ferro cauſatur. Propoſitio etiam famoſa quæ dicit idem eſt ſubiectum motus, & termini motus uera eſt de termino intrinſeco non de termino extrinſeco motus. nam generatio ſubſtantialis eſt terminus extrinſecus alterationis, ut dicit Cõmen. ſexto phyſicorum. cõmen. trigeſimoſecundo. & tamen ſubiectum generationis eſt materia, quæ eſt ens in potentia, & ſubiectum alterationis eſt ens in actu, ſcilicet ipſum compoſitum, ſic enim Ariſtote. ex ſubiectis poſuit differentiam inter motũ & generationem. tex.cõmen.octauo, in quinto phyſicorum. nam quod generatur non eſt, & quod mouetur eſt. Vbi manda memoriæ quòd hoc eſt uerum de ſubiectis proximis, tamen noli exiſtimare quòd ſubiectum alterationis ſit aliud a ſubiecto generationis ſubſtantialis, ſicut notabiliter monuit nos Auer. in primo de generatione, & corruptione. in cõmen. primo. ubi ſic ſcribit in calce cõmen. & non debet aliquis dicere quòd ſubiectum in alteratione aliud eſt a ſubiecto in ſubſtantia, quoniam quomodo contingeret, ut ſubiecto in ſubſtantia ablato, ut ſubiectum in alteratione auferatur, ſubiectum enim alterationis non eſt ei ſubiectum,

K niſi etiam inquantum eſt ſubiectum in ſubſtantia, & ideo iſtud quod Ariſto dedit in alteratione, dedit etiam in ſubſtantia. Propoſitio etiam ex octauo phyſicorum. tex. cõmen.trigeſimoquinto. allegari ſolita omne quod per ſe mouetur a motore extrinſeco corporeo non mouetur niſi a motore moto, uera eſt, ſi ille motor extrinſecus habeat in ſe per motum quod dico propter elementum quòd per ſe mouet medium, tamen ipſum eſt per accidens motum ad motum medij ſicut nauta in naui, & ratio eſt, quia elementum non habet partem intrinſecam in actu quæ poſsit per ſe moueri. unde teſte Auer. in quarto phyſicorum. commen. ſeptuageſimoprimo. elementa poſita in uacuo non poſſent moueri, quia non diuiduntur in partem per ſe mouentem, & partem per ſe motam, & aduerte in talibus corporibus ſimplicibus dum mouentur de potentia accidentali ſeu uiolenta idem numero eſt ſubiectum quod eſt in potentia ad motum cum eo quòd actu mouebitur, ita quòd potentia & actus ſunt in eodem numero ſubiecto, ſed dum mouentur de potentia eſſentiali in alio ſubiecto eſt potentia, & in alio eſt actus, uerbi gratia, ſi ignis generandus ex oleo debet moueri ſuperius de potentia eſſentiali talis potentia fundatur in oleo ex quo a generante debet tranſmutari, & moueri ignis ſurſum, ſed motus ſecun-

L dum actum erit in igne, quia generans dans formam dat accidentia concomitantia formam, mediante tamen forma. unde propoſitio famoſa, quæ dicit quòd forma exiſtens in ſubiecto non agit in ſubiectum ſuum fallit in motu locali, & fallit in motu ſpiritali, uera eſt de actione alteratiua quæ fit cum abiectione contrarij de diſtinctione illa, & differentia de duplici potentia, uide clare Auerr. in octauo phyſicorum. cõmen. quarto contra Iohan. grammaticum. Propoſitio etiam quæ allegari ſolet ex primo de anima. tex. commen. quadrageſimo. quod naturaliter mouetur uiolenter mouetur locum habet, ut gloſſat ibi Comment. in motu recto, fallit autem de motu circulari. nam cœlum naturaliter mouetur motu circulari, & tamen nullo modo poteſt moueri uiolenter. Ita etiam gloſſat Cõmen. illam propoſitionem in ſecundo cœli & mundi. in cõmen. octuageſimoquarto. ubi animaduerte quòd omnes etiã huiuſmodi propoſitiones, uidelicet, omne corpus ſenſibile habet ubi, & omne corpus ſenſibile habet locum naturalem, & innaturalem, & locus partis naturalis eſt idem numero cum loco totius omnes huiuſmudi propoſitiones habent ueritatem in mobilibus motu recto, & in motibus qui ſunt ex ſe non ab extrinſeco, falſæ autem ſunt in cœleſtibus. gloſſa eſt Cõmen. tertio phyſicorum.

M cõmen. quadrageſimooctauo. Similiter propoſitio illa corpora ſimplicia mota ſunt cõtraria uera eſt de his quæ mouentur motu recto, gloſſa eſt Auerr. tertio phyſicorum. commen. quadrageſimonono. & eodem modo eſt intelligenda propoſitio dicens. quòd motus naturalis intenditur in fine in mobilibus motu recto, natura enim fere æquiuoce dicitur de generabilibus, & de corporibus cœleſtibus quæ mouentur circulariter, ut patet primo cœli. cõmen. quinto. Propoſitio etiam famoſa quæ dicit motus eſt ab immobili, & ſolet allegari ex libro de motibus animaliu̇. & etiam ex tertio de anima. tex. commen. quinquageſimo quinto. ueritatem habet, ut inquit dominus Albertus in quarto phyſicorum. in digreſsione ſuper tex. cõmen. quadrageſimotertio in motu animæ, & intelligentiæ, fallit autem in motu naturali, quia motus ille non procedit ab immobili, ſed a generante bene, tamen talis motus terminatur ad immobile quod eſt locus eius, ſed ſecundum iſtam gloſſam Alberti uidetur ꝙ illa intelligitur in genere cauſæ efficientis, ita quòd cauſa efficiens motus ſit immobilis.

Et iſta non uidetur fuiſſe ſententia Ariſt. in libro de motibus animaliũ, & etiam in tertio de anima. immo uidetur quòd hoc ſit in genere cauſæ materialis, quia in omni motu requiritur aliquid fixũ, & immobile circa quòd figatur motus,



A motus. unde ibidem Ariſto. inducit authoritatem Homeri dicentis ꝙ omnes dij non poſſent terram a ſuo loco extrahere, quia in motu cœli requiritur aliquod fixum, nam ultima ſphæra locatur per centrum, & Commen. in. 8. phyſicorum com. 84. expreſſe dicit ſuper uerbis Ariſto. ibi dicentis neceſſe eſt aut in medio, aut in circulo eſſe, hæc. n. principia ſunt, hæc enim duo ſunt principia totius ſecundum quod totum eſt ſphæricum, medium quidem eſt principium ſecundum quod ſuper ipſum eſt motus, circũferencia uero quia ex illa eſt initiũ motus, & declaratum eſt in libro de motibus animalium ſecundum locum, quoniã omne quod mouetur habet corpus quieſcẽs circa ꝙ uoluitur, & ꝙ uirtus quieſcentis det eſſe firmior uirtute illius quod mouetur, & ſi aliter eſſet totum expelleretur exiſtentia. ergo mundi huius his duabus uirtutibus perficitur, ſcilicet uirtute quietis, & uirtute mouendi quæ eſt contraria illi, & in ueritate ſi inſpiciatur proceſſus Ariſto. in illo libro, & in tertio de anima. tex. commen. quinquageſimoquinto, iſta eſt mens eius ſine dubio, quod in omni motu requiritur aliquod fixum circa ꝙ uerſetur & appodietur motus.

Propoſitio etiam famoſa quæ dicit, ꝙ omne quod mouetur ad omnem differentiam poſitionis eſt animatum ſic limitari debet, & ſuppleri. uidelicet aut eſt inſtrumẽtum de-

B ſeruiens animæ, præcipue apud tenentes calorem naturalem, & ſpiritum non eſſe formaliter animatum, cum tamẽ moueatur ad omnem differentiam poſitionis ab anima, & ſecundum quod exigunt animę uirtutes, & operationes, ꝙ ſic etiam gloſſari ſolet propoſitio Philoſophi. in. 7. phyſicorum tex. cõmen. 10. ubi enumerat motum uertiginis inter motus uiolentos, uera eſt propoſitio ſi talis motus comparatus fuerit ad motorem qui eſt natura, fallit autem propoſitio ſi comparetur ad motorem qui eſt anima, nam anima eſt ſupra naturam, & intellectus ſupra animã, & deus ſupra intellectum, unde amima ad diuerſos potentiam habet motus, et differentias motuum. Propoſitio etiam famoſa quæ dicit, ꝙ omne quod mouetur partim eſt in termino a quo, & partim in termino ad quem, uera eſt in ueris motibus, fallit in mutationibus ſubditis, & inſtantaneis, & ſi uniuerſaliter uera eſſe debet, tunc oportet aſſumere nomine motus totum aggregatum, ex motu uero præuio, & ex ſubita mutatione quandoquidem tales inſtantaneæ mutationes ſunt fines motuum, & finis rei non inueniri poteſt ſine re cuius eſt finis, gloſſa eſt Auer. in ſexto phyſicorum commen. trigeſimoſecundo.

## Natura determinatur ad unum.

Propoſitio. 121.

C EXTRAHITVR iſta propoſitio ex nono primæ philoſophiæ. tex. com. tertio ubi Ariſtote. ponit differẽtiã inter potẽtias rationales, & irrõnales, nã potẽtię rõnales ſunt ad oppoſita. irrationales aũt ſunt ad unum, & intelligitur de potentijs actiuis, quia ut bene ſcribit Auer. in ſecundo phyſicorum cõmen. 48. non datur contingens ad utrumlibet in potẽtijs actiuis naturalibus, quia natura eius eſt natura materiæ. Non intelligitur autem propoſitio ꝙ natura determinetur ad unum producibile, ſed ad unum modum producendi, quia uidelicet non eſt principium indeterminatum reſpectu oppoſitorum ſicut eſt uoluntas, ubi aduerte ꝙ ratio allegatur ibi quare potentię rationales ſint ad oppoſita, quia eadem eſt ſcientia contrariorum, ubi Auer. reddit cauſam dicens. iuxta tex. quare agens rationale agit duo contraria, & eſt, quia agit per ſcientiam, & quia ſcit duo contraria, ideo agit duo contraria, quia ſcientia cõtrariorum eſt una. Et ex hoc nota ꝙ aliqui gloſſant iſtã propoſitionem iſto modo ꝙ ſciẽtia contrariorum eſt una ſubiectiue, quia intellectus eſt ſubiectum omnium ſcientiarum. Sed ex præfata authoritate Ariſtote. & Auer. elicitur ꝙ una eſt ſcientia de contrarijs obiectiue, quia contraria ſunt obiecta conſideranda ab una, & eadem ſcientia, ſicut enim unus eſt uiſus albi & nigri, & lucis & tenebræ, &

Rationales potentię sunt ad opposita.

Vna ẽ ſciẽtia contrariorum.

Nota hoc.

D idem auditus ſoni, & ſilentij. ſecundo de anima. tex. cõmẽ. 120. & 144. Sic una eſt ſcientia ſanitatis, & ægritudinis, & una eſt ſcientia uirtutis, & uitij, & illa propoſitio habet ueritatem de uere contrarijs. Nam eſt inſtantia, ſubſtantia enim corporalis quiditatiue pertinet ad naturalem, ſed incorporea ad diuinum. ✤ Aduerte etiam ꝙ ſcientia contrariorum eſt una iſto modo, ſed eſt differentia inter dialecticam, & rhetoricam, & inter alias ſcientias, quia illę ſunt cõtrariorũ uniformiter, & ęqualiter, ſed aliæ ſciẽtiæ ſpiritales ſunt unius cõtrariorũ ꝑ ſe, & alterius ꝑ accidẽs aut cõſecutiue, ut medicina principaliter ẽ ſciẽtia ſanitatis, ęgritudinis uero ſecundario, & conſecutiue, & ſcientia moralis principaliter eſt uirtutis, uitij uero per accidens. ita dicit Alexan. in ſecundo topicorum.

ADDItio.

## Nihil agit ultra ſuam ſpeciem.

Propoſitio. 122.

VAGATVR per ſcholas iſta propoſitio, ſed eſt falſa, ſi abſolute intelligatur, miſcibilia enim ĩ mixto agũt ad actum mixti qui eſt præter actum miſcibilium, ut patet ex ſeptimo primæ philoſophiæ. tex. commen. ultimi ubi dicitur, ꝙ caro non eſt ignis, & terra, ex primo, & ſecundo de generatione, & corruptione. Si uero intelligatur de actione ſimplicium, adhuc eſt falſa, quia ſimplicia non ſemper agunt in ſimplici uirtute. Sed quandoq; agunt

E in uirtute ſua & in uirtute cœli, & in uirtute animę, ut patet in. 2. de anima. tex. com. 41. contra Empedoclẽ. iam aũt ſupra diximus ꝙ actio alicuius quando ipſum ſit inſtrumentum ſpecie uariari poteſt a ſua propria actione, qua agit tã quam agens principale. Licet igitur ſimplicia in uirtute ꝓpria agentia non agant ultra propriam ſpeciem, quando tamen agunt in uirtute ſuperioris agentis cuiuis ipſa ſunt inſtrumenta, tunc ultra propriam ſpeciem agunt. limitari autem poteſt propoſitio famoſa iſto modo quod uera eſt de agentibus in uirtute propria. unde uirtus informatiua exiſtens in ſemine, licet non ſit animata in actu producit inde animatum, quia eſt inſtrumentũ rememoratum ab animato, uidelicet a cœlo. Fallit etiam in accidentibus eadem ratione, quia idem eſt agens diſponens materiam, & inducens formam, ſed nõ uirtute propria, ut diximus, quia agit ſicut inſtrumentum. Fallit in agente remoto. Fallit in agente per accidens, & a caſu, uide pro his. 7. primæ philoſophiæ. com. 31. Vbi ſcribit, ꝙ omne mixtum cum materia fit a mixto cum materia, per hoc datur intelligi ꝙ propoſitio tenet de agente propinquo, & per ſe agẽte, uide in. 12. primæ philoſophiæ. com. 24. iſtas tres conditiones ex mente Alexan. ubi ſcribit Cõmen. ꝙ iſta propoſitio conueniens fit a conuenienti uerificatur tribus con-

F ditionibus, ſcilicet ut ſit in agente non inſtrumento. Et in ꝓpinquo non remoto. Et in agente eſſentialiter non accidẽtaliter. Aduerte tamen unum annotatione dignum ꝙ agens debile quando agit in materiam paſſibiliorem magis, & manifeſtius agit, ꝙ̃ ſi ageret agens fortius in materiam difficilis paſſibilitatis, ut ſcribit Auerroes ſuper ſecundo de generatione animalium. Et conſimilem ſententiam habet in ſecundo metheororum cap. ſecũdo ubi agit de uentis, inquit enim. Non eſt impoſſibile ut agens debile faciat in unomet loco actionem maiorem actione agentis fortis, & hoc propter diuerſitatem ſubiecti in diſpoſitione ſeu præparatione.

## *Scientia quælibet ſpeculatiua, aut eſt naturalis, aut mathematica, aut diuina.*

Propoſitio. 123.

SCRIBITVR in ſexto primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 2. gloſſatur tamen per Auer. de ſcientijs cogitatiuis 9. meta. com. ultimo, & 3. de anima. com. 36. nam ſcientia illa quæ ſecundum fictionem eius habetur per intellectum adeptum, currit alio curſu, & ex hoc ſoluitur quoddam argumentum fieri ſolitum contra Philoſophum de in-

G ſufficientia ſcientiarum, quandoquidem cognitio quiditatiua intelligentiarum ſecundum proprias rationes eſt quoddam ſcibile: ergo pertinet ad aliquam ſcientiam. non ad naturalem, neq; ad mathematicam ſicut patet, nec ad ſciẽtiam diuinam traditam a Philoſophis, quia in hac ſcientia nõ cognoſcũtur quiditates intelligentiarum ſub ꝓprijs cõceptibus, ſed ſub cõceptibus tranſcendentibus. diceret .n. Auer. ad hoc argumentũ ꝙ talis cõtemplatio quiditatiua illo mõ ꝑtinet ad metaphyſicã ſub rationibus trãſcendẽtibus, uel ſub aliquo conceptu aggregato ex talibus, ſed cognitio ipſarum in propria forma non pertinet ad aliquam ſcientiam ex his quæ acquiruntur per diſcurſum, ſed habetur alio modo, uidelicet per intellectum adeptum, & ita nõ oportet ponere quartum genus ſcientiæ ſpeculatiuę, & ſic ſoluitur argumentum, quod Scotus reputat Achillẽ in prima. q. primi metaphy. ſecundum Theologos autem noſtros in prologõ primi ſententiarum dicitur, ꝙ illa diuiſio ſcientiarum poſita per philoſophum .in. 6. primæ philoſophiæ locum habet de ſcientijs humanitus inuentis. nam ultra illas oportet ponere unam ſupernaturaliter inſpiratam, & iſta eſt ſacra Theologia.

Propoſitio. 124.

*Senſus non decipitur circa proprium obiectum.*

H ALLEGARI ſolet ſæpe ex ſecundo de anima tex. com. 63. Vbi aduerte ꝙ Auer. ibidem gloſſat illam ꝓpoſitionẽ iſto modo, uidelicet ꝙ ſenſus in maiori parte circa ſenſibile proprium non errat. Themiſtius autem ibidem ponit tres conditiones in ſecundo de anima. cap. 21. & eſt ſuper expoſitione tex. cõmen. 63. inquit propria ſcilicet ſenſibilia ſunt quæ a cæteris ſenſibus dignoſci non poſſunt, & circa q̃ nec temeritas, nec hallùcinatio ſenſuũ cadit, ſi natura integre incorrupteque iudicet, nec cauſa ſit quæ extrinſecus obſtrepat, nec poſitura obſiſtat, nec intercapedo aut receſſus officiat. falli enim aſpectus nequit circa rem uiſibilem, ſi mundus & probus oculus habeatur, ſi ſerenum ſit, ſi interſtitio iuſto colores abſceſſerint. uult ergo quod circa ſenſibile proprium in debita diſtantia approximatum ſtante puritate organi, & debita medij diſpoſitione non contingit ſenſum errare. in hoc autem apparet manifeſta differentia inter ſenſum, & intellectum, quia intellectus circa communia non decipitur, ſed magis circa propria, ſenſus autem ſe habet oppoſito modo.

Propoſitio. 125.

*Semper honorabilius eſt agens patiente, & principium materia.*

I SCRIBITVR & allegari ſolet frequenter ex tertio de anima. tex. com. 19. ubi Ariſtote. comparat intellectum agentem intellectui materiali. Gloſſari autem cõſueuit de paſſo correſpondente ipſi agenti, quia non oportet abſolute quodlibet agens nobilius eſſe quolibet paſſo. nam certum eſt ꝙ ſenſitiuæ animæ uirtutes ſunt paſſiuæ, ut patet in ſecundo de anima tex. cõmen. 51. uirtutes autem animæ nutritiuæ ſunt actiuæ, non tamen dicimus illas eſſe nobiliores ſimpliciter uirtutibus ſenſitiuis. Vnde Ariſt. quia iã probauerat ꝙ in omni natura in qua eſt unũ quod eſt oĩa fieri, oportet dare alterũ quod eſt omnia facere, ſic tale quod eſt oĩa facere quod correſpõdet illi quod eſt oĩa fieri oportet quod ſit pręſtãtius illo. & ita in natura animæ, quia ut inquit Com. ibi in com. quia anima eſt unum entium naturalium, & ſcientia de anima eſt naturalis, et datur ibi intellectus poſſibilis qui ẽ omnia fieri, oportet ꝙ etiam detur intellectus qui eſt omnia facere, & talis eſt præſtantior intellectu poſſibili. & ſimiliter quia materia prima eſt omnes formę materiales in potentia, oportet ꝙ ſint in actu in primo motore, ut dicitur. 12. metaphy. cõmen. 18. & ille eſt longe præſtantior materia ut patet. Vbi animaduerte ꝙ ſemper in bona cõparatione cætera debent eſſe paria, excepto illo in quo eſt comparatio. non enim quælibet potentia actiua debet comparari cuilibet paſſiuæ, ſed ſibi correſpondenti. dantur enim materiæ ꝓpriæ, ſicut & formæ, non enim quodlibet ex quolibet fieri poteſt, ſed determinatum ex determinato. ſic enim in ſimili gloſſatur famoſa propoſitio Phioſophi in octauo phyſicorum tex. com. 75. ęternum & incorruptibile eſt prius natura, & tempore, & perfectione generabili, & corruptibili, ueritatem enim cæteris paribus continet, uidelicet cõparando actum ad actum, & potentiam ad potentiam, nõ comparando potẽtiam ad actum. nam prima materia eſt æterna, & forma eſt generabilis, & corruptibilis, & tamen forma eſt præſtantior materia, ut patet in. 7. primæ philoſophiæ. in tex. com. ſeptimo & ſecundo phyſicorum com. 4. & ſimiliter gloſſatur alia famoſa propoſitio quæ ſolet allegari ex tertio de anima com. 36. & ex ſecundo de anima tex. com. 24. uidelicet quando aliqua duo concurrunt ad conſtitutionem alicuius tertij, quorum unum ſe habet ut materia, & aliud ut forma: quod ſe habet ut forma eſt perfectius eo quod ſe habet ut materia, uera eſt ſi ſunt eiuſdem ordinis, puta ſi ambo fuerint ſubſtantiæ, aut ambo fuerint accidentia, ſed ubi ſunt diuerſorum ordinum non tenet. nam certum eſt quod obiectum in ſcientia ſe habet ut materia, & modus conſiderandi ſe habet ut forma. nam idem obiectum ſecundum materiam ſub diuerſis modis conſiderandi, & ſub diuerſis abſtractionibus poteſt ſpectare ad diuerſas ſcientias, ut dicit Commen. in ſecundo phyſicorum. com. 71. & tamen perfectio ſcientiæ magis attenditur circa nobilitatem obiecti, q̃ circa modũ conſiderandi. Inquit enim Ariſtote. in libro primo de partibus animalium cap. 5. ꝙ melius eſt habere topicam cognitionem de ſubſtantijs ſeparatis a materia, q̃ demonſtratiuam de iſtis materialibus, & dat exemplum de pulchra muliere, ꝙ longe magis delectat pulcherrimam inſpicere mulierem, q̃ alterius omnia pertractare membra. & ita etiam ſentit Auer. in ſecundo cœli & mundi. in cõmen. 60. ubi habet de demonſtrationibus inductis de illis quæſtionibus, quod quanuis non ſint demonſtrationes perfectæ fidei, tamen quia ſubiectum earum eſt ualde nobile ſunt nobiliores illis. modicũ enim nobile nobilius eſt multo ignobili.

K

L

Dubium. Sed tunc eſt difficultas. nam tunc ſequeretur ꝙ ſenſibile eſſet præſtantius ſenſu, quia agit in ſenſum & eſt agens proportionatum correſpondens ſenſui.

Solutio. Niſi eſſet ꝙ non incouenit idem reſpectu eiuſdem ſub uno reſpectu eſſe præſtantius illo, quod tamen ſimpliciter deinde eſt imperfectius, ſicut brutum ratione qua ſanũ eſt præſtantius homine ratione qua ęger, & ut inquit ſapiens Salomo, melior eſt canis uiuus leone mortuo: ita pariformiter ſi ſenſus comparetur ſenſibili ratione qua recipit ſpeciem, & mouetur ab obiecto ſub illo reſpectu quo patitur ſenſus & obiectum agit eſt imperfectior ſenſibili, tamen abſolute ſenſus eſt nobilior ſenſibili, quia perfectiſſima operatio eius excellit perfectiſſimam operationem ſenſibilis, & hoc a ſigno arguẽdo.

M

Virtutes ſenſitiuę nõ ſunt pure paſſiuę. Et animaduerte hic unum annotatione dignum quod non eſt credẽdum ꝙ uirtutes ſenſitiuæ ſint pure paſſiuæ, ita ꝙ nullo modo agant, nã licet ſenſus particularis, quia materialis eſt habens particulare proprium ſenſibile materialiter obiectum extra, maxime per ſe patitur a ſenſibili, & minime agit, & ideo dicitur ꝙ ſenſus maxime in patiendo perficitur, aliquid tamen agit, cum enim ab obiecto patitur in recipiendo conuertit ſe ſuper ipſum in cognoſcendo ipſum, ſicut patet in uiſu, & auditu ex hoc, ꝙ quanuis obiectum per ſpeciem ſuam agit imprimendo ſe organo, ex hoc non uidet, & audit homo niſi uis uiſiua, uel auditiua ad percipiendum obiectum per motum ſpeciei ſe conuertat ad obiectum, ſecundum ꝙ dicit Philoſophus in libro de ſenſu & ſenſato, ꝙ ad alia fortiter intenti delata ſub oculis non uidemus. Nec potes dicere ꝙ talis recipiendo uidet, licet interiori uirtute non iudicat, quoniam & ſi dormienti apertis oculis lux eſſet præ-



A ſens ipſa organo imprimeretur, & tamẽ nihil uideret, quia uis particularis uiſus ligata eſt, & tamẽ patitur, cuius ſignũ ꝙ magno ſplẽdore oculis impreſſo ui paſſionis excitatur, & tunc primo uidet, quod etiam patet in dormientibus qui non audiunt paruos ſonos etiam auribus impreſſos, & cũ magno ſtrepitu excitantur, & fuit ſententia ſolennis doctoris Henrici de Gandauo in quolibeto ſecundo. q. 6. & uidetur mihi ꝙ iſta etiam fuerit mens Auer. nam in ſecundo de anima. in com. 125. inquit ꝙ Ariſtote. opinatur ꝙ ſenſuum quidam ſunt in cap. relationis, & quidam ſunt in cap. actionis, & paſſionis per ſe, & accidit eis relatio, & in commen. 144. ſcribit clarius declarando iſtam ſententiam ponens documentum ſuper uerbis Ariſtote. ibi in tex. dicentis ꝙ auditus eſt aliqua proportio, & non dixit proportio ſimpliciter, quia exiſtimatur ꝙ iſta proportio quanuis ſit in capitulo relationis, tamen eſt proportio agens, & proportiones in eo ꝙ proportiones non ſunt agentes, ſed in eo ꝙ qualitates. ſenſus igitur numeratur in relatione uno modo, & in qualitate alio modo, & ſic initell gitur.

Propoſitio. 126.

*Quæcunq; eadem generatione generantur & eadem corruptione corrumpuntur ſunt eadem realiter.*

B EX QVARTO primæ philoſophiæ. tex. com. tertio allegari ſolet, habet tamen ſic limitari de illis quæ æque primo generantur, alias ſequeretur ꝙ quantitas, & ſubſtantia, & propria paſſio, & ſubiectum eſſent una res, quod tamen communiter non teneri ſolet. Vnde animaduerte ꝙ iſta propoſitio locum non habet de his quæ ſimul tempore generantur, uerum etiam quæ generantur ſimul ſecundum naturæ ordinem, unde licet ſubſtantia & quantitas terminata ſimul tempore generatur, & corrumpitur, tamen non ſunt ſimul natura, quia per Auer. in illo libro de ſubſtantia orbis, quantitas terminata aduenit poſterius non tempore, ſed ſecundum eſſe, ideſt ſecundũ naturam ſubſtantiæ compoſitæ.

Dubium. Sed tunc eſt maxima difficultas contra iſtam gloſſam. nam tunc probatio Ariſtote. ibi non procederet de ente, & uno. nam unitas eſt paſſio entis, & per conſequens non ſimul natura generatur paſſio, & ſubiectum.

Solutio. Ad hoc ego dico ſalua pace aliter ſentientium. nam ſcio ꝙ uiri magni oppoſitum tenent ꝙ non fuit de mente Ariſto. & ſui Com. Auer. ꝙ unitas ſit paſſio entis, ſicut late diſputaui in commentis meis ſuper. 7. primæ philoſophiæ, & ſuper formalitatibus, nec reperitur locus in doctrina Ariſto. & Auer. ubi dicatur ꝙ unum ſit paſſio entis, licet Auicen. dicat illud. unde ubiq; locorum uniformiter uidetur Ariſt. loqui de ente & uno,

C Contra ponẽtes ꝙ unitas ſit paſſio entis. & ne uideamur iſta gratis dicere, Ariſto. in quarto primæ philoſophiæ. in tex com. tertio dicit ꝙ ens & unum ſignificant eandem naturam, ſed non ſecundum eandem rationem, ſicut principium & cauſa quæ dicunt eandem naturam, ſed ratio principij eſt negatiua, quia dicit negationem eſſendi ab alio, quia principio non datur prius, quia de ratione principij eſt primum eſſe, ut dicit Ariſto. in quinto metaphy. Ratio autem cauſę eſt poſitiua, quia eſt ab illa aliud eſſe. cauſa enim eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud, ita pariformiter unum non ponit ſupra ens aliquam naturam, aut proprietatem poſitiuam, ut tenuit Auicen. & Scotus, ſed ut dicit Auer. in libro deſtructio deſtructio. in diſpu. tertia in ſolutione. 14. dub. non debet intelligi de unitate entis niſi ſignificatio priuatiua. & ita etiam dicit. 4. met. com. tertio. Amplius in eodem tex. cõmen. tertio Ariſtote. expreſſe dicit ꝙ ſubſtantia uniuſcuiuſque rei eſt una, ſicut & ens. & Auer. ibi in com. dicit, ꝙ unaquæque ſubſtantia eſt una eſſentialiter, ubi uniformiter cõparatur ens, & unũ ad unũquodque. Et confirmatur quia Com. arguit contra Auicen. ponentem ens, & unum eſſe diſpoſitiones accidẽtales ſuperadditas eſſentiæ, & eodem medio concludit ꝙ quemadmodum unaquæque res per ſe eſt ens, etiam per ſe eſt una, quia aliter ut deducit eſſet proceſſus in infinitũ. Patet autem ꝙ niſi eſſet eadem perſeitas in utraq; præmiſſa argumentum eius eſſet ſophiſticum, & in quatuor terminis. Amplius ibidem Ariſto. tex. cõmen. quinto habet ꝙ unius inquantum unum, & entis inquantum ens eædẽ ſecundum ſe ſunt paſſiones. Amplius. 10. metaphyſi. tex. com. 6. habet ꝙ ens, & unum æqualiter dicuntur de omnibus, & idem habet in tex. com. 7. & in tex. com. octauo dicit ꝙ æqualiter aſſequuntur categorias ens, & unũ, uidelicet ꝙ ſicut ens diuiditur in decem prædicamenta, ſic & unum. & Commen. in cõmen. dicit ꝙ unum diuiditur in decem prædicamenta, & dicitur multipliciter, ſicut & ens. unde ſicut ens eſt genus analogum ad decem prædicamenta, eodem mõ & unũ. unde ſicut eſt prædicatio ſuperioris de inferiori quando ens prędicatur de decem prædicamentis, ita etiam eſt de uno. nam ſubſtantia uniuſcuiuſque rei eſt una eſſentialiter ſicut eſt ens, ut dicit expreſſe Philoſophus, & Commen. 4. metaphy. tex. com. 3. & ideo non poſſum non mirari de Ioanne Scoto, & de ſequacibus & de multis alijs uiris illuſtribus tenentibus unum eſſe paſſionem entis, & prædicari de ipſo, & de inferioribus ad ens in ſecundo modo dicendi per ſe, & id quod fuit in cauſa quare deuenerint ad illam opinionem, quia iſti in ſcientia diuina imitati ſunt Aui. & Auer. tertio de anima. com. 30. dicit ꝙ nullibi ita errauit Auicen. ſicut in meta. Auicẽ. autem ut ſcribit Auer. 4. primæ philoſophiæ. com. tertio, et. 10. meta. com. octauo multipliciter errauit circa hoc, primo enim opinatus eſt ꝙ ens & unum dicunt accidentia ſuperaddita eſſentiæ, & cauſa erroris fuit, quia non diſtinxit inter ens quod eſt tanq̃ genus, & inter ens quod ſignificat uerum. ens enim quod ſignificat uerum eſt accidens, & ens quod ſignificat genus ſignificat unumquodque decem prædicamentorum multipliciter. unde. 5. meta. com. decimoquarto ſcribit Auer. debes ſcire ꝙ hoc nomen ens quod ſignificat eſſentiam rei, eſt aliud ab ente quod ſignificat uerum. Et ideo expoſitores diuerſantur in quæſito ſimpl ci, ſcilicet dicere utrum aliquid eſt in ſecundo topicorum, uel utrum collocetur in quæſtionibus accidentis aut generis, qui enim intelligit de ente illud quod eſt cõmune decem prædicamentis dicit ꝙ collocatur in quæſtionibus generis, & qui intelligit de ente illud quod intelligitur de uero, dicit ꝙ collocatur in quæſtionibus accidentis, & in libro deſtructio deſtru. in ſolutione tertij dubij inquit. nomen entis dicitur duplex. uidelicet dicitur de uero, & de oppoſito priuationis, & hoc eſt quod diuiditur ad decem prædicamenta, & eſt eis tanquam genus. Alius error Auicen. fuit quod credidit ꝙ unum quod eſt ſynonymum enti eſt idem cum illo quod eſt principium numeri, & quãtitatis, & quia tale unum numeratur in accidentibus, exiſtimauit ꝙ unum quod ſignificat omnia prædicamẽta eſt accidens. Scotus autem in aliquibus concordat cum Auicẽ. & in aliquibus diſcrepat. nam quia tenet unum eſſe paſſionem entis & dicere aliquam rationem poſitiuam ex natura rei conuertibilem cum ente, in hoc diſcrepat ab Auer. & tenet cum Auicen. Diſcrepat autem ab Auicen. & concordat cum Auer. quia apud ipſum, & ſuos ſequaces non eſt idem unum quod conuertitur cum ente, & quod eſt principium quantitatis, & numeri, neque tenet ꝙ ens, & unum ſint diſpoſitiones accidentales ſuperadditæ eſſentię, ut tenuit Auicen. Tu autem animaduerte, & conſidera quia multæ ſunt uiæ iſtis temporibus multum remotę a ueritate, & a ſyncera philoſophia Ariſt. & unuſquiſq; cõfidit in proprio ingenio. mihi autem ſatis fuerit excitare intellectus nobiles ad perſcrutationem ueritatis, quia nõ decet Philoſophum eſſe addictum alicui uiæ, & dimittere rationem, iſti enim rectius Philodoxi nuncupantur, q̃ Philoſophi. ſemper aurea illa Platonis in Phœdone ſentẽtia mihi

D

E

F

G in ſimilibus caſibus occurrit. Nullum inquit malum maius hominibus contingere poteſt, quam ſi rationes odio habuerint.

Propoſitio.127.

*Intellectus & intellectum et intellectio ſunt idem in abſtractis a materia.*

FAMOSA eſt authoritas,& ſolet allegari ex tertio de anima.tex.com.19.ubi Ariſtote.loquens de intellectu agente inquit.idem autem eſt ſecundum actum ſcientia rei,& conſimile habetur ibidem in tex. com. 27. uera tamen eſt propoſitio in intelligētijs quæ in intelligēdo nullo mō dependent a corpore,nec ut a ſubiecto, nec ut ab obiecto.unde pręſens propoſitio ueritatem nō habet de intellectu noſtro poſſibili,qui in intelligendo dependet phantaſmatibus, ſiquidem oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari,ut dicitur in tertio de anima tex. cōmen trigeſimo, & trigeſimonono.gloſſa eſt Auer. in eodem cōmen. decimonono ſuper hoc,inquit enim,& innuit ut reputo aliquid proprium intellectui agenti in hoc in quo differt a materiali,ſcilicet quòd in intelligentia agente ſcientia in actu eadem eſt cum ſcito,& non eſt ſic ī intellectu materiali, cum ſuum intellectum eſt res quæ nō eſt in ſe intellectus. conſimilem ſententiam habet Commen.in.12.metaphy.
H cōmen.trigeſimonono, ubi inquit, intellectus & intellectum,& intelligens reducuntur in unum,& non differunt niſi ſecum reſpectum diſpoſitionum.intellectus enim inquantum intelligit intellectum dicitur intellectum, & inquantum intelligit per ſe,ideſt per ſuam eſſentiam dicitur ꝙ intellectio per ſe eſt ipſe intellectus econtrario illi quod intelligit per aliud.& hoc ut reputo,addit Commen. propter intellectum poſſibilem qui intelligit per aliud, ideſt per ſpecies aliorum,ut patet tertio de anima. tex. cōmen. octauo.ex cognitione enim aliorum deuenit in ſui cognitionem,& hic iterum expreſſe patet ꝙ ſcientia noſtra non eſt idem cum ſubſtantia intellectus noſtri, cuius oppoſitum quidam tenuerunt. conſimilem ſententiam haber clare Commen.in libro deſtructio deſtructionum in diſpu. 5.in ſolutione ſecūdi dubij.ubi inquit,ipſi.ſ.Philoſophi opinati ſunt ꝙ formæ ſunt in ſcientes prout cōſiſtunt in materia, & ſi forte inueniretur aliquid in materia non conſiſtens, manifeſtum eſt ꝙ eſt pura ſciētia,& hoc pateſit apud eos omni ratione.ipſi enim reperierunt formas naturales aliquo modo ſeparatas a materia,& ſunt pura ſcientia & intellectus, & intellectus non eſt aliud in eſſentia a forma
I rerum a materia ſeparatarum. Vnde poſtquam res quæ de ipſarum naturis non ſeparantur, ſic ſe habent,quanto magis illę quæ de natura earum continue ſeparantur,digniores ſunt quæ ſint purus intellectus & pura ſcientia,& quia rerum intelligibilia eadem ſunt ꝙ rerum ueritates,& intellectus non eſt aliud niſi comprehēſio intelligibilium, erit in nobis ntellectus, & intelligibile unum & idem inquantum eſt intelligibile,& nulla eſt ibi differentia niſi inquantum intelligibilia ſunt rerum intelligibilia quæ de earum natura non ſunt intellectus, immo fiunt intellectus prout intellectus ſeparat dictas formas a materijs ipſarum, & propter hoc intellectus noſter, & intelligibile nō ſunt unum,& idem omnīmode.Et aduerte ꝙ licet in omnibus intelligentijs citra intellectum poſſibilem ſecundū Peripateticos,iſta propoſitio uera ſit,nullibi tamen ſimpliciter uerificatur ſicut in intellectu Dei,ſicut gloſſat Commen.12.primæ philoſophiæ. cōmen. quinquageſimoprimo.Et ratio eſt,quia in ſolo primo quiditas,et eſſentia ſunt eadem ſimpliciter & omnibus modis, quia ipſe eſt ſolus ens per eſſentiam,& eſt quiditas abſoluta,& alia entia quiditatem habent, ut dicit Auer.in diſpu. 6. in ſolutio. ſexti dub.in libro deſtructionum.

Propoſitio.128.

*Non quodlibet agit in quodlibet, ſed determinatum in determinatum.*

K FAMOSA eſt propoſitio, & ſolet allegari ex primo phyſicæ auſcultationis.tex.com.quadrageſimotertio et eſt una de ſuppoſitionibus cōceſſis in ſciētia naturali,& de numero illarum propoſitionum quæ indigent modicula innuitione,unde inductione & exemplo ſenſato perſuaderi poteſt,& placuit mihi in hoc loco ponere plures ex huiuſmodi propoſitionibus quæ ſunt principia,& ſuppoſitiones conceſſę in ſcientia naturali. Et ſunt hæc, uidelicet,

Supponēs quędam in ſcientia naturali.

Motum eſſe,multitudinem entium eſſe.
Primo phyſicorum.tex.com.8.
Naturam eſſe,& naturæ diffinitio.
Secundo phyſicorum.tex.com.3.&.tex.com.6.
Omnia aut quædam moueri quęcunq; natura conſtant.
Primo phyſicorum.tex.com.11.
Ex nihilo nihil fieri.
Primo phyſicorum.tex.com.32.
Plures formas naturales eſſe in materia.
Commen.ſecundo phyſicorum cōmen. uigeſimoprimo ex fundamentis,quæ ponit naturalis eſt ꝙ plures formæ naturales ſunt in materia.& eſt etiam ſententia Ariſtote. in ſexto primæ philoſophiæ.tex.cōmen.primi. ubi habet. Phyſica eſt circa ſubſtātiam, quę ſecundum rationem ut ſecundum magis non ſeparabilem ſolum. & ut ponderat
L ibi Commen. ly ſecundum magis ponitur propter intellectum,eadem etiam ſententia habetur primo cœli.tex. cōmen.primi.de natura ſcientia fere plurima eſt de corporibus,& cætera.
Formas non mutari de materia in materiam.
Quarto phyſicorum.cōmen.decimoſeptimo.unum enim eorum quæ ponit naturalis eſt ꝙ forma non ſeparatur per ſe,ſcilicet non mutatur de materia in materiam ſecundum ꝙ corpora mutantur de loco in locum,ſed ſeparatio eius a materia eſt corruptio.idem habet.5.phyſi.com.quinto, manifeſtum eſt ꝙ albedo eſt forma quieſcens per ſe immobilis, & qui fingit ipſam moueri non eſt loquendum cum eo in hac ſcientia.
Naturam agere propter finem.
Commentator ſecundo phyſi.com.74 hoc eſt maximum fundamentum huius ſcientiæ.
Formas ſpecificas habere proprias materias.
Commen.octauo phyſicorum com. quadrageſimoſexto & ſecundo metaphyſi.cōmen.decimoquinto contra Auicen.& colligitur hoc ex mente Ariſtote.in decimo primæ philoſophiæ.tex.cōmen. uigeſimoquinto.ubi habetur ꝙ
M ſi mas & fœmina ſpecie differrent non poſſent ex eodem ſpermate generari.ubi Cōmentator inquit, & ideo materia maris & fœminę eſt una uniuerſaliter.
Naturam nihil fruſtra facere.
Primo cœli.tex.com.32.&.3.de anima.tex.com.45.
Naturam de poſſibilibus facere quod melius eſt.
Secundo cœli & mundi.tex. cōmen. trigeſimoquarto, & in libris de animalibus ſępe.
Naturam non facere ſaltum,ideſt de extremo ad extremū ſine medio pertranſire.
Nono de natura animalium.

Sed reuertamur ad declarationem propoſitæ propoſitionis,quæ & ſi demonſtratione non indiget, tamen aliqua inuitione declarari poteſt,& ni fallor opinio Empedoclis metrice ſcribentis hoc uoluit dum protulit litem, & amicitiam eſſe principia rerum natura conſtantium. nam ut inquit Ariſto.in primo celi & mundi in tex. cōmen. uigeſimoſecundo.Non enim ſemel aut bis,ſed infinities oportet putare eaſdem opiniones perueniſſe ad nos,& primo meteorum hoc idem aſſeuerat omnia natura conſtantia excepto deo quod erat cœlum ſecundum Empedoclem,cōſtabant lite,& amicitia,ut aſcribit Ariſto. ſibi in tertio primæ phimæ philoſophiæ.in.tex.cōmen.decimoquinto, & habuit ni fallor bonum intellectum.nam inductiue cōſideranti in ſingulis quæ ſunt hic patebit eſſe quaſdam ꝓ-

prietates



A prietates currentes inter entia.dotauit enim ut inquit Plato res natura proprietatibus,elementa enim numeris ligata ſunt ut uoluit Plato,& ſecundum etiam Ariſt.mentem ſunt in certo ordine,et menſura conſtituta.nam ex uno pugillo terræ fiunt decem aquæ,& ſic deinceps de aere reſpectu ignis,& conſiſtunt in determinato ordine,quia ordo eſt natura ſenſibiliū.natura.n.eſt cauſa ordinationis,ut dicitur in octauo phyſico. tex. com. decimoquinto & in tertio cœli & mundi.tex.com.uigeſimoquarto, unde non in quolibet locata ſitu elementa ſaluari poſſent, ut clare patet. ✱ Vtriuſque actus habet minimum tempus ad non excedere ſecundo cœli.tex.cōmen.trigeſimonono,quę dignitas inductione perſuadetur ibi unum quod quarum eſt opus eſt gratia operis ſecundo cœli.17.eſt enim dignitas, ut dicit Simplicius.

ADDItio.

Currunt etiam proprietates in mineralibus,& lapidibus per quas mirabiles effectus perficiuntur,nam magnes attrahit ferrum,et non attrahit lapidem. ſimiliter reubarbarum ſepultum in milio,& caſſiā in arena,& fructus in melle conſeruari diu cernimus.aurum ēt, ut inquit Auer. 5.colliget.cap.uigeſimoquarto dure patitur ab igne,& tamē in uentre ſtruthionis inuenitur notabiliter diminui,& nullus eſt qui dicat hoc prouenire,quia caliditas eius ſit maior caliditate ignis, ſed eſt propter
B proprietatem currentem inter ea. ſanguis hirci deſtruit adamantem,non autem alios lapides. lapis ſmaragdus coitu diſſoluitur,ut dicit magnus Alber.in libro de mineralibus & lapidibus experimento fuiſſe cōprobatum in Rege Vngariæ,& hoc non contingit alijs lapidibus, ſanguis etiam hirci deſtruit lapidem in rhenibus genitum,& tamen iſta proprietas non eſt in ſanguine humano. Vnde authoritate Hermetis,mineralibus,& uegetabilibus inſunt proprietates quæ ſi ab hominibus eſſent cognitę poſſent homines operari quicquid per magicas conficitur artes. Et ſolertiſſimus naturæ rimator Ariſtote.in primo de partibus animalium. cap.quinto dicit.nullam rem adeo uilem,& paruam eſſe in natura qua non liceat inſpectare aliquid diuinum,& admiratione dignum deſcendamus parumper ad animalia.napellus coturnicibus eſt cibus, hominibus uero eſt uenenoſa medicina, helleborus turdis cibus eſt, hominibus uero nequaquam,& ita eſt etiam de qualitatibus manifeſtis.inquit enim Princeps in prima Fen. primi,doct.tertia cap.primo de complexionibus,quapropter una medicina plerunque eſt frigida humani corporis comparatione,& comparatione corporis ſcorpionis calida, & humani corporis comparatione calida,& frigida compa-
C ratione corporis ſerpentis:immo illud mirabilius contingit ꝙ homini ſano aliquid poteſt eſſe uenenum, & tamen laboranti poteſt eſſe ſalutaris medicina.& hoc uoluit dicere Empedocles.nam Poetę ut inquit doctiſſimus Petrus noſter Grauina, plerunq; ueritates phyſicas poeticis figmentis,& metaphoris tegere conſueuerunt.

Propoſitio.129.

*Sapiens cum cognouerit naturam iuſtitię exiſtentem in ſubſtantia rerum, tunc cupiet ſimilari illi naturæ, & acquirere illam formam.*

ALEXANDRI & Auer. ſententia eſt in præfatione primi libri phyſicæ auſcultationis, iuſtitia, ut ſcribit Ariſtote.in quinto ethi.alia cōmutatiua, alia uero diſtributiua. In hoc autem eſt differentia, quia commutatiua conſiſtit in ęqualitate que eſt ſecundum arithmeticā proportionem, ut ſi do tibi centum, teneris reſtituere præciſe centum.ſed diſtributiua conſiſtit in æqualitate quæ eſt ſecudum geometricam proportionem,quēadmodum in ciuitatibus bene legibus gubernatis qualis eſt proportio perſonę ad perſonam, talis debet eſſe proportio dignitatis ad dignitatem, & magiſtratus ad magi-

Iuſtitia in duplici eſt differentia.

D ſtratum,& donec iſto modo uiuitur bene ſe habet ciuitas: ſed quando hoc non ſeruatur,tunc ſunt rixę & contentiones.in ſubſtantia rerum reperitur iſta diſtributiua iuſtitia quæ a deo originem duxit,Inquit Ariſtote.primo cœli & mundi.tex.com.100.A primo quidem principio communicatum eſt eſſe,& uiuere omnibus, his quidē clarius,his uero obſcurius.& Auer.in ſecundo cœli & mundi. com. ſexageſimoquarto inquit, quod diſtantiæ entium in hoc ſunt ualde diuerſę. Non enim credendum eſt intelligentias in eodem ordine perfectionis eſſe collocatas, ſed eſt ibi magna latitudo,& diſtantia,& hoc etiam diuinus Dionyſius Pauli qui magnus in ſacris eloquijs fuit fidelis diſcipulus aſſeuerat in libro de cœleſti hierarchia, ſic etiam corpora cœleſtia adinuicem maxima ſunt colligata concordia,& iuſtitiæ uinculo connexa intantum ꝙ Philoſophus in libro de animalibus,& Com.in libro de ſubſtantia orbis dicunt, ꝙ Luna inter orbes eſt ſicut terra inter elementa.& quam bene Seuerinus Boethius illam iuſtitiam contemplatur in libro quarto de philoſophica conſolatione Metro.6.

ADDItio. Et a natura ut patet. 2. cœli. tex. com. 9. Natura adęquat & facit ordinē.

Si uis celſi iura tonantis
Pura ſolers cenere mente,
E Aſpice ſummi culmina cœli.
Illic iuſto fœdere rerum
Veterem ſeruant ſidera pacem.
Non ſol rutilo concitus igne
Gelidum phœbes impedit axem.
Nec quæ ſummo uertice mundi
Flectit rapidos urſa meatus,
Nunquam occiduo lota profundo
Cætera cernens ſidera mergi,
Cupit oceano tingere flammas.
Semper uicibus temporis æquis
Veſper ſeras nunciat umbras,
Reuehitq; diem lucifer almum.
Sic æternos reficit curſus
Alternus amor ſic aſtrigeris,
Bellum diſcors exulat oris.
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis,ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis:
Iungant fidem frigora flammis,
Pendulus ignis ſurgat in altum,
Terręq; graues pondere ſidant.

Et cætera.ubi manifeſte patet mundum ſuperiorem in
F telligibilem atque corporeum, & hunc inferiorem in iuſtitia diſtributiua conſiſtere. ſic procedit natura ab elementis gradatim ad mineralia, & lapides:a lapidibus ad plantas,a plantis ad animalia, & ab animalibus tandem ad hominem.de quo Ariſtoteles in primo politices ita ſcribit, ut enim perfectione ſuſcepta optimum cunctorum animalium eſt homo,ita ſi alienus fiat a lege, & a iudicijs peſſimus eſt omnium animalium. Et ratio eſt,ut mihi datur cernere, quia ea quæ a natura fiunt increpanda non ſunt. Animalia autem ex naturæ inſtinctu exeunt in ſuos actus.non eſt imputandum lupo ſi uorax ſit, nec leoni ferocitas,nec tigribus crudelitas:ſed uitia nobis imputanda ſunt,quia non ſponte natura aliquis malus naſcitur, ut inquit Plato,ſed propter malam prauamque educationem. Et Ariſtoteles in ſecundo ethicorum inquit, ꝙ uirtutes non ſunt nobis a natura neque præter naturam,ſed ſumus nos ad illas quidem recipiendas natura apti,perficimurque per conſuetudinem.De iuſtitia autem ita ſcribit Philoſophus quinto eticorum capitulo quarto. Excellentiſſima uirtutum eſſe uidetur iuſtitia, & neque Heſperus, neque Lucifer ita mirabilis,ac in prouerbio dicimus omnes ſimiliter uirtutes iuſtitiæ ineſſe, & perfecta maxime uirtus, quoniam perfectę uirtutis eſt opus, perfecta autem quod eam habens ad alium quoq; uti poteſt uirtute, non ſolum

ad ſeipſum, Et beatus Auguſtinus in ſermone quodam de iuſtitia inquit, tolle iuſtitiam a regnis, quid ſunt regna niſi aperta latrocinia?

Cum igitur Sereniſſime Princeps ſapientia polleas, naturam iuſtitiæ quæ rariſſima eſt in terris hac tempeſtate amplectere, & excole ſicut incepiſti, eris enim in numero heroum, & ſola phœnix in hoc regno uirtutum omniũ, cui me plurimum commendo.

Et ſic finem imponere conſtitui huic operi, in quo ſi quid dixerim ꝗ Chriſtianæ religioni aduerſari uidetur illud recitando opiniones Philoſophorum, unuſquiſque me dixiſſe certo ſciat in his, & in omnibus alijs ſcriptis meis, ſemper me ſubmitto iudicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. nihil enim adeo mirabile dicitur de diuinis rebus quod ſapiens credere non debeat, ut inquit Pythagoras. Compleui autem hoc opus Neapoli Anno Domini Milleſimo quingenteſimo uigeſimotertio. Dum ſcientiam diuinam publico ſtipendio legerem apud ſanctum Laurentium ſub regimine Reuerendi patris fratris Antonini de Antoroſa de Neapoli, cui ego plurimum debeo.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q.

*Omnes ſunt terniones, prẹter * duernionem, et Q quaternionem.*

*Venetiis apud Hieronymum Scotum.*

1547.